Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
30 K
1

Digitized by Google

Digitized by Google

1664

JOANNIS GRYPHIANDRI JC.

De

WEICHBILDIS SAXONICIS,

ſive

COLOSSIS RULANDINIS URBIUM QUARUNDAM SAXONICARUM,

COMMENTARIUS HISTORICO-JURIDICUS.

In quo

Vetuſtus Judiciorum Saxonicorum ritus, leges, magiſtratus, mores, habitus, lingua, aliæque antiquitates Saxonicæ explicantur & illuſtrantur: ſimulque fabuloſa Caroli Magni Cæſaris & Rulandi militis hiſtoria ad libram veritatis expenditur.

Acceſſit jam primùm in calce Index Verborum & Rerum copioſus.

Sumptibus THOMÆ HENRICI HAUENSTEINI
Bibliopolæ Hannoverani & Hildeſienſis.

ARGENTORATI,
Imprimebat JOHANNES Schütz.

ANNO M. DC. LXVI.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO ET POTENTIS-SIMO PRINCIPI AC DOMINO,

DN. FRIDERICO-ULRICO, DVCI BRVNSVICENS. ET LUNENBURGENS. DOMINO SUO CLEMENTISSIMO.

ANnus ſupra vigeſimum nunc agitur, Illuſtriſſime Princeps, Domine clementiſſime, cum in illuſtri Academia Julia, cum nomine fundatoris ſui avi veſtri ſempiternam memoriam circumferente, Celſ. T. una cum fratribus bonarum litterarum ſementem largiter facientem primum contueri & admirari cœpi. Quo tempore, cum ego quoq; una cum aliis commilitonibus (qui poſtea maximam partem ſummo Eccleſiæ & Reipublicæ bono ad publicas functiones & honores, etiam apud Celſ. T. aſpirarunt, nonnulli etiam in communium præceptorum locum cum laude ſucceſſerunt) non pœnitendos progreſſus in ſtudio juris civilis per integrum luſtrum illic fecerim: ejus quoq; fructus partem aliquam Celſ. T. ipſiusq; Divo Parenti, utpote Academiæ nutricio benigniſſimo, ſtudiorumq; patrono ſummo, acceptam ferre ac lubens debeo.

Digitized by Google

Cumque deinde Celſ. T. non ſolum Tübingæ in illuſtri Principum & nobilium collegio cum aliis magni nominis Germaniæ proceribus, ſtudiorum ſuorum incrementa, in ſchola patria largiter aucta, ad maturitatem exoptatam perduxiſſet: ſed etiam peregrinationibus in Galliam & Angliam inſtitutis, apud magnos duos Chriſtiani orbis Reges, qui & in regimine principatus publico, & in domeſtica aulæ converſatione bono exemplo eſſe poterant, maturo judicio prudentiam politicam abundè ſtabilivisſet, uti id poſtea auſpicato ſuſcepti & pacificè hactenus continuati regiminis felix eventus, aliaq; heroïca & generoſa facta ſatis ſuperq; comprobarunt: ab eo tempore divulgata ejus laudis fama, ſæpe optavi dari mihi occaſionem commodam, qua Celſ. T. de felici imperij ſucceſſu, pacisq; magno ſubditorum bono ſtabilitæ dulcedine gratulari, ſimulq; debitæ gratitudinis & obſervantiæ devotæ affectum declarare poſſem. Accedebat & alia privata cauſa, qua apud Illuſtriſſ. Principes, Divum Henricum Juniorem proavum & Divum Julium avum veſtrum, ante multos annos Dn. Joannem Neuhauſium ſocerum meum, piæ recordationis, in Cancellaria Guelphica ſub nobiliſſimo Joachimo Mynſingero Cancellario, honeſto munere functum, inde ab Illuſtri Comite Oldenburgico in patriam ad ærarij & rationum præfecturam, quam totos triginta duos annos cum laude adminiſtravit, revocatum quidem, ſæpenumero tamen poſtea ad aulam Divi

Paren-

Digitized by Google

Parentis veſtri legationis cauſa remiſſum, ac clementer illic habitum, tum ex aliis, qui meminerant, intellexeram, tum ex litteris & lautiis, quæ etiamnum in familia noſtra aſſervantur ac in pretio habentur, edoctus fueram. Quarum rerum jucunda recordatio ſicuti poſteros mirifice afficit: ita non poteſt eosdem ad gratiarum actionem non invitare, quando principalis fortuna privatas vires ſupergreſſa recompenſationem omnem excludit. Itaq; cum hunc commentarium de VVeichbildis Saxonicis, vocabulo vernaculo juris Saxonici enarratoribus noto quidem, à paucis tamen rectè intellecto, non animo reſuſcitandi ſopitas lites, neque contentioſo hoc ſeculo oleum igni ſuperfundendi, cujus cauſas procul habeo, ſed ut philohiſtor ſolo veritatis amore ex jure Saxonico & veris hiſtoriis ſubſecivis horis eruiſſem, in eoque antiquitates Saxonicas, partim ſcriptorum incuria obliteratas, partim etiam hodiernis moribus, ut fieri ſolet, obſoletas in apricum deduxiſſem, rejectis & expunctis fabulis, quæ de Carolo Magno Cæſare & Rulando putativo ejus nepote, neſcio quo malo, in agrum hiſtoricum penetrarunt; nefas eſſe exiſtimavi, eum qualemcunq; laborem (qui tamen magno mihi conſtat) alius, quam Celſ. T. illuſtri nomini & honori conſecrare: vel ea quoque publica de cauſa, quod Celſ. T. regij ſanguinis & Saxonicæ nobilitatis avitam gloriam ex Magni VVitichindi Saxonum Regis & Caroli M. æmuli, poſtea etiam ſubditi Principis proſapia, ad hæc usque tempora

continua & nusquam interrupta ſucceſſione (quod principibus, & non niſi ex eodem ſtemmate oriundis, divinitus datum eſt) cum inſignibus pulli VVitichindæi lingua & Principatu Saxoniæ conſervat. Ut Saxonicarum antiquitatum patrocinium nulli principum Germaniæ magis, quam Celſit. T. deberi videatur. Quod Divi Parentis veſtri, Herois incomparabilis, Dn. Henrici Julij lucubrationes hiſtoricæ quas huic fini acri judicio, indefeſſo labore, & immortali laude ex antiquis litterarum ac diplomatum monumentis nobis prodidit, luculenter confirmant, magno argumento, poſſe etiamnum in uno Principe, ut olim in Julio Cæſare, & armatæ, & togatæ militiæ laudem cumulari. Quo magis confido, hoc meum ad eandem antiquitatum Saxonicarum inveſtigationem conſpirans ſtudium Celſ. T. non ingratum futurum, præſertim cum Reineri Reineccij, Polyhiſtoris & Anteceſſoris olim in Academia Julia brevem quidem, ſed eruditam commentationem de Saxonum originibus, (quam & illuſtrare & alicubi ſupplere volui) Celſit. T. curæ & voluptati fuiſſe, Clariſſimi viri Henrici Meibomij Hiſtorici & Profeſſoris amici proœmio admonitus ſim. Quod ſi alicubi nodum non ſolvi, aut etiam à regia via aberraſſe videbor (ut quidem in re difficili & ab hominum memoria remota facile fieri potuit) illa ut contra votum ingratiis obrepſerunt: ita apud Celſit. T. ejusque Conſiliarios eminentiſſimos, & emunctæ naris viros,

aquos

Digitized by Google

æquos & clementes interpretes potius, quam rigidos cenſores habitura eſſe ſpero. Accipiat ergo Celſitud. T. illuſtriſsime Princeps, exiguum hoc opuſculum tamquam de te erga Illuſtrem domum Brunſuicenſem & Lünenburgenſem mentis & obſervantiæ teſtimonium, illudq; contra invidorum & malevolorum morſus, qui fortaſſe etiam viſo & inſpecto titulo ſe agglomerabunt, in tutelam recipiat, meq; eadem principali gratia & clementia, qua omnes eruditos & litteratos viros complectatur, habitura ejusdem laudis & virtutum me cultorem & admiratorem obſequioſum: Celſit. T. cum univerſo Ducalis aulæ comitatu & miniſterio Dei Opt. Max. patrocinio & tuitioni animitus recommendans. Dabam Oldenburgi Calendis Julÿ Anno Chriſti 1625.

Celſit. T.

devotiſsimus

JOANNES GRYPHIANDER D.

Digitized by Google

IN TRACTATUM
De
WEICHBILDIS SAXONICIS
Dn. JOANNIS GRYPHIANDRI JCti,
affinis ſui honorandi.

SParſa licet totam volitet tua fama per orbem,
Affinis, primum quam tibi Jena dedit:
Non tamen eſt animus ſolis huic inſiſtere palmæ,
Contentus, ſemper tendit ad ulterius.
Inſula poſtquam igitur vivo eſt expr. ſſa colore,
Laus tibi nunc alio naſcitur ecce libro,
Quem pars Saxonici juris ſub nomine Weichbild
Producit, magni credo laboris opus.
Perge ita conſilium factis ornare decoris,
Atq; forum atq; ſcholas fac tua ſcripta adeant.
Sic nova quotidie per libros gloria creſcet,
Et labor iſte ſcholis proderit, atq; foro.

faciebat
ANTONIUS GÜNTHERUS Newhauß/
J. U. D.

IN EUNDEM

UNde ſuos habeat Rolandos Saxo, quis auctor
Juſſerit hæc lato ponere ſigna foro:
Quid poſſeſſa velint, quæ ſecum commoda portent:
An libertatis ſint monumenta datæ,
Ambigitur merito, nec enim ſententia vulgi,
Sit licet à multis prodita, digna fide eſt.
Tu, cui noſtra patet multum perplexa vetuſtas,
Docte vir, & Clarii fontis alumne ſacer,
Hanc tibi ſume operam, & rem totam ediſſere nobis,
Nil veritus Momi lingua quid ægra crepet.
Cum tua fidenter ſectetur opinio verum,
Cum procul hinc odium, cum procul omnis amor.
Doctorum invenies ſuffragia prompta virorum,
Hâc ego, ſi valeam, ſcribere lege velim.

HENRICUS MEIBOMIUS,
Academiæ Juliæ Profeſſor & Senior f.

STA-

Digitized by Google

STATVA ROLANDI.



Ex re Weichbildus, Ruland à robore dictus,
Vrbica Saxonicis præfero jura locis:
Immemor annorum, aut quicunq; ſit auctor, honori
Cæſaris erectus, Cæſaris arma gero.

★★ SERIES

Digitized by Google

SERIES CAPITUM HUIUS COMMENTARII.

CAP. I. De falſa Coloſſorum Rulandinorum antiquitate.
2. De nomine Rulandi.
3. De falſis Rulandi natalibus.
4. De unica Caroli M. ſorore.
5. De Berthæ Rulandi matris falſa proſapia.
6. De illegitima Rulandi progenie.
7. De fabuloſa Rulandi ſtatura.
8. De falſa dignitate Rulandi.
9. De geſtis Rulandi fabuloſis.
10. De bello Hiſpanico Caroli Magni.
11. De multiplici obitu Rulandi.
12. De variis Rulandi monumentis & reliquiis.
13. De Ioannis Turpini inepto & ſuppoſititio libello.
14. De tempore, quo Turpini abortivus fœtus abiectus.
15. De ratione & inſtituto Turpini.
16. De ſcriptoribus quos Romanzos dicunt.
17. De argumento ab auctoritate negativo.
18. De collocatione Coloſſorum Rulandinorum.
19. De argumento ab etymologia.
20. Argumenta contra antiquitatem Carolinam ſtatuarum Rulandi.
21. De prava Coloſſorum collocatorum interpretatione.
22. De libertate Saxoniæ à Carolo M. prætenſe conceſſa.
23. De æquivocatione libertatis.
24. Carolus Magnus, an ſervitutem in Saxonia ſuſtulerit?
25. An Carolus immunitatem tributi Saxoniæ conceſſerit?
26. De exemptione Saxoniæ ab Imperio Romano.
27. De provincia, ſive Ducatu Saxoniæ.
28. De concurſu juriſdictionis Eccleſiaſticæ & ſecularis.
29. De Epiſcopatibus Saxoniæ à Carolo prætenſe conditis.
30. De decimis Saxoniæ.
31. De falſa donatione Pontifici Romano facta.
32. De origine fabulæ ex legenda S. Viti.
33. De ſuppoſititio diplomate Carolino.
34. De Carolinis urbium Saxonicarum privilegiis.
35. De paucitate privilegiorum Carolinorum.
36. De inſtitutis Carolo M. falſo adſcriptis.
37. An Carolus M. Speculi Saxonici ſit auctor?
38. De antiquitate linguæ Saxonicæ.
39. Quo idiomate Speculum Saxonicum ſit conſcriptum?

40. De

Digitized by Google

INDEX CAPITUM.

40. De varietate Legum veterum.
41. De diſtinctione Legum à Carolo M. facta.
42. De jure veteri Saxonico non ſcripto.
43. De pacificatione Caroli M. & Saxonum.
44. De dignitate & excellentia juris Saxonici.
45. De ſervitute juris Saxonici.
46. De nobilitate Saxonica.
47. De differentia juris Saxonici, civilis & Pontificii.
48. De tempore Speculi Saxonici collecti.
49. De jure feudali Saxonico.
50. De collectione juris feudalis.
51. De auctore juris municipalis.
52. De Burchardo à Mangelſeld Cancellario.
53. De gloſſatore Speculi Saxonici.
54. De inſtitutione occulti judicii in Weſtphalia.
55. De Comitatu Weſtphaliæ.
56. De Sicambrorum origine moribuſque.
57. De abuſu vetitorum judiciorum.
58. De proceſſu criminali veterum Saxonum.
59. De notatione & critica vocis vemicæ.
60. De privilegiis contra judicia libera.
61. De differentia judicum.
62. De diſtinctione Comitum.
63. De advocatis Eccleſiaſticorum.
64. De Vicario Comitis ac Scabinis.
65. De loco judicii.
66. De ſigno judicii.
67. De inſignibus judicii.
68. De banno & juriſdictione.
69. De prima ſtatuarum urbicarum collocatione in Saxonia.
70. De ſtatura, barba & habitu Saxonum.
71. De notatione Weichbildi.
72. De notatione Rulandi.
73. Quando nomina Weichbildi ac Rulandi cœperint.
74. Statua Rulandi ius fori denotat.
75. Statua Rulandi banni regii index.
76. Statua Rulandi pacis publicæ ſignum.
77. Statua Rulandi juris municipalis index.
78. Refutatio aliorum jurium Rulandinorum.
79. Quare non omnes civitates Saxonicæ Rulandos habeant?
80. De juris Weichbildici & Lubecani differentia.

Tantum eſt.

Digitized by Google

PRÆFATIO
AD BENEVOLVM
LECTOREM.

SUMMARIA.

1 *Problema, quare homines antiquitatem affectent?*
2 *Mors naturæ contraria.*
3 *Mors ſenum propinquior.*
4 *Senex morti vicinus.*
5 *Pater ante filium mori præſumitur.*
6 *Fictiones hominum reprobatæ.*
7 *Aetatem mentiri quotidianum.*
8 *Etiam populi in hac parte peccant.*
9 *Nemo natiuitatem ſuam ſcire poteſt.*
10 *Antiquitatum iactantia odioſa.*
11 *Obiectum erroris multiplex.*
12 *Mundi erronea antiquitas.*
13 *Septuaginta interpretum error.*
14 *Chronologia univerſalis corrupta.*
15 *Error mille annorum craſſiſſimus.*
16 *Vaticinium Eliæ Rabini.*
17 *Gentium origines poſt diluvium ortæ.*
18 *Aegyptiorum ridicula vanitas.*
19 *Arcadum impudentia.*
20 *Germani Aborigines.*
21 *Ethnicorum excuſatio.*
22 *Ioannis Goropij & Suffridi Petri ineptiæ.*
23 *Martinus Hamconius Poeta.*
24 *Saxonum fabuloſa origo.*
25 *Fabricius & Reineccius ſcriptores Saxonum.*
26 *Fabula juris Saxonici.*
27 *Francorum fabuloſa origo.*
28 *Fabularum origo plerumque ignota.*
29 *Libri falſi & ſuppoſititii.*
30 *Beroſus Ioannis Annij ſpurius.*
31 *Furta litteraria.*

22 *Genea-*

Digitized by Google

32 *Genealogia principum.*
33 *Maximiliani Cæſaris ſarcaſmus.*
34 *Ambitio principum quorundam.*
35 *Adamus communis parens omnium.*
36 *Infinitorum nulla ſcientia.*
37 *Chriſti prærogativa.*
38 *Romanorum arrogantia.*
39 *Ethnicorum Deorum ætas.*
40 *Urbium ficta antiquitates.*
41 *Julius Cæſar, an ſit urbium quarundam conditor?*
42 *Carolus idola Saxonica deſtruxit.*
43 *Bardevvici & Treveris falſæ antiquitates.*
44 *Urbis Stadenſis origo.*
45 *Germania olim urbium expers.*
46 *Eccleſiaſticorum jactantia.*
47 *Legum fabuloſa initia.*
48 *Leges* 12. *tabularum.*
49 *Legumlatores antiqui.*
50 *Caroli Magni Leges & inſtituta.*
51 *Rulandorum juventus.*
52 *Jus municipale ex veteri teſtamento arceſſitur.*
53 *Nullum abſurdum defenſore caret.*
54 *Etiam Reſpublicæ moriuntur.*
55 *Interitus mundi.*
56 *Senes plerumque vitæ cupidi.*
57 *Mortis fuga & metus.*
58 *Ambitio falſæ antiquitatis mater.*
59 *Prærogativa temporis ex vero æſtimanda.*
60 *Exceptio JCtorum tua non intereſt.*
61 *Juſtiniani prohibitio.*
62 *Critica ars neceſſaria.*
63 *Integritas lectionis finis criticæ.*
64 *Liberalium artium exercitium cuivis permiſſum.*
65 *Erranti viam monſtrare officium eſt.*
66 *Veritatem manifeſtari publice intereſt.*
67 *Legum antiquarii reprehendendi.*
68 *Non hiſtorici, aut ſtudioſi antiquitatum.*
69 *Antiquitas veneranda eſt.*
70 *Sed ſimul exploranda.*
71 *Errare humanum eſt.*

Digitized by Google

72 *Communis error quandoque jus facit.*
73 *Errorem pudor inſequitur.*
74 *Perſeverantia erroris intoleranda.*
75 *Rulandus erroris ſignum.*
76 *Fabulas examinare, an ſit ex uſu?*
77 *Quare in veritatem ſtatuarum inquirendum?*
78 *Interpretatio certa non convellenda.*
79 *Status civitatum, an in Rulandis recumbat?*
80 *Simulacra rerum quantum probent?*
81 *Hodie alius ſtatus urbium, quam fuit olim.*
82 *Omnium rerum viciſſitudo.*
83 *Monetæ variatio.*
84 *Argumentatio à præſenti ad præteritum.*
85 *Juriſconſultis tempus antiquum eſt centum annorum.*
86 *Aetas non præſumitur.*
87 *Mutatio ſtatus bifariam contingit.*
88 *Mutatio clandeſtina raro obſervatur.*
89 *Aetatis mutatio occulta.*
90 *Nemo tenetur divinare.*
91 *Niſi in rebus obſcuris.*
92 *Temporis & loci diſcrimen habendum.*
93 *Scriptorum teſtimonia ad ſua quæque tempora referenda.*
94 *Cui ex pluribus magis credendum?*
95 *Defectus antiquorum quatenus ſupplendus?*
96 *Auctoris inſtitutum.*
97 *Error ſcriptorum famæ vulgi adſcribendus.*
98 *Vulgi errata civitati non imputanda.*
99 *Senatus civitatem repræſentat.*
100 *Certa novitas incertæ antiquitati præferenda.*
101 *Reipublicæ fatalis periodus.*
102 *Utilitati cujuſq; Reipubl. quatenus ſtudendum?*
103 *An etiam per mendacia?*
104 *Continentia cauſæ excurſiones ſalvat.*
105 *Chriſtophori Pflugij laus.*
106 *Veritas quandoq; in obſcuro latet.*
107 *Veritatis inquiſitio amicitiæ nihil detrahit.*
108 *Calumniari virum bonum dedecet.*

In

PRÆFATIO.

IN hiſtoriarum lectione, Lector amice, cum attentione verſanti,
non poteſt non mirum videri, ſi obſervet, in ætatibus hominum † 1
antiquitatem magis, quam veritatem affectari: cum tamen illa ipſa
antiquitas ad finem & interitum nos deducat, qui naturæ, in ſui † 2
conſervatione unicè laboranti, maxime adverſatur. Quanto enim
longius vitam ac ætatem protraxit homo: tanto † certior at propinquior mors 3
ipſi imminet, arg. *l.1.§.2.ff.de condit. & demon. l.68.§.fin.ff.de leg.1.* quia ſicuti ado-
leſcentiam ſenectus: ita mors ſenectutem ſequitur, utpote publicus finis generis
humani. Senec. *epiſt.24.& 70.l.69.§.fin.ff.de leg.3.* In eoque fundatur naturalis juris
præſumptio, qua juvenes diutius vivere, & ſenes citius mori exiſtimantur, arg. *l.
hereditarium, 68.ff.ad L.Falcid.* & ibi Dd. *l.15.de fideicomm. libert.* Nimirum, quia ſe-
nex jam decurſo vitæ ſpacio morti † vicinus eſt. *c.illud 13.quæſt.2.* Alciat. *de præſumpt.* 4
reg.1.præſ.43. Menoch. *lib.6.de præſumpt.46.num.31.* Ut propterea apud Romanos
proverbio dictum ſit: ſexagenarios de ponte deiiciendos. Rittershuſ. *in partit.
feud.p.2.cap.1.n.31.* Sed & pater regulariter † ante filium diem ſuum obiiſſe præſu- 5
mitur, *l.qui duos, 9.§.1.ff.de reb.dub.* Menoch. *d.lib.6.præſ.50.* uſque adeo, ut ſi con-
trarium contingat, turbato ordine mortalitatis id fieri dicatur. *l.15.ff.de inoffic.
teſtam.* Et tamen fictiones † hominum, quibus id quod revera non eſt, eſſe fingi- 6
tur, licet in jure reprobatæ, Menoch. *1.præſumpt.8.n.18.* diverſam viam ab hiſce
præſumptionibus inſiſtere videmus. Nam & pupilli ante tempus ſui juris eſſe
volunt, & minores fallaci maioris † ætatis mendacio alios decipiunt. *l.43.ff.de mi-* 7
nor.l.1.& 2.C.ſi min.ſe maior. & filii ſe patres fam. fingunt. *l.3.C.ad SC.Maced.l.52.§.15.de
furt.* Dd. *in l.19.ff.de reg.jur.* Mendici quoque validi & robuſti prætextu falſæ ſe-
nectutis publicum incertæ mendicitatis quæſtum exercent. *l.un.C.de mendic.valid.*
Denique ubicunque ex annis emolumentum aliquod ſperatur, homines haut
difficulter annos aliquot ſibi adiiciunt. *l.13.ff.de probat.* Menoch. *lib.2.de præſumpt.
51.* Neque tantum ſinguli homines hac in profeſſione peccant, ſed † integri quo- 8
que populi, urbes & univerſitates, & ut verbo dicam, totus orbis ætatem ſuam
non bona fide pronuncians. Et hi quidem, licet ignorantiæ ſuæ citius veniam
mereantur, quia nemo ſuam ipſius ætatem † memoria aſſequi poteſt, perinde, ut 9
nec nativitatem. *l.83.ff.de condit.& demon.* Menoch. *2.arbitr.jud.quæſt.caſ.88.n.8.& ſeq.*
niſi aliunde rerum ante ſuam ætatem geſtarum notitiam conſequatur. Menoch.
d.præſumpt.51. tamen in eo genere gravius peccant illi, qui hunc falſum antiqui-
tatis † prætextum, vel comminiſcuntur, vel ab aliis inventum, forte etiam ab in- 10
certa fama ſubminiſtratum propugnant, fucatiſque pigmentis adornant, ut veri
ſpeciem præ ſe ferre videatur. Inde latiſſima errorum ſeges, quæ omnes fere
hiſtoricorum hortos, inſtar infelicis lolii ita pervaſit, ut evelli non poſſit, ſine
convulſione. Potiſſimum autem hic error, ex falſa antiquitatis † affectatione 11
ortus occupatur circa origines rerum, legum, inſtitutorum, gentium, familiarum,
urbium, Rerumpublicarum, Eccleſiarum, imo circa totius mundi ætatem. Nam

& in

Digitized by Google

12 & in hac ita verſantur † Chronologi, ut quo juniores ſunt, ea perſpicaciori cal-
culo anteceſſorum errore deprehenſo, pauciores quoque annos rerum univer-
13 ſitati, tribuant. Initium erroris fecerunt ſeptuaginta † Interpres numeros bibli-
cos non recte accipientes, ut propterea eos aperte lapſos profiteatur Hieron.
licet Auguſtinus *lib. 15. de civit. Dei cap. 23. & lib. 18. cap. 42.* pro verbo Dei ample-
ctendum cenſeat, etiam ſi quid illi mutaverint. Hinc natus ille Eccleſiaſtico-
14 rum falſus computus, † ab orbe condito uſque ad Chriſti nativitatem quinque
annorum millia numerantium, cum id intervallum intra quartum millenarium
concludi debeat, ut veriores Chronologi Scaliger, Calviſius, Bucholzerus, Dreſ-
15 ſerus, Reuſnerus, Mercator, &c. oſtenderunt. Dum ergo ultra mille annos † præ-
terito mundi ævo errore inexcuſabili tribuunt illi: tantum futuræ durationi
16 detrahunt. Et jamdudum periiſſet fides † vaticinii Eliæ cuiuſdam, ſive vates,
ſive Rabinus fuit, qui totius mundi periodum ſenis annorum millibus definivit,
de quo Mornæ. *de verit. relig. Chriſt. cap.* 29. Petr. Gregor. Tholoſan. *lib.* 4. *comment.*
art. mirab. 17. Bodin. & Reinecc. *in meth. Chriſt.* Philip. Melancht. *lib.* 1. *Chron.* Cu-
jus complementum adhuc ab eventu dependet, & in manu Dei eſt. Gentium
17 autem origines, † quamvis nobis quo tempore primum cœperint, compertum
ſit ex ſacris Bibliis, *Geneſ.* 10. tamen nonnullæ uſque adeo falſa antiquitate ſibi
blanditæ ſunt, ut etiam ante mundi ſtructuram ſe in mundo fuiſſe impudenter
jactitaverint. Quo in genere, ut omnes fere Ethnici delirarunt: ita admodum
18 ridiculi fuerunt Ægyptii, † gloriantes ſe tredecim millia annorum in ſuis anti-
quitatibus continere. Pompon. Mela *in deſcript. Aegypt.* Sed quos in manifeſto
mendacio deprehendit Herodot. *lib.* 2. *hiſtor.* apud ipſos peregrinatus. Qua de
19 falſa jactantia alibi plus ſatis dictum. Arcades autem, † ut ampliorem adhuc ve-
tuſtatem ſibi aſſererent, omnem fabularum modum ſupergreſſi ſe aſtris Lunaque
20 priores finxerunt, verbis Statii *lib.* 4. *Thebaid.* Fuerunt alii, qui ſe Aborigines † di-
xerunt, ſibi ipſis & patriæ ſuæ propriæ originis laudem aſſcribentes *vide tractat.*
de inſul. c. 31. *in pr.* Quo in numero ipſos quoque Germanos veteres ex eorum ore
21 cenſet Tacit. *de morib. German.* Quod quidem in Ethnicis † mirandum non eſt,
eo quos verbi divini luce deſtitutos, quaſi in denſis tenebris palpare oportuit.
At veritate per Chriſtum mundum reproducta, indignandum eſt, nec inter Chri-
ſtianos eiuſmodi figmenta ceſſare. Quales ſunt Suffridi Petri ſcriptoris Friſii
22 ineptiæ, qui ut † Goropio Becano originem Cymbrorum ex ipſa Paradiſo repe-
tenti, *(infra cap. 38.)* nihil concederet, Friſios ex, neſcio, qua regione Indiæ, cui Be-
nedictæ Freſiæ nomen, arceſſere, illiſque Duces ex Alexandri M. exercitu præfi-
cere pulcrum duxit. A quo cum errorem ſuum ſuxerit Martinus Hamconius
23 nuper † revocatus ab orco, cum illo, ut poëta mitius agendum erit, *infr. cap.* 14. *in*
fin. & cap. 35. *num.* 17. Jam quod Saxonum originem attinet, in illa exponenda &
24 ab initiis fabuloſis † repetenda ita verſantur veteres, ut junioribus ſeſe publice
deridendos præbeant. Quod Albert. Cranzius *in præfat. Saxon. fatetur,* ubi ita ait:
Gentis

Digitized by Google

Gentis Saxonum primordia & originem, & (quas putant) antiquitates apud no-
ſtros relegentem, pudor occupat & confuſio faciei, ita puerilibus fabulis & ani-
libus deliramentis omnia ſcatent, ut nihil in his ſibi conſtet, &c. Quam ſcholam
cum latiſſime examinarit Fabric. † *de origin. Saxon.* eumque breviſſime, ſed ner- 25
voſe ſuo more imitatus Reineccius, veram ſententiam nobis enuclearit, in illa
acquieſcendum erit. Ex illa opinionum ſententia in jus Saxonicum *art.* 4. *lib.* 3.
Landrecht. tranſiit † fabula originis Saxonicæ ex reliquiis exercitus Alexandri 26
M. hauſta proculdubio ex Witichind. *lib.* 1. *Annal.* qui eam ſoli famæ acceptam re-
fert, credulis poſteris eam pro veritate recipientibus largiter imponens. Eam qui-
dem bene refutat Cranz. *lib.* 2. *Saxon.* 21. ſed tamen *in præfat. Saxon.* à Saxone Gram-
matico natione Selandico ſcriptore Danicæ hiſtoriæ, qui ultra mille annos ante
natum Chriſtum Saxonum nomen repetit, decipitur Neque diſſimilis, imo inſul-
ſior eſt illa † Francorum origo ex Trojanis, qui ad paludes Mæotidas in Sicam- 27
bria conſederint, quam itidem rejicit Cranz. *libr.* 1. *Saxon.* 16. ſed latius examinat
Joan. Iſaacius Pontan. *in libr. de orig. Francorum.* Hæc & ſimilia figmenta, † ſive à 28
fama & incerto rumore vulgi, ex antiquiſſima proſapia ſeſe commendantis pro-
fecta: ſive ab ipſis ſcriptoribus ſuſpenſa hac hedera veſtibula operum ſuorum ex-
ornare cupientibus inventa: ſicuti auctoribus ſuis multum fidei derogarunt: ita
aliis poſt ſe errandi cauſam præbuerunt. Cui fini ſæpe etiam ſpurii † & adulteri- 29
ni libri ſub falſo veterum titulo conciliandæ fidei ergo ſuppilati ſunt, quorum au-
ctoritate decepti novitii, revera eorum auctorum eos eſſe crediderunt, quorum
nomina præferunt. Ita ipſe Cranzius *in præfat. Saxon.* auctoritati Beroſi Babylo-
nici, † inhæret, quippe quem etiam Joſephus Judæorum hiſtoricus citat, *libr.* 1. 30
antiq. Judaic. & adverſ. Appionem. cum tamen hunc falſum eſſe fœtum à Joanne An-
nio Viterbienſi Italo ſuppoſitum oſtenderit Joſephus Scaliger, & alii viri docti
ſubodorati ſint. Plura ſunt ejus generis ſcelera & furta † literaria in medio, de 31
quibus conſule diſcurſ. philolog. Frider. Tileman. Gentium originibus etiam il-
luſtrium familiarum accenſendæ ſunt genealogiæ, † quippe, quæ plerumque eo- 32
dem fine ducuntur. Ut hic quoque ejusdem Cranzii pronunciatum locum ha-
beat, quando inquit: in originibus Gentium ad Arcam usque Nohæ aſcendere,
ut quibusdam videri ridiculum ſit, ſic aliis poteſt eſſe religioſum. Quo in gene-
re ſuſpicienda eſt modeſtia Maximiliani Primi Cæſaris, qui † Stabium hiſtoricum 33
genealogium Archiducum Auſtriæ ad Noham usque deductam ſibi offerentem
ſalſe irriſit, teſte Cuſpinia. Et recte in noſtrates hiſtoricos, qui Principum ſuorum
genealogias ad Trojana tempora referunt, jocatur Reinecc *in orat. de dignit. hiſtor.*
Exempla ſunt apud Petrum de Andlo *lib.* 1. *de Rom. Imper.* 15. Quod ſi in † inveſti- 34
gando ſtemmate cujusque ad arcam Nohæ usque acceſſus patet: tum ſane nihil
obeſt, quo minus eadem opera ad primum generis humani auctorem Adamum † 35
aſcendere liceat. Qui quidem communis eſt omnium hominum ſtipes: ſed quo
ordine ac tempore omnis ejus poſteritas per univerſum orbem propagata ſit, poſt
illam gentium diſperſionem *Geneſ.* 10. ſicuti in literas relatum non eſt: ita nec poſ-

36 ſibile, nec utile fuit referri, cum † infinitorum nulla ſit ſcientia. Solus Chriſtus
37 † hac prærogativa præ omnibus Regibus mundi uti voluit, ut regii ſui generis cōtinuam ſucceſſionem à primo generis humani principio Adamo ciere poſſit *Matt. 1. Luc. 3.* In eumque finem genealogia Hebræorum usque ad Chriſti adventum in ſacris litteris continuata poſtea annotari deſiit. Cujus gloriæ inter innumerabiles mundi parem non habet. Ethnicorum vanæ ſunt, & ex adulatione profectæ
38 voces, quas tamen † Romanorum Primates libenter audiebant, uti eos Satyricus vellicat: *Stemmate quod Thuſco ramum milleſime ducis.*
39 Quo etiam referri debent Ethnicorum † Deorum, qui revera homines fuerunt, fabuloſæ antiquitates, quas Noachi ætatem non egredi certum eſt: Imo ne attingere quidem, ſed Moyſe & Prophetis Hebræorum recentiores eſſe demonſtravit Tatianus cujus librum probat, licet cætera ejus ſcripta hæretica improbet Euſeb.
40 *lib. 4. hiſtor. Eccleſ.* 17. Idem morbus etiam Reſpublicas & urbes † infecit, ut ipſæ quoque caniciem ante tempora oſtendant. Qua de re hic ſubjiciam Cranzii judicium, qui *lib. 1. Saxon.* 25. ſic inquit: Libet hoc loco exagitare inſcitiam eorum,
41 qui Julium † Cæſarem in Germania ſeptem oportunis locis arces de nomine ſeptem opportunis locis arces de nomine ſeptem planetarum fundaſſe ſcribunt, quam velut ſacram hiſtoriam ſtulti adorant, &c. Hæ ſunt urbes, in quibus idola Mercurii Lunæ, Veneris & aliorum Deaſtorum (Martiſpurgi, Lunæburgi, Magdeburgi) viguiſſe volunt, quæ Carolus Magnus deſtruxiſſe dicitur, Cranz. *libr. 2. Saxon.* 9. qui in eosdem ſcopulos imprudens impingere videtur. Erpold. Lindenb.
42 *in Chron. Caroli M. fol.* 81. *& ſeq.* Sane verum eſt, deſtruxiſſe Carolum † idola Saxonum, *infr. c.* 20. *num.* 3. quorum celebrior fuit Irmenſula Saxonica, quam proprio libello expoſuit Henricus Meibom. ſed non ideo ſedes eorum in urbibus fuit, quarum ne unam quidem Caroli M. ætas in Saxonia vidit *infr. cap.* 34. *n.* 3. Et tamen
43 Bardevvici † antiquitas ultra Romanæ urbis auſpicia, ſicuti Treveris ad Abrahamum usque fabuloſe protenditur, juxta verſiculos quos retulit Lucas Loſſius:

Abram dum natus, mox Treveris incipit ortus,
Hinc annis Bardvvic mille ſex X. quoq; quinq;,
Poſt Bardvvic Roma, &c.

Ut non mirum, ſi Trevitos circa affectationem Germanicæ originis ultro ambi-
44 tioſos vocet Tacit *de morib. German.* De Stadio † urbe ſcribitur, quod Saxones ex Alexandri Magni exercitu navigiis Albim intrantes hic ſtationem invenerint, urbemque conditam exinde appellarint. Qui adventus cum fabuloſus ſit, ut diximus, ſequitur & ædificationem & notationem urbis ejusdem farinæ eſſe. Præſertim cum Conradi II. tempore urbs nondum in rerum natura fuerit, ſed ab illo demum Archiepiſcopo Hamburgenſi licentia conceſſa ſit, condendi illic urbem *infra cap.* 68. Et longe recentiorem originem retulerit Albert. Abb. Stadenſ. *in Chron. fol.*164. Sic ergo falſæ erunt Romanorum ſcriptorum aſſertiones, qui ante Roma-
45 norum adventum † Germaniam nullis civitatibus inhabitatam, ſed incultam fuiſſe teſtantur, ut Tacit. Strabo, Herodian. & alii. Quod ut nemo ſanus dixerit, ita nemi-

Digitized by Google

nemini ſano perſuaſerit. Eccleſiæ † quoque quamvis cultrices juſtitiæ eſſe de- 46
beant: tamen ab hac jactantia immunes non ſunt, *inf. cap.* 29. Quo pertinent di-
ſputationes de antiquitate cujusque Eccleſiæ à Conſtantino M. usque uſurpatæ,
ex qua earum prælati & Rectores gloriolam petunt: Denique circa leges & inſti-
tuta † tanta antiquitas jactatur, ut omnibus fere populis innatum videatur, pri- 47
ma legum incunabula ab antiquis fabulis repetere, nequicquam id prohibente
Juſtiniano *in proœm. Inſt.* §. 2. In plebe Romana jam olim reprehendit Horat. *lib.*
2. *epiſt.* 1. quod † leges 12. tabul. & Pontificum libros: 48

Dictitet Albano Muſas in monte locutas.

Et recenſentur Legumlatores † aliquot priſci ab Iſidor. *libr.* 5. *etymol.* 1. ex quo eſt 49
cap. 1. *diſt.* 7. Polyd. Virgil. *libr.* 2. *de rer. invent.* 1. Tholoſ. *in prælud. opt. Juriſconſulti*
lib. 1. *cap.* 8. De Germanorum Legiſlat. vide Heig. 1. *quæſt. Saxon.* 7. De Francorum
& Legis Salicæ conditoribus *ibid. num.* 40. Tholoſ. *d. lib.* 1. *cap.* 10. Pontan. *lib.* 2. *de*
orig. Franc. 8. Covartuv. *pract. quæſt.* 1. *num.* 8. Borcholt. *de feud. cap.* 2. *n.* 23. De Fri-
ſiorum Suffrid. Petr. & Martin. Hamcon. Quorum multos, vel fictos eſſe opor-
tet, vel certe recentiores. Ne id quod de fabuloſa feudorum origine dixi *cap.* 49.
num. 1. hic repetam. Addendus his Carolus † M. de cujus legibus & inſtitutis 50
quid ſentiendum ſit dixi *cap.* 37. De rerum inventoribus ſcripſit Polydorus Vir-
gilius, ſed ut multi illorum ad recentiora tempora pertineant. Libet his annume-
rare Weichbildos, ſive † Rulandos, ut vocant, quorum origo vulgo ad Caroli Ma- 51
gni ætatem refertur, cum ſit ultra quadringentos annos recentior. Quod ſi illo-
rum dignitas ex antiquitate dependet, mirum, cur non eadem opera etiam ex ve-
teri † Teſtamento deducantur? Nam auctor juris municipalis originem juris 52
Weichbildici ex monarchia Babylonica repetit *in art.* 6. & 7. Ergo ipſi quoque
Weichbildi veriſimiliter ejusdem ſunt ætatis. Ut fortaſſe hæc ſit imago civitatis,
cujus ſit mentio *in Pſal.* 73. *v.* 20. Hæc deductio quamvis primo aſpectu pateat
cujus ſit generis: tamen fieri poteſt, ut defenſorem inveniat, quando, Cicerone
teſte, nihil tam monſtroſe à † quoquam fingi potuit, quod non aliquis philoſo- 53
phorum aſſeruerit. Et nullum eſt vitium ſine patrocinio, Senec. *epiſt.* 116. Quid
ergo cauſæ eſſe dicemus, cur homines naturæ quadam propenſione antiquitatem
affectent, mortem, quæ antiquitatis ſequela eſt, odio habeant? Non enim ſinguli
tantum homines moriuntur, ſed integræ † quoque Reſpubl. intereunt, urbes de- 54
ſolantur, populi extinguuntur, familiæ deſinunt. *l.* 21. *ff. quib. mod. uſufr. am.* vide
tractat. *de inſul. cap.* 24. *num.* 106. Imo totus orbis tandem interiturus erit, elapſo
termino ac fatali † periodo, quam omnibus conſtituit Deus. Cur non ergo ju- 55
niorem ætatem potius affectant, ut longiorem vivendi ſpem habeant? Perinde,
ut ſenes hoc † ſe ſolatio ſuſtentant, quod unum adhuc diem ſupervivere poſſint. 56
Cicer. *in Cato. major.* Et Senec. *epiſt.* 12. Nemo tam ſenex eſt, ut non improbe unum
diem ſperet. Nemo tam imperitus eſt, ut neſciat † ſibi quandoque moriendum, 57
tamen cum prope acceſſerit, tergiverſatur, tremit, plorat. Nonne tibi videtur
ſtultiſſimus omnium, qui fleverit, quod ante mille annos non vixerit? inquit

Digitized by Google

idem Seneca *epiſt.* 77. Si nos non ploramus, quod citius nati non fuimus, alioqui citius morituri, cur majores noſtros eodem loco eſſe volumus, contrario voto mortem ante diem provocantes, quam longiſſime à nobis abeſſe optamus? Cer-
58 te cauſam aliam non facile quis reddiderit, quam quia homines ex innata † ambitione, oſtentatione & ſuperbia in antiquitatis opinionem feruntur, eoque nomine ſe aliis præponere geſtiunt. Quæ quidem prærogativa temporis, quamvis ad nobilitatem & dignitatem ſtabiliendam in vita communi neceſſaria ſit: ta-
59 men ita temperanda † eſt, ut ne fines veritatis excedat. Alioquin in riſum magis, quam odium deſituta. Quod ſi quævis prælatio dignitatis in jure Canonico reprobatur, eo quod peccatum ſapiat. *c. legimus, & ſeq. diſt.* 92. quanto magis damnanda erit illa, quæ etiam mendacio & falſi crimine cumulatur? Dicat fortaſſe
60 aliquis ex Comico, quid tibi hanc † rem curatio eſt? Tantumne tibi abs re tua ocii eſt, aliena ut cures, eaque, quæ nihil ad te attinent? Unde apud Juriſconſultos exceptio, tua non intereſt fortiſſima eſt, ut etiam poſt ſententiam opponi poſſit,
61 Cothman. 1. *conſil.* 300. *num.* 320. Præſertim cum Juſtinian. † *in Nov.* 21. *cap.* 2. antiquiora perſcrutari, & ad ſuperiora tempora aſcendere vetet. Eumque imitatus Sonsbecius feudorum originem ex hiſtoriis inveſtigare ſupervacuum putet, eo quod Juriſconſulto ad cauſarum deciſionem non proſit. Eſt hoc argumentum
62 tale, ut totam criticam, † neceſſariam in Republ. litteraria facultatem (ſi modeſta ſit & ſobria) nobis intervertat, qua tamen, nec ipſæ ſacræ litteræ carere poſſunt. Joh. Faber *lib.* 3. *ſemeſt.* 12. Quam multos enim auctores corruptos & depravatos haberemus, quam multas res perverſe acciperemus, abſque hac ſi eſſet? Habet
63 enim Critica hunc † finem, ut boni auctores integrius & limatius in lucem prodeant, errore omni excluſo. Cui bono etiam cenſura hiſtorica conducit, de qua Frider. Tileman. *in diſcurſ. philol. fol.* 389. Neque nihil hic ſibi vendicant Grammatici, interpretationem hiſtoricam non ſine fructu uſurpantes. Quæ cum ſint
64 artes liberales, † quarum exercitium cuivis permiſſum eſt, non poteſt id usque adeo in malam partem accipi ab illo, qui veritatis amore tangitur, ut non potius
65 eo nomine magnam mihi debeat gratiam. Si enim bonum factum ac † utilem operam præſtat homo, juxta Senec. 4. *benefic.* 29. qui erranti comiter monſtrat viam, & quaſi lumen de ſuo lumine accendat facit, ut habent verſus Ennii, relati à Cicerone *lib.* 1. *offic.* ſicuti contra veteres execrarunt, ſi quis non recte monſtraverit viam: ſane neque minori laude dignus, neque minori amore complectendus, qui in denſiſſimo ſaltu hiſtorico errantes, & dumis vepribusque fabularum impeditos extrisat, aut ſaltem ſemitam monſtrat, qua ad veritatem, quam proxime accedere poſſint. Si hominis intereſt hominem beneficio affici, *l.* 7. *ff. de ſerv. export.*
66 ſi † veritatem manifeſtari publice intereſt, *c. quamquam,* 14. *q.* 2. usque adeo, ut id faciens, det gloriam Deo, *Joſu.* 7. *v.* 19. ſicuti contra, qui veritatem occultat, peccatum mortale committit, *c. quiſquis,* 11. *quaſt.* 3. Gail. 1. *obſerv.* 100. *num* 1. erroremque cui non reſiſtit approbat, & veritatem, quam non defendit, opprimit, *c.* 3. *diſt.* 83. quis vel exceptionem Juriſconſultorum, vel ſanctionem Juſtiniani Hiſtorico

jure

jure ſuo utenti objiciet? Valeat iſta, in ſchola Juriſconſultorum, contra † anti- 67
quarios illos, quibus nihil placet, niſi, quod antiquum & obſoletum, crepantes
leges jamdudum ignotas cum Evandri matre ab hinc ſeculis obrutas multis, ut
cum ſtomacho loquitur Ammia. Marcell. *lib.* 30. *hiſtor.* ſive ut Senec. *epiſt.* 114. qui
ex alieno ſeculo verba petunt, duodecim tabulas loquuntur, &c. Non valeat,
contra Hiſtoricos officio ſuo fungentes: non † contra Philohiſtores, & Juliani 68
Juriſconſulti æmulos, qui etiam alterum pedem in tumulo habentes, tamen addi-
ſcere aliquid volunt, *l.* 20. *ff. de fideicom. libert.* non contra juris ſtudioſos, quos ni-
hil antiquitatis ignorare voluit Juſtin. ipſe *in §.* 1. *Inſtit. de teſtam.* Sane æquum eſt,
ut ſua antiquitati † reverentia habeatur, *l.* 3. §. 10. *C. de vet. jure enucl.* quem ita in- 69
ducit gl. *ad proœm. Spec. Saxon.* ut occultatorem alienæ laudis furis ſocium faciat,
arg. l. hereditarium, 68. §. *fin. ad L. Falcid.* neq; ulli nationi laus ſua detrahatur. Heig.
1. *quæſt. Saxon.* 3. *in princ.* Et ratio eſt *in l.* 5. *in pr. ff. de jur. immun.* Sed non ideo pro-
hibitum eſt, † in antiquitatem inquirere, ſi ætatem mentiatur. *l minor,* 32. *ff. de mi-* 70
nor. l. 3. *C. ſi minor ſe major.* Quod in mendicis validis in neceſſitatem tranſiit, ita
quod in ipſis integritas corporum & robur annorum explorari debeat. *l. un. C. de*
mendic. valid. lib. 11. *Novell.* 80. *cap.* 5. Unde non abs re Feudiſtæ circa originem feu-
dorum ſe torquent, quia, qui illam non ignorat, juxta Jaſonem, ſuper caduco la-
boret. Errare † quidem hic facile & humanum eſt. *l.* 2. §. 14. *C. de veter. jure enucl.* 71
utpote in rebus antiquis & ab hominum memoria remotis, *l.* 28. *ff. de probat.* vel
difficulter ſciri poſſunt, ut in cognoſcendis perſonis, ubi magni errores interce-
dere ſolent. *l.* 1. *ff. de eo, quod pro tuto. l.* 5. *ff. de contr. emption.* usque adeo, ut ſæpe † 72
communis error jus faciat. *l.* 3. *in fin. ff. de ſupell. leg.* Recti apud nos locum tenet
communis error, ubi publicus factus eſt, ait Senec. *Epiſt.* 123. ſed tamen quis eſt,
quem ignorantiæ ſuæ non pœniteat, ſi lapſum ſe eſſe ſentiat? qui non † erubeſcat 73
credulitate ſua damnata, ſi dolo ſimulatorum deceptus, malas merces, & muſci-
perdam pro pipere incaute ſibi comparaverit? Quod ſi monitus in errore perſe-
veret, ut contra propria † commoda laborare videatur, *l.* 4. *C. de ſponſal.* non erran- 74
tis amplius, ſed ſtulti & dementis locum occupat, cui in jure non ſuccurritur. *l.* 9.
§. *ultim. ff. de jur. & fact. ignor.* Poſt revelationem veritatis, qui in errore perſeverat
ſciens prudens, præſumptione atque obſtinatione quadam nititur, cum ratione
ſuperetur, ait Cyprian. *in c. penult. diſtinct.* 8. Atque ita Weichbildos, ſive Coloſſos
† Rulandinos canicie graves non eſſe, verbo Juſtin. Imper. *in d. Novell.* 80. *cap.* 5. 75
ſed hactenus falſæ antiquitatis oſtentatione errandi cauſam credulo vulgo præ-
buiſſe, ex hoc commentario, prudens Lector, intelliges. Quod ſi hic verſiculi
Catulli forte in mentem veniunt:

Turpe eſt difficiles habere nugas,
Et ſtultus labor eſt ineptiarum.

ab illis nos liberabit titulus, qui hunc laborem † civitatibus Saxonicis illis man- 76
cipiat, quibus Rulandi ſunt ſacri ac in pretio habentur. Illis ſi præter expectatio-
nem inutile videbitur de ſtatuis ſcribere, ſane utilius fuiſſet eas non ponere,

Digitized by Google

neque vulgo errandi, aliis dubitandi, nobis inquirendi anſam præbere. Quodſi
77 vero ipſis operæ pretium eſt, Rulandos † ſuos auro exornare, & in argumentum
multarum libertatum in foro ſublimes venditare: concedent nobis non gravate
in illorum quoque originem cauſam & qualitatem inquirere. Qui labor tanto
auguſtior cenſeri debet, quanto facultas hiſtorica dignitate ac utilitate artem ſta-
78 tuariam antecellit. At inquies ulterius, videris ſtatum ac jura urbium † illarum
in dubium vocare, hactenus pro certis habita, contra *l. 23. ff. de legib.* quippe, quæ
per Coloſſos Rulandinos repræſentantur? Ego vero, ſicuti ſtatum, & jura urbis
cujusque, quæ jam habet, non attingo: ita ſtatuas iſtas non demolior, ſed incli-
nantes ad perpendiculum erigo: non coronam, ſed larvam tantum detraho, quam
79 vulgus ipſis per figmenta affricuit. In quaſi ſtatu † Reipubl. recumbit, tum ſane
male cum illa agitur, quippe, quæ in caducum parietem inclinat. Neque enim
80 Coloſſi, utpote † ſimulachra rerum, ſatis firma argumenta præbent, ad præſen-
tem ſtatum demonſtrandum, ſed adducenda erunt privilegia, pacta, aliaque ſo-
lidiora argumenta, quibus cordatis & prudentibus viris ſatisfiat. Imo, ut hanc
imputationem falſam intelligant, ego hodie pleriſque urbibus Saxonicis plus ju-
ris & libertatis tribuo, quam ipſis ſtatuæ Rulandinæ important. Nam ſane ad-
81 modum imperitus ſit † rerum & hiſtoriarum, qui hodie longe alium ſtatum eſſe
urbium Saxonicarum, adeoque ipſius Imperii Romano-Germanici, quam fuit
82 olim, non intelligat. Imo cum ſubinde mutari, alterari, converti ipſa rerum † vi-
ciſſitudo nos credere agit, quæ nihil ſtabile in mundo relinquit. *l. 2. §. 18. C. de vet.
jur. enucl. Novell. 7. cap. 2.* Id ſi quis ſibi perſuaderi non patitur, inſpiciat ſaltem
83 monetæ † variationem, & ex uno hoc exemplo cætera dijudicet. Etſi enim
illa omni tempore in majus, hoc eſt in deterius crevit. *l. 4. ff. quod cert. loc.* tamen
hoc noſtro ſeculo plane polypi mentem obtinet. Unde ſicuti ille audiendus non
84 eſt, qui ex veteri ſtatu hodiernas † Reſpublicas æſtimare, neque quicquam am-
plius ipſis concedere velit, quam olim habuerunt: *tract. de inſul. cap. 15. num. 70.*
ita vice verſa non eſt ferendus, qui ex præſenti ad præteritum arguens, eum quo-
que rerum ſtatum fuiſſe olim contendit, qui nunc eſt. Hujusmodi enim præ-
ſumptionem ne Juriſconſulti quidem admittunt. Menoch. *lib. 6. præſumpt. 65. &*
85 *præſ. 62. in fin.* Olim hic ἐν πλάτει conſidero, latius quam Juriſconſulti, qui † tem-
pus antiquum centum annis plus minus circumſcribunt. Menoch. 2. *arbitr. judic.
quæſt. caſ. 3. tract. de inſul. cap 25. num. 39.* Dicis fortaſſe mutationem non præ-
86 ſumi ſecundum JCtos. Atqui ſecundum eosdem etiam † ætas & antiquitas non
præſumitur, ſed neceſſe eſt eam probari ab illo, qui allegat, quæ probatio admo-
dum difficilis eſt. Menoch. *d. lib. 2. cap. 116. num. 2.* Hoc ſicuti in Coloſſis Ru-
landinis impoſſibile erit, ita facilius mutatio ſtatus probabitur, ſaltem per argu-
87 menta & conjecturas. Fit enim mutatio ſtatus, † vel manifeſte & ſubito, uno
quaſi momento, vel tecte & pedetentim, ita ut niſi ex poſt facto deprehendatur,
de qua Ariſtot. 5. *polit.* Illa ſicuti ab hiſtoricis annotari poteſt, ut quæ in oculos o-
88 mnium incurrit: † ita hujus mutationis initia & progreſſus plerumque in occulto
latent,

Digitized by Google

latent, ut ſæpe ſcriptores etiam ſagaciſſimos fallat. Cujus generis ſunt ætas, lingua, habitus, conſuetudo, mores, qui cottidie alterantur. *l. proponebatur, 76. ff. de judic.* Alex. ab Alex. *lib. 3. genial. dier.* 1. Senec. *epiſt.* 104. Ne tu quidem idem eris, inquit. Omnis † dies, omnis hora te mutat, ſed in aliis rapina facilius apparet, 89
hic latet, quia non ex aperto fit. Quamvis ergo in jure † civili divinare nemo 90
teneatur, *l. 31. ad l. Aquil. l. 4. §. 23. de dol. except.* Sed interpretatio divinatoria rejiciatur. *l. Gallus. 29. §. 1. ff. de lib. & poſt.* Neviz. *in ſylv. nupt. lib. 1. num.* 191. *Hondeda. 1. conſult. 65. num.* 23. & de ſola conjectura hiſtoriam ſcribere divinationi proximum ſit, Cranz. *lib.* 8. *Saxon.* 29. tamen † cum hujusmodi mutatio ex profeſſo in lite- 91
ras relata non ſit, quaſi divinando ex hiſtoriis colligenda eſt. In rebus obſcuris, inquit Cranz. *in præfat. Saxon.* ubi nullæ ex annalibus præceſſere adjumenta oportet ex probatiſſimis auctoribus per conjecturam divinare potius, quam certa tradere. Ita tamen, ut temporum & † locorum, quo quisque auctorum vixerit 92
ſcripſeritque, ſollicite obſervetur. Non enim ad præſentis ſtatus probationem præteriti temporis hiſtoria ab ultima memoria, vel contra adduci poterit, ſed ſemper ob oculos habenda eſt aurea Auguſtini regula, approbata in jure Canonico, *in c. ſi peccaverit, 2. quæſt.* 1. diſtingue tempora, & concordabit ſcriptura. Ecce de Caroli Magni ævo quæritur, † ejus ergo ſeculi ſcriptores, utpote teſtes αὐτόπται 93
καὶ σύγχρονοι conſulantur. Ventum eſt ſucceſſive ad tempora Imperatorum Saxonicorum, Ottonum, Henricorum, ſub quibus inſignes mutationes contingere, eorum quoque hiſtoricos exſpectamus. Ad Caroli IV. & ſucceſſorum imperia deſcendimus: & major ſcriptorum copia ſuppetet, & probandi onus levius. Adeoque ſemper fide dignior † erit hiſtoricus, quo propius ad illud tempus & lo- 94
cum, de quo quæritur, accedit. Indignamur, ſi antiquiores de rebus geſtis ſui ſeculi annotatione dignis Harpocrates & Tacitos agant, neque de eo, quod ſcire noſtra intereſt, copioſe nos inſtruant. Sed non ideo defectum hunc † ex no- 95
ſtro cerebro ſupplere, recentioribus permiſſum erit. Quod ſi quis faciat, eum hiſtorici perſonam, cujus anima eſt veritas, exuere, & fabulatoris induere palam eſt. Itaque ad hanc normam † in præſenti opuſculo verſatus, id egi, ut originem & 96
ætatem ſtatuarum harum ex veris monumentis eruerem, & tempora ſaltem ἐν πλάτει oſtenderem. Communem autem errorem ſcriptorum, † ex fama & ru- 97
more incerto proculdubio ortum, ſicuti intactum dimittere non potui: ita eum vulgo adſcribere malui. Hujus enim proprium eſt nugas agere, fabulas comminiſci, ac pro veris hiſtoriis venditare, vel ſi quid veri ſubeſt, in majus extollere, & ex muſca elephantum facere. Quod ſicuti prudentioribus, † multo mi- 98
nus toti civitati imputandum non eſt, quia non plebem, ſed Senatum & nobiliores urbis partes † civitatem repræſentare notum eſt: ita illos in malam partem 99
non accepturos confido, ſi vulgi judicium, aut rumorem non magni faciam: cum ipſi Impp. *in l. 12. §. 1. C. de pœn.* ſanxerint: vanas voces populi audiendas non eſſe. Neque indigne laturos, ſi Rulando juveniliorem ætatem tribui audiant, quam

vulgus

De

WEICHBILDIS SAXONICIS,

Sive

COLOSSIS RVLANDINIS URBIUM QUARUNDAM SAXONICARUM,

CAPUT. I.

De falſa Coloſſorum Rulandinorum antiquitate.

SUMMARIA.

1 *Saxonia duplex orientalis & occidentalis.*
2 *Coloſſi Rulandini civitatum Saxonicarum.*
3 *Hiſtorici à vulgi rumore decepti.*
4 *Diſſenſus ſcriptorum falſitatis indicium.*
5 *Teſtes in circumſtantiis diſcordes ſuſpecti.*
6 *Collocatio Coloſſorum Carolo M. adſcribitur.*
7 *Item Saxonibus.*
8 *Privilegia Coloſſorum incerta & innominata.*
9 *Auctores Rulandorum mentionem facientes.*
10 *Dauthius & Brotuffius cæteris prudentiores.*
11 *Tota Rulandi hiſtoria fabuloſa.*
12 *Clarorum virorum facta quandoque fabulis aucta.*
13 *Falſitas argumentis & conjecturis probatur.*

IN civitatibus quibuſdam Saxoniæ orientalis, † quam veteres No- 1
vam ſive Oſtphaliam dixerunt, ad differentiam veteris ſive Weſt-
phaliæ, de qua diſtinctione vide Cranz. *lib.* 2. *Saxon.* 2. grandes Co-
loſſi, ſive ſtatuæ viri armati effigiem repræſentantes, in foro ere-
ctæ conſpiciuntur, quos vulgus RVLANDOS † indigetat eosque 2
Caroli Magni ævo collocatos, neſcio cujus libertatis indices eſſe contendit. De-
cepit ea † falſa vulgi, ſive perſuaſio, ſive jactantia etiam Hiſtoricos quoſdam no- 3
ſtri ſeculi (veteres enim nihil hujus rei agnoſcunt,) ut alicubi obiter ac inciden-
ter harum ſtatuarum mentionem facientes, antiquitates & privilegia earum ad

Carolum Magnum Imperatorem Rom. referrent, ſed nullo certo fundamento ſubnixi. Atq; ita variè, ut verbo Plinii *lib.* 3. *natur. hiſt.* 1. nulli duo concinant. Quæ
4 certiſſima eſt fabuloſitatis † nota teſte Joſepho *adverſ. Appion.* Nam, quæ conſtantia falſis? variantur & diſſident, inquit Seneca. Et Plaut. *in Mercat.* diſſident ſententiæ. Sequeſtro vir ait datam: eandem verò venalem dicit filius. Quo argumento duos ſenes in mendacio deprehendit Daniel *cap.* 13. *verſ.* 61. Unde
5 teſtes † ad hoc, ut probent, debent concordare in circumſtantiis, quæ hoc verſiculo continentur:

Res, perſona, locus, gradus, hæc ſint conſona, tempus.

Proſper Farinac. *de teſtib. quæſt.* 65. *n.* 1. *& ſeqq.* Itaque hinc colligere eſt ſcriptores iſtos ſibi contrariantes vulgi incertam famam, non certam aliquam rationem,
6 aut auctoritatem ſecutos. Alii enim, & maxima quidem pars, à Carolo † Magno in honorem Rulandi ſororis ſuæ filii eas erectas volunt, ut Georg. Fabr. *lib.* 7. *orig. Saxon.* Reiner. Reinec. *ad annales Poetæ Anonymi*, Cyriac. Spangenb. *in Chron. Saxon. cap.* 14. Erpold. Lindenbr. *in Chron. Caroli M. fol.* 156. *&* 269. Chronic. Bremense MStum & ejus abbreviato Guilhelmus Dilich. *fol.* 39. *&* 58. Alii ab ipſis Saxonibus, ut Erneſt. Brotuff. *lib.* 1. *Chron. Martiſpurg.* 21. Et quamvis in eo ferè con-
7 ſentiant, libertatum ac privilegiorum † quorundam indices eſſe Rulandos: tamen, quæ vel qualia ſint illa, certo exprimere nequeunt. Itaque plerique in
8 genere ſubſiſtunt, ac nihil † certi determinant: ut Spangenb. † & Reinecc. *dd.*
9 *loc.* Albert. Cranz. *lib.* 10. *Saxon.* 2. Matth. Dreſſer. *in millen.* 5. *fol.* (*mihi*) 404. Comment. *in Solinum lib.* 1. *cap.* 3. Elias Reuſner. *in oper. geneal. in ſtemmate Carolino*, Petrus Berthius *lib.* 3. *comment. rerum German. in Magdeburgo*, Georg Sabin. *in Chron. Brandenb.*
10 *Chronicon veteris Marchiæ lit.* G. Chron. Bremenſe, &c. Exceptis Erneſto Brotuffio † & Joanne Dauthio JCto *in hypotyp. contr. Andr. Knichium ſect.* 8. qui magis ad ſpeciem deſcendunt, ut poſtea dicemus. Quod ſi ad primæ originis tempora, incorruptæque antiquitatis teſtimonia recurramus, non ſolum hanc ipſam jactantiam de privilegiis Coloſſorum Rulandinorum vanam, ſed totam etiam hiſto-
11 riam de Rulandi † putativis natalibus, ſtatura, dignitate ac rebus geſtis, imo de ipſius Caroli Magni prætenſis donationibus, privilegiis, legibus ac inſtitutis, multis fabulis involutam eſſe deprehendemus. Adeoque verum eſſe pronun-
12 ciatum Theodorici à Niem *lib.* 2. *de ſchiſmat.* 22. clarorum † hominum fama non veris contenta laudibus, ſæpe etiam fabulis viam fecit. Quod indubitatis argumentis, tam ex hiſtoricorum fide dignorum teſtimoniis, quam ex naturali ratione & chronologica certitudine deſumptis demonſtrabimus, incipiendo à primis Rulandi noſtri incunabulis, ubi de etymo nominis quædam præmiſerimus: cum
13 certum ſit falſitatem non † modo argumentis, ſed etiam conjecturis probari poſſe, juxta JCtos, Hyppol. à Marſil. *conſ.* 27. *n.* 8. Cravet. *conſ.* 134. *num.* 39. *lib.* Cephal. *conſ.* 287. *num.* 5. *lib.* 2. *&c.*

CAP.

CAP. II.

De nomine Rulandi.

SUMMARIA.

1 *Rulandi nomen origine Germanicum.*
2 *Nominum Germanicorum flexiones.*
3 *Rudolphi etymon.*
4 *Ratholdi ſignificatio.*
5 *Rulandi nomen pluribus populis familiare.*
6 *Item καθ' ἐξοχὴν uſurpatum.*
7 *Rulandus etiam Orlandus dicitur.*
8 *Catalogus Doctorum Rulandi nomine inſignitorum.*
9 *Italorum Rulandi.*
10 *Alexander III. Papa antea Rolandus dictus.*
11 *Rulandorum JCtorum Germaniæ laus.*
12 *Rulandi vocabulum etiam Turcis notum.*

ROlandi nomen Germanicæ † originis à genuina pronunciatione, ut pleraque alia, nonnihil receſſit, cum φυσικῶς Ratland, id eſt, conſilii terra diceretur. Ad quam primævam originem antiquior ſcriptio aſpirat. Sic enim in præcepto Caroli M. evindicatorio de Anno 776. Rotland legitur. Et in antiquis chartis traditionum apud Legulei. Hund. *de colleg. Boioarto. fol.* 461. Rutlandus de Pubinheim. Item Rutland de Altenfeld, *fol.* 464. *& paſſ.* Pro quo euphoniæ cauſa Rolant, ſive Ruland invaluit. Et notum eſt, fere pro cujuſque linguæ dialecto flexiones † variare. Ut in catalogo nominum propriorum Alemannicorum: Ruadlant, Ruodelant, Ruodlant, Rudlant. In nominibus propriis vero in Alemannia Curienſi: Ruadlint, Ruoadlind, Ruodlint, Ruollind, Rullind. Extat libellus inter antiquitates Alemannicas Goldaſti. Neque deſunt exempla in aliis eiuſdem generis vocibus. Ita enim Rathulf, id eſt, conſilii auxilium in Rodolphum tranſiit. Quod nomen † Rudolphi Cæſares primus & ſecundus nobilitarunt. Ac uſurpavit, ut jam olim Rex quidam inſulæ Scanziæ apud Jornandem *de rebus Geticis fol. (mihi)* 83. ſed ut illic Rodulphus appelletur, ut & *in c.* 35. *extr. de reſcript.* Propius ad etymon accedit Radulphus Archiepiſcopus Remenſis, de quo *in complem. Sigebert. Gemblac. ad An.* 1114. Sed corruptius eſt Saxonicum Rolef & Normannicum Rollo, celebris illius Dani nomen, de quo Janus Douſa *lib.* 6. *annal. Holland.* Ita, qui Ratholdus † nominatur *in rubr. c. latorem,* 15. *cauſa* 33. *q.* 2. quaſi dicas conſilium tenentem, inter Archiepiſcopos Argentinenſes Guillimanni Ratboldus appellatur, quaſi conſilio celer. Ita ex Ludher, id eſt, populi domino, Italis Lotharii, Saxonibus Luderi

appel-

appellatio nata eſt. Cranz. *lib. 5. Saxon.* 25. Ex Ludhold delicio populi, Leopold, Lippold. Qua de flexione vide libellum de nominibus propriis Germanorum, qui Martino Luthero adſcribitur. Quem ſi quis pluribus illuſtrandum reaſſu-
5 mat, bonum factum putet. Eſt autem Rulandi appellatio † non Germanis ſolum, ſed aliis quoque populis, Italis, Gallis, Hiſpanis, Anglis familiaris, proculdubio à Gothis Longobardis & Saxonibus eò delata. Præſertim apud Italos
6 Rolandi nomen κατ' ἐξοχὴν † quandoque accipitur, ut apud JCtos Mævii Sempronii, &c. Procul dubio propter frequentiam, ut in caſu mercatoris Rolandi apud Caſtrenſ. quem citat Stracha *in tract. de adiecto. p. ult. num.* 30. Item in problemate arithmetico apud Abbat. Stadenſ. *fol.* 180. de tribus coniugum paribus Rhenum transvectis, inter quos Rolandus & Roſa. Iidem Itali cum per metatheſin
7 primam ſyllabam transponentes † Orlandum pronuncient, ex uno geminum nomen fecerunt. Quomodo Rulandi & Orlandi diverſa nomina in Calendario Romano fulgent, quorum dies in Julio & Auguſto celebrantur. Ita noti ſunt Orlandus Laſſus Belga Muſicus præſtantiſſimus, cuius cantiones in pretio
8 habentur, de quibus Thuan. *lib.* 109. *hiſt. in fin.* Cæſar † Orlandius JCtus, cuius [illegible] Tileman [illegible]*ſ. philolog. fol.* 60. Rolandus de Valle JCtus Italus, cuius extant conſiliorum volumina 4. aliaque opera erudita. Rolandus ſive Rulandinus de Placiola JCtus, quem compatriotam ſuum ſcripſiſſe *ad tit. quis dicat. Dux Comes vel Marchio*, refert Alvarot. *ad princ. lib. 2. feud.* 27. De quo Valent. Forſt. *lib. 3. hiſtor. jur. civil.* 24. Rulandinus Rudolphus JCtus ſcripſit ſummam totius artis Notariatus. Rolandus Capellanus Bononienſis *in cap. 31. §. forma, 2. q. 6.* Rolandus ſacerdos Parmenſis legatus Henrici IV. Cæſaris ad Gregorium VII. Papam. De quo Avent. *lib. 5. annal. Boio.* Cranz. *lib. 5. Saxon. 6.* Poëta quidam in vita Mathildis Comitiſſæ Cæſaris Baronii annal. Eccleſ. inſertus:

Quidam Rolandus Parmenſis clericus aptus
Efficitur quarum gerulus tunc litterularum.

9 Plures eo nomine leguntur inter nuncios † civitatum Italiæ, *in tit. de pace Conſtant. in §. hæc ſunt nomina, & in §. hi ſunt nuncij, in uſib. feud.* ut Rolandus de charitate, Conſul Regii, Rolandus de Baimonte, Rolandus Guarini, &c. Quin ipſe Alexander
10 III. † Papa, ante adeptam dignitatem Rolandus Cancellarius dictus, patria Senenſis. De cuius adhuc Cardinalis legatione v. Otton. Friſing. *lib. 3. de reb. geſt. Frider.* Gunth. *lib. 6. v.* 260.

Qui poſt in cathedra Rollandus nomine verſo
Dictus Alexander, &c.

Item: Rulandus Longobardorum proſapiæ gentilis Ducum Brunvicenſ. de quo Reinec. *ad annales Caroli M. fol.* 16. Rolandus Gomes de Stotle, cuius meminit Chron. Oldenb. *fol.* 64. Rolandus Satrapa conditor Widenellæ arcis in Friſia apud Martin. Hamcon. *fol.* 30. Martinus Rulandus Medicus, cuius præter alia opera medica extat tractatus de aureo dente, Thuan. *lib.* 104. *hiſtor.* Et hodie in Germania

† clarent

Digitized by Google

† clarent JCti Rutgerus & Joannes Rulandi, plurimis editis ſcriptis celebres, Ru- 11
landinum Coloſſum ſuper galea inſignium ſuorũ, Cæſareo diplomate nuper con-
firmatorum fulgentem præferentes. Denique etiam apud Colchos frequens eſt 12
Rulandi † nomen in cantilenis. Unde eo translatum, non coniicit Buſbeq. *epiſt. 3.*
niſi trans mare migravit una cum Gothfredo Bullionio. Uſque adeo id nominis
totum fere orbem pervagatum, etiam canoniſari, & in numerum ſanctorum re-
ferri meruit. Quod Germanorum dignitati debemus, è quorum lingua id prodiit.

CAP. III.

De falſis Rulandi natalibus.

SUMMARIA.

1 *Rulandus ejus nominis primus.*
2 *Caroli M. nepos ex ſorore creditus.*
3 *Magnum crimen alienæ familiæ ſe inſerere.*
4 *Publice intereſt partus non ſubiici.*
5 *Auctores poſteriores eius criminis rei.*
6 *Scriptores veridici de Rulando tacent.*
7 *Eginhardi auctoritas & fides.*
8 *Ejus dignitas & officium.*
9 *Eginhardus Rulandi affinis falſo creditur.*
10 *Auctor anonymus Pythæi.*
11 *Adelmus Benedictinus inveſtigatus.*
12 *Chriſtophori Pflugij laus.*
13 *Aimonius Regino & alij auctores veridici.*

PRimum hujus nominis uſurpatorem † Rulandum ſtatuemus præfectum lit- 1
toris Britannici, quem ſub Carolo Magno vixiſſe certum eſt ex Eginhardo.
Eum vulgo ejuſdem Caroli Cæſaris & Francorum Regis † nepotem ex ſorore 2
Bertha faciunt, cujus pater fuerit Milo Comes Cenomanenſis & Blavii Dominus,
decepti auctoritate Joannis Turpini, quem Archiepiſcopum Remenſem ferunt.
Quod ſi accuratius omnes circumſtantias & momenta temporum conſideremus,
Rulandum hunc quicunque etiã fuit, falſo illuſtribus natalibus Carolinis inſeri
deprehendemus. Quod Valer. Max. *lib. 9. c. ult.* impudentiæ genus † nullo modo 3
ferendum dicit, recitans exempla aliquot eorum, qui malo eventu id affectarunt.
Et jura civilia graviter deteſtãtur *in l. 1. §. ſi mulier. 11. l. 3. §. ſi mater. 6. ff. de Carbon. edict.*
uſque adeo, ut id cum infamia conjunctum velint. *l. 15. & ſeq. ff. de his, qui not. infam.*
Publice enim intereſt, † partus non ſubiici, ut ordinum dignitas familiarumq; 4
ſalva ſit, dicente Ulpiano JCto *in l. 1. §. 13. ff. de ventr. inſpic. l. ſuper ſtatu. 9. C. de quaſt.*
Quamquam culpa ejus rei, non in Rulando Caroli Magni præfecto & milite,

 ſed in

5 ſed in ſcriptoribus † illis reſidet, qui diu atque aliquot ſeculis poſt hujus ſuppoſi-
6 tionis ſe reos fecerunt. Nam hiſtorici σύγχρονοι & fide digni † qui Caroli M. res geſtas in litteras retulerunt, vel ſaltem Carolino ævo propiores vixerunt, Rulandum nullibi Caroli M. nepotem, vel cognatum nuncupant, non omiſſuri hanc generis nobilitatem & cognationem regiam, ſi Rulando competiiſſet. Inter
7 quos agmen ducit † Eginhardus, contractè Einardus, Sigebert. *ad Ann.* 814. Einardum vocat, cujus auctoritas in hoc paſſu meritò primas tenet, ſicuti eius fidem & integritatem poſteriores omnes amplectuntur & magnificant. Ita enim Trithem. *de viris illuſtr. cap.* 84. teſtatur, quod ſcripſerit vitam Caroli Imper. tanto veracius, quanto adhæſit ei familiarius. Præſertim cum ipſe primus, & forſitan ſolus eo tempore Caroli M. hiſtoriam litteris mandaverit. De quo ita ſcribit Albertus Abbas Stadenſis, qui totum ipſum ſuum fecit, *in Chron. fol.* 70. De Caroli M. nativitate atque infantia, vel pueritia dicit actuum ejus ſcriptor ab eodem Principe educatus, quod neque ſcriptis unquam aliquid declaratum ſit, neque quiſquam ſuo tempore inventus, qui horum notitiam ſe habere dixerit, &c. Ne-
8 que dubium, quin veritatem aſſequi potuerit, cum Carolo M. à manu fuerit † Eginhardus. Unde Trithem. Cancellarium vocat, Sleidan. *lib.* 3. *de quat. monarch.*
9 ſcribam juratum, vulgò Secretarium. Quod ſi Eginhardus Caroli M. gener † fuit, ut à nonnullis falſo creditur, quomodo credibile eſt, ipſum Rulandi affinis ſui genus & laudes ſuppreſſurum, & ne verbulo quidem indicaturum fuiſſe?
10 Proximæ dignationis habentur, Auctor Anonymus à Pythæo † editus, item annales Francici, à Juſto Reubero JCto editi, & Aſtronomo cuidam adſcripti, qui Lu-
11 dovico Pio familiaris fuit, Tholoſ. *lib.* 25. *de Republ.* 1. *num.* 10. & 13. ſed quem † Adelmum Benedictinum eſſe, docuit me nobiliſſimus juxta ac eruditiſſimus Chriſto-
12 phorus Pflugius, † illuſtri Comiti Oldenburgico à conſiliis, quem poſt alios laudant & citant Ritterſh *in notis ad Gunther. non unis in locis*, & Camerar. *lib.* 2. *medit. hiſtor.* 95. Is autem *ad Ann.* 785. Theodoricum Comitem propinquum Regis, & *ad Ann.* 773. Bernhardum patruum vocat. Ut inde cõſtet, ſcriptores non facile quemquam ſua laude, vel nota privare. Addi his poſſunt Regino Brumienſis, & Ai-
13 monius, † quem commendat Janus Douza *in Annal. Holland.* & ſi qui plures inter ſcriptores veteres rerum Germanicarum, à Reubero, Frehero, Urſtiſio, Piſtorio Goldaſto, Caniſio, Lindenbrogio aliiſque antiquitatum indagatoribus in lucem producti, & reproducti ſunt, in quibus de Rulando parum, aut nihil reperies.

Cap. IV.

De unica Caroli M. ſorore.

Summaria.

1 *Argumentum ex Eginhardo deſumptum.*
2 *Giſla unica ſoror Caroli Magni.*

Digitized by Google

3 *Erpoldi Lindenbrogi conſenſus.*
4 *Ejuſdem contradictio.*
5 *Dictio unica eſt reſtrictiva.*
6 *Unum duo eſſe nequit.*
7 *Neq; duo unum eſſe poſſunt.*
8 *Pluralitas ſororum Caroli Magni ficta.*
9 *Leo Papa an ſit frater Caroli?*
10 *Ada ſoror ejuſdem putativa.*
11 *Inſcriptionibus quanta fides tribuenda.*
12 *Genealogia ficta Carolina.*
13 *Figmentum de Eginhardi clandeſtino matrimonio.*
14 *Unde natum?*
15 *Nithardus Hiſtoricus an ſit Carolinæ proſapiæ?*
16 *Remeri Reineccii lapſus.*
17 *Recentiores Hiſtorici ex antiquioribus æſtimandi.*

QUod ſi Rulandus nepos fuit Caroli Magni ex ſorore, tunc aut legitima co-
gnatione † avunculum ſuum attigit, aut illegitima. Neutrum verum eſſe 1
ex ſequentibus patebit. Et quidem legitimam cognationem non intercedere
duobus argumentis probatur, quorum primum ex Eginhardo mutuabimur.
Is enim Carolum † unicam tantum ſororem habuiſſe, eamque ſanctimonialem, 2
cui nubere non licuit diſerte ſcripſit, hiſce verbis: Erat ei UNICA SOROR
GISLA nomine, à puellaribus annis religioſæ converſationi nuncupata. Quam
magna pietate ſimiliter, ut matrem coluit. Quæ etiam paucis ante obitum il-
lius annis, in eo, in quo converſata eſt, monaſterio deceſſit. Hæc ille. Ut in-
telligas virginem & ſine prole ipſam obiiſſe. Quæ totidem verbis repetunt Ab-
bates Urſperg. Stadenſ. & alii. Eaque Germanicè ſic reddidit Erpoldus † Lin- 3
denbrog. *in Chron. Caroli M. fol.* 25. ita: Eine einige Schweſter hatte Carolus / mit
Namen Giſsla / (Durat nomen Giſſel apud Saxones, à coniiciendo derivatum, un-
de Giſſelbertus) die von Jugend auff im geiſtlichen Leben aufferzogen war / die hatte
er nicht minder / denn ſeine Mutter / lieb und werth gehalten / ꝛc. Hæc cum ita ſint, ne-
mo ſatis mirabitur eiuſdẽ Auctoris † incogitantiam (ſic enim vocare lubet) quan- 4
do ſtatim *in ſequenti periodo* ſeipſum quaſi corrigens, Rulandum Caſoli M. ſororis
Berthæ filium contradictoriè introducit. Si enim Giſla unica Caroli M. ſoror
fuit, qnomodo Bertha altera ipſius ſoror eſſe potuit? cum dictio unica † habeat 5
naturã taxativam & reſtrictivam, excludens omnem pluralitatem, Bald. *in l.1. in 1.
oppoſ.* & ibi Salicet. *C. de bon. poſſ. cont. tab.* Moller. *lib.1. ſemeſt.* 47. *n.*3. Et numerus ſingu-
laris pluralitatem non patiatur. Hondedæ. *vol.1. conſil.* 4. *n.*39. *&* 2. *conſil.* 29. *n.*30. *arg.
c. gaudemus, extr. de divort. ibi:* non dixit tres, vel plures, ſed duo: nec dixit adhærebit
uxoribus, ſed uxori. Fieri enim per rerum naturam nequit, † ut quod unum 6
eſt,

Digitized by Google

eſt, fiat duo, & in diverſas res eat unitus ingenita ſimplicitate indiviſa, ait Arnob.
quem citat Hering. *de fidejuſſ. cap. 6. num. 76.* Sicuti contra impoſſibile eſt, ut duo †
7 ſint unum. De quo extant elegantes jambi Græci apud Niceph. Calliſt. *lib.* 18.
hiſt. Eccleſ. cap. 48. qui Latinè ſic habent:

At unum & unum, ſi unum dixeris,
Pueri vel ipſi tale dictum riſerint.

Itaque licet vulgò plures ſorores Carolo Magno tribuant; tamen eas pro genui-
nis non agnoſcimus, ſed pro commento habemus, prolato ab iis, qui veram hi-
ſtoriam Eginhardi figmentis ac fabulis contaminarunt, ut poſtea dicemus. Quod
8 etiam diſſenſus ipſorum † arguit, dum alii earum ſororum quinque, alii ſeptem
numerant. Fortaſſe etiam plures reperire licebit, ſiquidem omnes genealogiæ
9 excutiantur. Ita enim de Leone † Papa rumor ſparſus, quaſi frater Caroli Ma-
gni fuerit: Theod. à Niem *in Nem. union. tract. 6. Chron. Erfurt.* Extat etiam Epita-
phium inter Epitaphia Pantaleonis Candidi, Treveri in Monaſterio S. Maximini
choroque ibidem medio in ſolo ſtratum ex candido nigroque marmore, inge-
10 nioſa & eleganti varietate diſtinctum, hac inſcriptione: ADA † ANCILLA CHRI-
STI, SOROR CAROLI MAGNI. Licet enim Juriſconſulti monumentis
11 & † inſcriptionibus multum tribuant, de quibus Dd. *in l. monumentorum, 6. C. de re-
lig. & ſumpt. fun.* Menoch. *lib. 2. præſumpt. 59.* Trentacinq. *lib. 2. reſol. tit. de probat. reſ. 6.*
tamen, quam eorum fides claudicet demonſtravit Frider. Tilem. *in diſcurſ. philo-
log. fol.* 190. & eſt exemplum apud Cranz. *lib. 4. Saxon.* 13. Eiuſdem generis eſt gene-
12 alogia † ficta, quam ex alia Caroli Magni ſorore deducit Joan. Letznerus *in hiſto-
ria Ludovici Pii* citante Meibom. *ad lib. 3. annal. Witichind.* Addenda his hiſtoria de
13 Eginhardi † cum Imma Caroli Magni filia clandeſtina conſuetudine ex Chron.
Laurisheim. à Marquardo Frehero edito, Jo. Wolf. *cent. 8. lect. varia. ad An.* 800.
quam fictam, ut credam, facile perſuaſit ratio ac auctoritas ſupra memorati Pflu-
gii, vel propter ipſius Eginhardi teſtimonium, qui Carolum nullam filiarum cui-
quam aut ſororum, aut exterorum nuptum dare voluiſſe ſcriptum reliquit. Itaq;
14 nata videtur fabula † ex hiſtoria manialis, quæ clericum amatorem noctu per ni-
vem dorſo extra curiam deportavit, inſpectante Henrico III. Imper. de qua Ra-
nulph. *lib. 6. cap.* 21. Malmesbur. *lib. 2. c.* 67. *cent. Magdeb. 11. cap. 6.* Alioqui credi pote-
rat, Eginhardi nomen pro Engelberto per errorem ſurrepſiſſe, qui fuit Abbas
Monaſterii in Centulo, ad quem Alcuinus præceptor Caroli M. *epiſt.* 51. direxit,
15 quem Nithardus † Hiſtoricus *lib.* 4. generum Caroli M. facit, niſi tota illa narra-
tio, qua ſe quoque Carolino ſtemmati inſerit Nithardus, ſuſpecta eſſet. Decepit
16 id Reinerum † Reineccium, quantumvis ἱστορικώτατον & de re litteraria benè me-
ritum, *in Comment. ad Poetam Anonym.* quod amore ſtudii genealogici, quæ præci-
puè flagravit, Carolo M. matrem Rulandi pro ſorore adiunxerit, hunc ſcilicet
defectum Franciorum annalium, ex aliis & recentioribus hiſtoriis ſupplens, cum
17 has potius † ex antiquioribus & integrioribus ſcriptoribus, Eginhardo præſer-
tim, æſtimare debuiſſet.

CAP.

Digitized by Google

CAP. V.

De Bertha Rulandi matris falſa proſapia.

SUMMARIA.

1 *Bertrada mater Caroli, an filiam Bertham habuerit?*
2 *Caroli Magni obitus.*
3 *Ejuſdem ætas.*
4 *Annus natalis.*
5 *Locus nativitatis incertus.*
6 *Rulandi mors.*
7 *Ejusdem Epitaphium.*
8 *Rulandus nepos avunculo major.*
9 *Filius patre antiquior eſſe nequit.*
10 *Germanorum mores.*
11 *Mater quot annis filio major præſumatur?*
12 *Germanorum ſera matrimonia.*
13 *Carolus M. natione Germanus.*
14 *Liberi plerumq; parentibus ſimiles.*
15 *Ex pueris imbellis partus producitur.*
16 *Rulandi matris conceptio.*
17 *Pipini Regis obitus.*
18 *Ejuſdem procreatio ſobolis.*
19 *Pipini junioris nativitas.*
20 *Fœminarum fœcunditas ceſſat anno quinquageſimo.*
21 *Pipinus, an plures uxores habuerit?*
22 *Carolus filius primogenitus.*
23 *Bertradæ Reginæ obitus.*
24 *Hildegardis Reginæ obitus.*

ALterum argumentum à certitudine chronologica petitum itidem fallere
nequit. Ex Bertrada † enim, contracte Bertha, Pipini Regis conjuge, 1
Caroli Magni matre naſci non potuit Bertha homonyma Rulandi mater, quia
ſic ſeptennio citius natus fuiſſet Rulandus nepos, quam Carolus Magnus avun-
culus. Quod à poſteriori ſic colligitur. Certum eſt Carolum † diem ſuum ob- 2
iiſſe Anno Chriſti 814. 5. Kalend. Februar. cum † vixiſſet annos 72. Eginhard. 3
Chron. Hirſaugienſ. Abbas Spanheim. Lindenb. & Wagner. *in Chron. Caroli Magni.* licet alii 71. tantum annos numerent, ut Annal. Fuldenſ. Otto Friſing. *lib.* 4. *hiſtor.* 31. Hermann. Contract. Abbas Stadenſ. Adelmus Benedict. Janus Serreſius & alii: quorum illi de inchoatis, hi de completis annis intelligi & ſic conciliari

 poſſunt.

4 poſſint. Sic ergo natus † eſt Carolus anno 742. ut poſt Annales Franciços, Sigfrid. Mineni. & alios teſtatur Elias Reuſner. *in opere geneal. in ſtemmate Carolino.* Et quidem 28. die Januarii, quo etiam fato functus, ſi iiſdem credimus.
5 Licet de loco, † in quo id factum ſit, ſive Ingelheimi prope Moguntiam, ſive Ratbergi prope Monachium, ſive Jopillæ apud Leodium ambigatur, ut videre eſt ex
6 Petro à BeecK de Aquiſgrano *cap. 3.* At Rolandus in bello Gaſconico † ad Roncevallim occubuit Anno 778. ut poſt alios firmat Cardin. Baronius *in annal. Eccleſ. ad hunc annum, infra cap. 11. num. 7.* cum vixiſſet annos 42. Hanc enim ipſius æta-
7 tem prodit nobis epitaphium, † quod Carolus Rulando erexiſſe ſcribitur à Turpino hiſce verſiculis, quos contra ipſum producimus:

Tu patriam repetis, triſti nos orbe relinquis,
Te tenet aula nitens, nos lacrymoſa dies.
Sed quia luſtra geris octo & binos ſuper annos,
Ereptus terris juſtus ad aſtra redis.

Quos Germanicis rythmis ſic expreſſit Lindenbrogius:

Deines Alters zwey und viertzig Jahr/
Erlebet haſt nicht ohn Gefahr.

Ut ſic natum eum oporteat Anno Chriſti 726. Ecqui autem perſuaderi poterit, ne-
8 potem † hunc ex ſorore Carolo avunculo ſexennio majorem natu fuiſſe: cum non
9 ſit veriſimile, ſed quaſi pro monſtro, ſi † filius ſit major patre, & multo magis, ſi nepos ſit antiquior avo? §. 4. *Inſt. de adopt.* Avunculus autem propter ætatem patris loco
10 habeatur, §. 5. *Inſt. de nupt.* maxime apud Germanos, † de quibus Tacitus: Sororum filiis idem apud avunculum, qui apud patruum honos. Quot annorum intervallum inter Bertham Rulandi matrem & Carolum fratrem ſtatuemus? Imo quot inter ipſum filium Rulandum & ejus matrem? Jura quidem Romanorum,
11 qui liberos ſuos maturius nuptum elocabant, matrem † plerumq. octodecim annis filium præcedere præſumunt, *in d. §. 4 Inſt. de adopt.* Sed Germanorum inſti-
12 tuta longius ſpacium deſiderant, quippe apud quos, Tacito teſte ſera † juvenum venus, eoque inexhauſta pubertas. Nec virgines feſtinantur, inquit. Julius Cæſar vero *lib. 6.* de bell. Gall. etiam annum nuptiarum exprimit. Intra annum vigeſimum, inquit, fœminæ notitiam habuiſſe, in turpiſſimis habent rebus. Eſtque hinc illa juris Saxonici ſanctio, qua pubertas non niſi uno ſupra vigeſimum ætatis annum terminatur, *art. 42. lib. 1.* Landr. Quæ laudabilia veterum Germanorum
13 inſtituta Pipinum alioſque † Germanicæ originis Reges obſervaſſe, tanto magis credibile eſt, quanto illi propius ad incorruptæ antiquitatis tempora accedebant. Quod & eventus in Carolo Magno comprobavit, de cujus proceritate inferius *cap. 7.* pluribus agemus. Nimirum, quia ex ſero juvenum connubio, ea-
14 dem juventa & ſimilis † proceritas cauſatur, dum pares validique miſcentur, ac robora parentum liberi referunt. Verba ſunt Taciti, quibus accedit Pompon. Mela *lib. 3. cap. 2.* Qui inhabitant Germaniam, immanes ſunt animis & corpori-

bus

Digitized by Google

bus, &c. Cujus rei cauſam hanc reddit, quia longiſſima apud eos pueritia eſt. Cum ergo Rulandus, ut vaſtus & procerus homo celebretur ab iis, qui hoc commentum invenerunt; certe parentes ejus in pueritia coiiſſe non oportet, quia ex pueris † imbelles plerumque fœtus procreantur, teſte Ariſt. *7. polit. 16.* ubi ner- 15
voſe de hoc argumento diſputat. Niſi ex Colchorum genere Rulandi matrem fuiſſe credas, de quo Busbeq. *epiſt. 3.* Ut tamen liberales ſimus, demus Rulandum miraculoſo partu ex pueris & juvenculis tanta corporis mole conceptum & editum, ut ſcilicet partus inſolitis ipſius factis, quæ Turpinus prodidit, reſpondeat. Demus etiam Bertham matrem Rulandi † filio, contra majorum morem, qua- 16
tuordecim tantum annis majorem natu fuiſſe: ſequetur hoc paradoxon, ipſam Anno Chriſti 722. à Pipino patre nondum octenni procreatam. Quia Pipinus
† obiit Anno 768. 8. Kalend. Octobr. Adelm. Benedict. Janus de Serres, annales 17
Francici, Fuldenſes, Abbas, Stadenſ. Reuſner. *in oper. geneal.* cum vixiſſet annos 54. ut annales Fuldenſes, ſive, ut Hermannus Contract. *computat annos 53.* Ut ſic Anno 714. natum eum eſſe oporteat. Quis autem perſuaderi ſibi & hoc quoque patietur, Pipinum † vix infantiam egreſſum octavo ætatis anno, qui ſic 18
Chriſti 722. Bertham Rulandi matrem genuiſſe, contra præſumptionem juris, de qua Menoch. *lib. 1. de præſumpt. 14. num. 33.* cum decimo octavo ætatis anno demum procreaverit Carolum? Deinde cum Bertrada mater Caroli Pipinum † filium 19
patri homonymum demum anno Chriſti 759. ſuſceperit, ut planis verbis atteſtantur Adelm. Bened. Abbas Stadenſ. & alii, quo tempore quinquagenaria non dum fuit, quomodo eadem anno 722. Rulandi matrem peperiſſe potuiſſet, ſi ei itidem 14. annos virginitatis tribuamus? Niſi ultra quinquageſimum annum, quo fœcunditas † mulierum clauditur, ipſam Pipinum filium cum Eliſabetha 20
Joannis Baptiſtæ matre miraculoſe concepiſſe præſupponas? Ex quibus apparet, turpiter lapſos Reuſnerum & alios, qui Bertham Pipini ex Bertrada filiam Caroli Magni lateri adjunxerunt. Dicis, fortaſſe plures † uxores legitimas ſuc- 21
ceſſive Pipinum habuiſſe? Atqui nullibi legitur aliam habuiſſe ipſum præter Bertradam Caroli Magni matrem, cujuscunque etiam nationis fuerit. Nam de hac quoque inter ſcriptores non convenit, quod ad noſtrum inſtitutum non pertinet. Certe ante Bertradam aliam uxorem habere non potuit Pipinus, tum etjam, quia Carolus † primogenitus Pipini conſtituitur. Albert. Abb. Sta- 22
denſ. *fol.* 70. Sed neque poſt mortem Bertradæ ad ſecunda vota convolare potuit Pipinus, cum hic illa prior ſit defunctus. Obiit enim Bertrada † anno Chriſti 23.
783. 12. die Julii poſt mortem Hildegardis † Reginæ conjugis Caroli Magni, 24
quam ipſe in eadem baſilica, qua pater Pipinus ſitus erat, apud S. Dionyſium, magno cum honore fecit humari. Hæc ſunt verba Eginh. quæ repetunt Abbas Urſperg. *in Chron. fol.* 308. *&* 319. Abb. Stadenſ. *fol.* 74. Lindenbrog. *in Chron. Carol. fol.* 25. Marcus Wagner. *cap.* 28. *& fol.* 74. Relinquitur ergo, nec Bertham Pipini filiam ex legitimo matrimonio fuiſſe; nec Rulandum Caroli Magni nepotem ex Sorore.

Cap. VI.

De illegitima Rulandi proſapia.

SUMMARIA

1 *Ex illegitimo coitu cognatio legitima non oritur.*
2 *Auguſti Cæſaris ambigua interrogatio.*
3 *Propriam turpitudinem allegans non auditur.*
4 *Baſtardus maternæ familiæ acceuſetur.*
5 *Spurius inſignia paterna non geſtat.*
6 *Priami filij illegitimi.*
7 *Spurius an ſit infamis?*
8 *Galliæ conſuetudo circa Baſtardos.*
9 *Germanorum pudicitia.*
10 *Exploratio infantum in Rheno flumine.*
11 *Generationis inæqualitas Saxonibus inviſa.*
12 *Caroli Martelli ſucceſſio illegitima.*
13 *Privilegia in odium ſpuriorum lata.*
14 *Legitima nativitas etiam inferior præſtat illegitimæ.*
15 *Luitberga Pipini Regis concubina.*
16 *Talandus Luitbergæ filius.*
17 *Luitberga Caroli Magni concubina.*
18 *Concluſio Rulandum Carolino ſtemmati eximens.*

REſtat, ut de illegitima Rulandi cognatione videamus, ſi illa forte Carolum
1 Magnum attingat. De ea dicit Bald. *in l. fin. C. de verb. ſignif.* quod nulla † poſ-
ſit eſſe cognatio legitima ex illegitimo naſcendi principio & radice corrupta. De
2 Auguſto Cæſare proditum eſt, † quod ab adoleſcente quodam provinciali,
ſimilitudine oris Cæſarem mirifice referente, ſecreto percontatus ſit: Dic mihi
adoleſcens, fuitne aliquando mater tua Romæ? Ille ſentiens de pudicitia matris
ſuæ agi, & quaſi jocum retorquens, non inquit, ſed pater meus ſæpe. Manut. *lib.
4. apophthegm.* Quid ſi Carolus à Rulando idem quæreret? Nihil certe reſponde-
3 re poſſet, de quo non ſibi erubeſcendum eſſet, propriam parentum † ſuorum
turpitudinem allegaturus. Vel enim avum ſuum adulterum, vel aviam meretri-
cem ac pellicem, matrem vero Baſtardam profiteri cogeretur. Prius cum indignis-
ſimum ſit, quippe ex quo fœtus adulterinus provenit, in jure civili tot pœnis ſup-
poſitus, *auth. ex complexu, auth. licet, C. de natur. lib.* Forſter. *lib. 6. de ſucceſſ. ab inteſt. cap.*
50. poſterius potius præſupponamus. Eo ipſo autem Rulandus, non ad paternam
4 Carolinam, ſed † ad maternam tantum familiam aviæ ſuæ pertinebit, *l. 24. ff.
de ſtat.*

Digitized by Google

de ſtat.hom. Gabr. Palæot. *in tract. de ſpuriis cap.* 59. Quia ſpurius nobilitatem ſui ge-
neris non rctinet, *l.* 1. *C. de natur. lib. l. bumilem,* 7. *C. de inceſt. nupt.* Palæot. *cap.* 61. nec
agnatorum arma, vel inſignia † gentilitia portare audet, Bart. *in l.* 2. *C. de dignit.* 5
niſi cum ſigno aliquo, ſive baculo interjecto (barram vulgo vocant) quo natura-
litas ejus læſa denotetur. Bald. *in d. l. fin. C. de verbor. ſignif.* Palæot. *cap.* 60. *in fin.*
licet id non probet Tholoſan. *lib.* 45. *ſyntagm.* 6. Unde Demoſth. *in orat. adverſ.*
Machart. ait: Spurio neque jus eſt propinquitatis, neque ſacrorum, neque publico-
rum. Dictis quidem Cretenſis *lib.* 3. *de bello Troja.* ſcribit: Priamum † Regem 6
50. filiorum fratrem fuiſſe. Sed Dares Phrygius *in exordio belli Trojani* ſubjicit. ſe-
ptem tantum ei fuiſſe ex legitima uxore, alios autem ex concubinis, quos, inquit,
nemo ex regio genere eſſe dixit. Quin nota eſt diſputatio Juriſconſultorum: an
ſpurii † infamiæ macula ſint aſperſi? quam Euripidis verſus in Phœniſſ. decidit, 7
quod ſpurius ſit *μηλεὶ λόχευμα, μίασμα παιδὸς*, matri turpis partus, patris probrum ac
piaculum. Quamvis vero in Delphinatu Galliæ † aliam conſuetudinem eſſe 8
ſcribant Guid. Papæ. *deciſ.* 580. Boër. *deciſ.* 127. *in fin.* ad quam proculdubio reſpexit Ca-
ſtrenſ. *in l.* 3. *ff. de lib. & poſthum.* ubi refert apud Transalpinos populos & præſertim
Gallos, Baſtardi nomen turpe non haberi: tamen id non admittit Palæot. *d. loc.*
cap. 60. *in fin.* Neque ullibi, in hiſtoriis legitur. Niſi, quod in Turcia natos ex con-
cubinis, aut pellicibus in bona paterna ſuccedere ſcripſit Busbeq. *epiſt.* 1. Veteres
certe Germani, Gallorum fratres, dum ſevera matrimonia † colerent, ac ſoli 9
ſingulis uxoribus contenti eſſent, uti eos laudat Tacitus, Baſtardos nullos agno-
verunt. Eſtque hinc exploratio illa † infantum in Rheno flumine, legitimene, 10
an illegitime nati eſſent. De qua eleganter Julianus Cæſar *in epiſt.* Sic certe, inquit,
Celtis injuriam nullam facit Rhenus, qui ſpurios infantes undis abripit, tan-
quam impuri lecti vindex. Quos autem ex puro ſemine ortos agnovit, in ſum-
ma aqua ſuſpendit, matriſque trementis manibus reddit, & quaſi verum incor-
ruptumque caſti & laudabilis matrimonii teſtimonium ſervato infante perſolvit.
Item Ariſt. 7. *polit.* 17. Celtis ea conſuetudo eſt, ut in frigidum amnem natos im-
mergant, & tenui amiculo veſtiant. Qua de conſuetudine (quæ Weſtphalos
Rheni accolas potiſſimum attingere videtur) plura annotant Freher. *lib.* 2. *de*
orig. Palatin. 18. Reinecc. *in ſyntagm. hiſtor. part.* 3. *in regno German.* Et petinet huc
illa juris Saxonici obſervatio, circa † generationis paritatem, daß das Kind 11
Vatter vnd Mutter ebenbürtig ſey / de qua *infra cap.* 46. Quæ non attenta ab of-
ficiis & honoribus quaſi degeneres excludebat. Et quamvis Carolus Martellus,
† natus ex Pipini Craſſi uxore illegitima Alpaide (ob quam D. Lambertus Tun- 12
grorum Epiſcopus occiſus) in regno Franciæ ſucceſſiſſet: tamen ne id in exem-
plum traheretur, Caroli Magni tempore lata lex eſt: ne deinceps in Regno Gal-
lorum ſpurii filii, utut à patre agniti admitterentur, Petrus à Beeck *in Aquis-*
gran. cap. 3. Et extant etiamnum hujusmodi privilegia † excluſiva: ut Ca- 13
nonicorum Aquenſium: Ne cui aditus ad collegium Canonicorum pateat,

Digitized by Google

qui vel ipſe originis macula notatur, vel ejus parentes. Petrus à Beeck *d. loc. cap.* 2. Viderint ergo illi, qui hoc commentum primi invenerunt, ſi hæc læſi
14 generis macula Rulando in gloriam vergat? An forte potior ſit legitima † nativitas inferioris familiæ, quam illegitimo ſanguine ſuperiores attingere? Quod Germani vocant von der Banck fallen. Convenit etymologia Baſtardi quaſi böſe Art. Goth. *in l. ult. C. de natur. liber.* Deinde ne hæc quidem illegitima Berthæ nativitas ex Pipini progenie, fide dignis auctoribus certisve argumentis probari poteſt. Quamvis enim ſint, qui Pipino aliam quoque uxorem nomine
15 † Luitbergam adjungant, ex qua natus ſit † Talandus, Reuſner. *in d. ſtemm.*
16 *Carol.* tamen ea quoque ſuſpecta eſt, cum inter concubinas Caroli Magni Luitberga quædam numeretur, ab eodem Reuſn. *d. loc. Wagner. cap.* 28. Ut propter ſimilitudinem nominis ad patrem Pipinum tracta videatur. Et utut cum Pipini Luitberga res ita ſe habeat: tamen eam concubinam fuiſſe exiſtimat Nicodemus Friſchlinus poſt Hildegard. *Comœd. ad lectorem*, ubi ſic ait: Talandum ex
17 concubina natum † fuiſſe Pipino crediderim, cum Bertha uxor Pipini Regis demum Anno 783. tribus circiter menſibus poſt Hildegardin è vita diſceſſerit, &c. Neque plures ipſi liberi, quam unus hic Talandus tribuitur. Ad cujus ſimilitudinem Rolandi nomen ab aliis additum & confictum videtur. Itaque cum nulla
18 adſint argumenta † probabilia, & ne veriſimilia quidem, quæ aliter opinari nos inducant, certo ſtatuamus, ne ex illegitima quidem conjunctione Rolandum, ejusve matrem Bertham (ſiquidem revera ita nominata fuit) Carolum Magnum attingere, ſed id purum putum figmentum eſſe, quod ex Turpini mendaciorum officina abjectum poſterorum credulitatem hactenus faſcinavit.

CAP. VII.

De fabuloſa Rulandi ſtatura.

SUMMARIA.

1 *Statura Rulandi portentoſa.*
2 *Pugna Rulandi cum gigante.*
3 *Francisci Regis Galliarum ocularis inſpectio.*
4 *Monachi Blavienſis vanitas.*
5 *Fama vulgi in hiſtoricis parum fidendum.*
6 *Turpini mendacium.*
7 *Caroli Magni vera ſtatura.*
8 *Longitudo pedum Carolinorum.*
9 *Caroli nomen virum maſculum denotat.*
10 *Carolus ſtatura Imperatores Saxonicos æquat.*

1 Ejusdem farinæ eſt ſtatura † & proceritas Rulandi, quam vulgus ejus fuiſſe magnitudinis, qua ſunt Coloſſi Rulandini urbium Saxonicarum, inepte ſibi perſua-

perſuadet, in argumentum aſſumens illud, quod eſt maxime incertum, imo falſiſſimum, ut & Camerar. *lib.*1. *medit. hiſt.*82. animadvertit. Nam ipſe Turpinus fabularum pater *cap.*17. deſcribens pugnam Rulandi cum † Ferragute Gigante 2
12. cubitorum fingit, quaſi gigas Rulandum manu arreptum equo ante ſe impoſuerit, ipſumque gladio equum medium diſſecantem adſpexerit admirabundus, quod tam puſillus homo tantum ictum perficere potuerit. Puſio ergo fuit Rulandus præ gigante, non gigas ipſe. Imo Franciſcus I. Rex Galliæ † ex Hiſpanica capti- 3
vitate in regnum ſuum redux, Blaviam divertit, & aperto monumento arma Rulandi induit, ex eorumq; proportione deprehendit, ſtatura corporis ſeſe non multum à Rulando ſuperari, ſicuti hanc hiſtoriam prodidit Camerar. *d.c.*82. quam verbotenus exſcripſit Comment. *in Solin. cap.*3. Habet eam etiam Hubertus Thomas Leodius *de orig. Palat. in appendice Freheri fol.* 6. ubi additur, Monachum quendam,
† Cuſtodem ſepulchri, marmor tumbæ tres pedes longum pro quantitate tibia- 4
rum Rulandi excavatum coram Friderico Electore Palatino paulo impudentius aſſeverantem, aperta clanculum tumba, à ſe & Joanne Langio Medico in manifeſta vanitate deprehenſum eſſe, cum vix ullum os digiti longitudine ſupereſſet. Ut famæ vulgi, quam † Monachus, ut nihil mentitam defenderat, parum ſit fi- 5
dendum. Addimus παρέργως, quod de Caroli Magni ſtatura idem † Turpinus 6
*cap.*20. nugatur fuiſſe eam octo pedum Caroli, qui erant longiſſimi. Faciem vero ipſius longitudine palmi cum dimidio. Ex quo id referunt Suffrid. preſb. Miſnenſ. *lib.* 1. Lindenbr. *in Chron. Carol. fol.* 30. Nam id quoque falſum eſſe oſtendit Marquard. Freher. *in ſingulari libello ea de re edito, ex Eginhardo*, qui Carolum † ſtatura 7
quidem eminenti fuiſſe ſcribit, ſed ut juſtam non excederet. Nam ſeptem ſuorum pedum proceritatem conſtat habuiſſe figuram. Quorum quantitatem † 8
ex aurea quadam menſura accuratè inveſtigavit Freherus. Adde Camerar. *lib.* 3. *medit. hiſtor.* 41. Petrum à Beeck *Aquiſgran. cap.*5. Unde licet ſtatura ipſius nomini reſponderit: Karil enim lingua † Germanica eſt homo robuſtus, magna habens 9
verba, ait M. Jordanus *in Chron.* Et Eckhardus Junior *cap.* 1. Carolus erat homo, præter decoræ faciei dotem & ſtaturæ proceræ doctus. Ubi Goldaſt. *in notis tom.* 1. *ſcriptor. Aleman.* addit: Kerle olim ſignificaſſe hominem (imo virum) ſicut adhuc hodie in Suecia & Saxonia. Adde Scalig. exerc. 266. *contra Cardan.* Non tamen monſtroſa fuit, ſed talis, quam † Imperatores veteres Saxonici, (de 10
quibus *inferius cap.* 70.) veriſimiliter æquarint. Quod ſi commune genus cum Carolo ſortitur Rulandus, ut volunt illi, quomodo magis hic, quam ille giganteæ magnitudinis fuiſſe putabitur.

CAPUT

CAP. VIII.

De falſa dignitate Rulandi.

SUMMARIA.

1 *Chalcondelis verba explicantur.*
2 *Palatinus generaliter pro aulico accipitur.*
3 *Comitum nomen, unde natum.*
4 *Comitum duo genera.*
5 *Comitis nomen ad proprium officij genus tranſiit.*
6 *Comitatus pro familia Regis.*
7 *Rulandus an Comes fuerit?*
8 *Item Præfectus littoris Britannici.*
9 *Rolandus an Comes palatinus fuerit?*
10 *Comes palatinus, an idem cum Majore domus.*
11 *Palatini ſumma & præcipua dignitas.*
12 *Palatini officium in jure dicundo conſiſtit.*
13 *Villici majores* Haußmeyer.
14 *Terminatio Mar Germanica.*
15 *Catalogus Comitum palatinorum Caroli Magni.*
16 *Ex ordine Scripturæ arguitur de dignitate.*
17 *Marquardi Freheri lapſus.*
18 *Falſa ſepulchri Rulandi inſcriptio.*
19 *Comites Cenomanenſes, an Palatini?*
20 *Rolandus an fuerit Senator Romanus?*
21 *Pœna falſariorum.*

1 LAonicus Chalcondeles † Græcus ſcriptor *lib. 2. de rebus Turcicis*, Rulandi res ge-
ſtas ex Romanzis deſcribens, ipſum Orlandinum unum *ἐκ τῶν ἡγεμόνων παλατί-
νων καλυμένων*, id eſt ex Ducibus, quos Palatinos nuncuparint, facit. Quod ita ac-
cipi poteſt, fuiſſe Rulandum ex præcipuis Caroli Magni miniſtris, quorum ope-
2 ra in bello pro Ducibus, in pace pro aulicis † præcipuis Rex ſit uſus. Sic enim
Adelm. Bened. Aſtronomus, Rolandum quoque generali aulicorum nomine in-
cludit. In hoc certamine, inquit, plerique aulicorum, quos Rex copiis præfe-
cerat, interfecti ſunt. Itaque per *ἡγεμόνας* hic belli Duces intelligendi, licet eo
nomine Patres conſcriptos Romanorum à Græcis quoque appellatos teſtetur
Plutrach. *in Romul.* per Palatinos aulici & officiales Regis. Quomodo hoc nomen
ἐν παλατί accipi docet Freher. *lib. 1. orig. Palat. 1. in pr.* Eodemque ſenſu Romanorum
3 magiſtratuum officiales in provincias ſimul cum præſide euntes Comites † di-
cebantur. *l. 4. ff. de offic. aſſeſſ. l. 6. §. 1. de pæn. Cuiac. 7. obſ. 21.* Quorum duo genera
erant

Digitized by Google

† erant, togati & militares. Forcat. *in dial.* 62. Poſtea Hadrianus Imper. & Sena- 4
tum in aulam tranſtulit, optimatum ſelectiſſimis in cohortem amicorum adſci-
tis, qui Comitatus Cæſaris dicebatur. Spartia. *in Hadr.* Atque ita Eginhard. Co-
mitatum † pro familia, ſive curia Regis uſurpat, tractabat (inquit de Gothfre- 5
do Rege Daniæ) ſe brevi Aquisgranum, ubi Regis Comitatus erat, cum maxi-
mis copiis adventurum. Germanis, Hoffgeſind/ Hoffleute. Italis Curtiſani di-
cti, qui tamen ob excellentiam ad aulam Pont. Rom. reſtringuntur. Manſit diu
locutio cum conſuetudine: Rex curiam ſuam in illa civitate celebravit, hat ſei-
nen Hoff da gehalten. Atque inde factum, ut Comitis † nomen, primo apud 6
Imperatores Græcos, poſtea etiam apud Reges Francorum & Germanorum in
proprium officii & dignitatis genus tranſiret, de quo Pithæ. *in tract. de Palatin. &*
lib. 1. *adverſ.* 8. Freher. *d. lib.* 1. *cap.* 1. Quod nomen ad Germanorum Graviones
poſtea accomodatum eſt, ut Latinum vocabulum per Germanicum ita explicetur,
cum alias utriusque origo & etymon longè ſit diverſum. *vide infr. cap.* 61. Ita Ru-
landus inter Comites † Caroli numeratur *in præcepto evindicatorio de Anno* 776. 7
quo hic noſter vixit. Tunc nos (*ait Carolus*) una cum fidelibus noſtris, id eſt Ha-
gino, Rothlando, Wichlingo, Frodegario Comitibus: nec non & vaſſis noſtris
Theodorico, Bertholdo, Albnino, Fridberto, Gunthmalo taliter viſi fuimus ju-
dicaviſſe, &c. Ac poteſt eſſe, quod hic Rulandus Comes † idem ſit, cum il- 8
lo, qui biennio poſt ad Roncevallim occubuit, quem præfectum littoris Britan-
nici vocat Eginhard. & ex eo Wagner. *in Chron. Caroli M. fol.* 5. Hæc pauca ve-
ra de Rulando in Eginhardo, ſemel tantum ejus mentionem faciente, aliisque
coætaneis ſcriptoribus prodita reperimus. Adelmus autem Benedict. licet mul-
torum Comitum huc illuc emiſſorum mentionem faciat: Rulandi tamen nomen
non habet. At qui Rulandum † Comitis Palatini dignitate apud Carolum ornant, 9
ut Spangenb. *in Chron. Saxon. cap.* 74. *& alij*: quæ ſuprema & Regi proxima erat,
falſum titulum ſuperaddunt. Hic enim Comes † Palatinus idem erat cum 10
illo, qui Francis ab antiquo Major domus dicebatur, juxta Hotom. *in Francogall.*
cap. 12. Freher. *lib.* 1. *de orig. Palat.* 1. *&* 2. Pontan. *lib* 6. *orig. Francic.* 12. Meibom. *in*
not. ad Sleid. lib. 3. *de quat. ſum. imper. in pr.* Quem honorem non † aliis à populo 11
dari conſueviſſe, quam iis, qui & claritate generis & opum amplitudine cæteris
eminerent, teſtatur Eginhard. Ejus officium † in jure dicundo inter plebejos 12
conſiſtebat, potentiores autem cauſas ad Cæſarem deferendo. Ita enim Egin-
hard. Si Comes palatii litem aliquam eſſe diceret, quæ ſine ejus (Caroli) juſſu
definiri non poſſet, ſtatim litigantes introducere juſſit, & veluti pro tribunali ſe-
dens lite cognita ſententiam dixit. Atque inde lex relata *in Capitulare Caroli*
libr. 3. *cap.* 77. Nullus Comes palatii noſtri potentiores cauſas ſine noſtra juſ-
ſione finire præſumat, ſed tantum ad pauperum & minus potentum juſtitias faci-
endas ſibi ſciat eſſe vacandum. Interim abuſive hoc nomen pro alio quoque
officio uſurpatum invenitur apud Adam. Bremenſ. *in hiſt. Eccleſ. cap.* 207. quando-

C que

Digitized by Google

13 que etiam pro inferiori dignitate & cura rei familiaris, quos Latini villicos † majores, de quibus vide Goldaſt. *tom. 1. ſcript. Aleman. fol.* 190. Galli maire du palais, Germani Hauſmeyer vocant, ſed ut ambigam, utra lingua alteri, Germanica Latinæ, an contra hanc vocem dederit. Nam & ante Francorum imperium id
14 nomen Alemannis uſurpatum, terminatione in † Mat à Latinis contracta. Ita Vadomarius Rex apud Marcell. *lib.* 14. ſonat Wademeier. Et Maroboduus Romanis formidabilis, de quo Strabo *lib.* 7. Velle. Paterc. *lib.* 2. *Tacit. &c.* quaſi Meyerbad interpretatur à Reinecc. *p. 3. ſyntagm. fol.* 432. Et ſupereſt etiam Teutenmeyer in Weſtphalia, de quo idem Reinecc. *fol.* 394. Item nomina Saxonibus uſitata, Danckmar, Dithmar, &c. Quibus plura addit Pontan. *lib. 6. orig. Franc. ultim.* Quæ tamen ſignificatio, ut ambigua ſit, dicemus *cap.* 38. *nu.* 16. Cæterum
15 ſub Carolo Magno † Anſelmus Comes palatii fuit, teſte Eginhard. cui in eo officio ſucceſſerunt Woradus, Reginarius & alii, quos recenſet Pithæ. *de palatm. fol.* 11. cum interea Rulandus, ut dictum, præfecturam littoris Britannici adminiſtraret, qui *in allegato præcept. evind.* abſolute Comes appellatur, & ſecundo loco ponitur: cum tamen, ſi Palatinus fuiſſet, primo loco nominari debuiſſet, quia
16 † cenſetur eſſe minoris dignitatis, qui poſteriori loco ſcriptus eſt, *l.* 1. & ibi Dd. *ff. de alb. ſcrib.* Decian. *reſp.* 7. *nu.* 8. *& reſp.* 19. *nu.* 223. *vol.* 3. Modeſt. Piſtor. *conſ.* 51.
17 *nu.* 34. *vol.* 2. Quamvis vero † Freher. *d. cap.* 1. & ibi Hubert. Thomas Leod. *in append. fol.* 5. Rulandum quoque Comitem Palantinum agnoſcant, eo quod is
18 titulus ſepulcro Rulandi apud Blaviam in Xantonibus † inſcriptus ſit: tamen ipſi communem errorem eorum, quos allegant, ſequuntur, neque plus fidei, quam auctores eorum merentur. Præſertim cum inſcriptio ſepulcri Rulandini non magis vera ſit, quam ſunt ipſa oſſa, quæ ſuppoſititia eſſe diximus. Et quantum fidei inſcriptionibus tribuendum ſit, attigimus *cap.* 4. *nu.* 11. videtur enim illa
19 inſcriptio privatam adulationem ſapere, quaſi Comites † Cenomanenſes Palatinatus, ſive majoratus dignitatem ab antiquo ſibi vendicare voluerint, hoc argumento, quod Rulandus eam geſſerit, & ad Poſteros hereditario jure devolverit. Quorum tamen cauſam refutat Pithæus *d. loc. fol.* 11. Corollarii loco his addere lubet, inſigne mendacium Fauſti Longiani Itali, qui ſcribit Orlandum hunc, qui
20 & Rotolandus dictus, Senatorem † Romanum fuiſſe, ejusque manum reperiri in multis privilegiis, ut & Oliverii & Turpini. Dignæ ſcilicet manus, quæ
21 amputatæ ad palum alligantur, ne in terra computreſcant. Qui honor † falſariis haberi ſolet.

CAPUT IX.

De geſtis Rulandi fabuloſis.

SUMMARIA.

1 *Rulandi res geſtæ fabuloſæ.*

2 *Exceptis quas Eginhardus recenſuit.*

3 Ioan-

Digitized by Google

3 *Ioannis Turpini nugæ.*
4 *Mendacia nec poëtis conveniunt.*
5 *Inveriſimilia falſis æquiparantur.*
6 *Falſa de Rulando perſuaſio.*
7 *Caroli M. felicitas Rulando tribuitur.*
8 *Rulandus an bello Longobardico interfuerit?*
9 *Gothfredi Viterbienſis carmina.*
10 *Ioannis Bonifacij figmenta.*
11 *Werneri Role Winckij ſomnia.*
12 *Saxonia urbium expers.*
13 *Theodoricus Primus Friſiæ Comes.*
14 *Danaia ad bellum Saxonicum iturus.*
15 *Alvo Friſiorum ſignifer.*
16 *Rolandus rei maritimæ præfectus.*
17 *Rulandi ſucceſſores.*
18 *Caroli M. navalis expeditio contra Normannos.*
19 *Vivo Rulando contra Saxones parum profectum.*
20 *Germania viris militaribus fœta.*

SIcuti origo Rulandi fabuloſa & † ſuppoſititia eſt, ita res geſtæ quoque ejuſ- 1
dem ſunt generis, quæ non minores ipſi adſcribuntur, quam olim Herculi,
totum terrarum orbem pervagato. Cum tamen probati auctores † nihil aliud 2
de Rulando nobis prodiderint, quam quod una cum aliis in Hiſpania ad montem
Pirenæum fortiter pugnando interemptus ſit, Anno 778. Eginh. Adelm. Bened.
Ian. de Serres, M. Wagner. *in Chron. Carol. cap. 5.* Ubbo Emmius *lib. 4. rer. Friſic. &c.* At Turpinus magno † conatu magnas nugas profundit, tam craſſas, ut 3
manibus palpari queant. Qualis eſt ex innumera fabularum farragine, quod
Rulandus moriturus, corporis viribus jam deficientibus, gladium ſuum durandalem columnæ marmoreæ illiſerit, tanto impetu, ut cum gladius frangi non
poſſet, columnam tamen perforarit. Cornu vero ſuum tanta vehementia inflaverit, ut cornu licet & venis in collo Rulandi ruptis: ſonum tamen Carolus
trans montem ultra octo miliaria exaudiverit, &c. Turpin. *cap. 23.* Et quæ ſunt
ejus generis plura figmenta, fidem omnem excedentia, quæ ne poëtis † quidem 4
conveniunt, quippe quorum fictiones ſpeciem aliquam veri præ ſe ferre debent.
Ne audiant illud Horat. *de arte Poët.*

Quodcunq; oſtendis mihi ſic, incredulus odi.

Neque enim credendum eſt illud, † quod facile fieri non poteſt, *c. ſi diligenti, in* 5
fin. extr. de præſcript. Eberh. *in top. legal. loc* 11. *n.* 12. Et quod veroſimile non eſt, imaginem falſitatis habet, *l. ſi ita quis.* 31. *in fin. ff. de evict.* Zaſ. 2. *conſ.* 4. *n.* 3. Cravet. *conſ.* 654. *num. ult.* Bald. *in l.* 1. *in* 3. *colum. C. de ſervis fugit.* Eberh. *in top. in loc.* 11. *num.* 12.
M. Anton. de Amatis. *deciſ.* 60. *nu. ult.* Unde herus ſervum objurgans apud Co-

 micum

Digitized by Google

micum, quod neque eſt, neque fuit, neque futurum eſt, mihi prædicas, inquit in Amphytr. *Act.* 2. *Scen.* 1. Ex hac jactantia de robore & fortitudine Rulandi, ma-
6 navit † illa falſa perſuaſio, quaſi Carolus Magnus in bello nihil egregii ſine Rulando perpetrare potuerit. Ita enim Mantuan. canit:

Tantus apud Francos bellandi gloria & armis:
Carolus, Orlandum ſi non habuiſſet in illo.
Bellorum ſtrepitu, &c. Item:
Impiger Orlandus vires dabat omnibus, &c.

7 Imo ſunt, qui Caroli Regis † felicitatem unius Rulandi lacertis conſtitiſſe ſcribant. Quod ex Sabell. *lib.* 2. *cap.* 6. Egnat. *lib.* 3. *cap.* 4. Cuſpinian. *in Carolo*, ſive potius ex Zvvinger. *volum.* 6. *lib.* 1. *theatr. vitæ hum.* ſuppreſſo auctore retulit Joannes Dauth. *in hypotyp. sect.* 8. non minimam injuriam Carolo inurentes, cujus laudibus tantum detrahunt, quantum Rulando addunt. Poteſt quidem eſſe, quod
8 † Rulandus Carolo in bello Longobardico præſto fuerit, & exercitum duxerit, Anno 773. & ſeq. ut Antonius Maria Spelta *in hiſtoria Ticinenſi ſcripſit*: ſed non ideo omnia illa, quæ de ipſo, tanquam illic geſta referuntur, pro oraculis adoranda
9 ſunt, cum ſint pleraq; ex Romanzis hauſta. Qualia ſunt Gothfredi † Viterb. encomia *part.* 17. ubi panegyriſtam magis, quam hiſtoricum agit.

Dux ibi mirandus tenuit vexilla Rolandus,
Sic & Oliverius ſocius probitate notandus,
Hos pro rege Duces tunc habuere truces.

Item:

Mittere magnanimum poteris pro pace Rolandum,
Ejus ego ſermone reor populum revocandum,
Si cum pace redit, laus tibi major erit.

10 Ita Ioan. † Bonifac. *in hiſtoria urbis Terviſiæ* tradidit, Rotgaudum Ducem Forojulienſem ob rebellionem à Rulando, & aliis Caroli militibus victum & occiſum eſſe Año 776. Inde veniſſe ipſum in territorium Terviſanum, ubi devictis hoſtibus, in honorem Dei & S. Angeli extruxerit templũ S. Angeli, à Leone Papa conſecratum, &c. cum ſit ingens intervallum inter obitum Rulandi & Leonis Pontificatum. Ita Rulandum Ducem belli contra Saxones fuiſſe, & propterea ejus honori ſtatuas Rulandinas in urbibus Saxonicis collocatas eſſe, nimis confidenter ex ſuo cerebro ſcribunt Erpold. Lindenbr. *in Chron. Carol. fol.* 269. Guilhelm. Dilich. *in Chron. Bremenſ. fol.* 39. *&c.* niſi forte ex novo Turpino id habent, ex quo craſſiorem fabu-
11 lam recitat Werner. † Rolevvinck. *lib.* 2. *de laud. Weſt. h.* 2. Carolum Magnum in quadam civitate à tribus Regibus Saxonum Friſiorum & Vandalorum, cum exercitibus maximis teneretur obſeſſus, mandaſſe Rotolando Sororis ſuæ filio, ut ſibi cito ſuccurreret, ſeque à paganis liberaret. Erat tunc idem (Rolandus) in gravi perplexitate urbem Gratianopolim obſidens, quam ſeptennio jam obſederat: Sed Dominum obſervans, & triduano jejunio maceratus, urbem evertit,

&

Digitized by Google

& ſic ad Teutonium pro liberando avunculo ſecurus ivit, ipſumque fugata obſi-
dione reduxit, &c. Gerræ ſunt Siculæ, & Monacho dignæ, fere tot quot ſunt
verba. Nullibi in Saxoniæ urbe obſeſſus † eſt Carolus, & ne potuit quidem, 12
cum nullæ adhuc urbes eſſent in Saxonia, *infr. cap.* 34. Neque Eginhard. Adelm.
Benedict. Regino aliive hiſtorici Rolandi in bello Saxonico ullibi meminerunt,
qui tamen aliorum Ducum, qui in hoc bello Carolo militarunt, laudes non omit-
tunt. Ita enim † Theodoricus Comes copias quaſdam per Friſiam duxit in pago 13
Ruſtri, juxta Wiſeram (in comitatu Oldenburgico) à Saxonibus interceptas,
Anno 793. *Annal. Franc.* Adelm. Benedict. Quos fere ad verbum expreſſit Poëta
Paderborn. Reineccii:

Comperit extinctas Theodricus Dux legiones,
Quas per Freſonum pagum Aruſtri vocitatum
Ducebat, &c.

De quo non male Janus Douza *in Annal. Holland.* Adde Aimon. *lib.* 4. *cap.* 84. Lin-
denbr. *in Chron. Carol. fol.* 169. Ita Alcuinus *in epiſt.* 41. *&* 47. Damætam † ad 14
bellum Saxonicum iturum bonis præceptis inſtruit. Ubi Henricus Caniſius
in notis obſervat, hunc virum illuſtrem fuiſſe, domi militiæque ſtrenuum. Sed &
† Alvo Friſiorum ſignifer conditor arcis Alvenſſebianæ commendatur à Lin- 15
denbrog. *fol.* 197. Cujuſmodi Ducum non exiguus catalogus hic cumulari poſſet.
Qui ergo ſolus Rulandus indictus abivit? Niſi, quia ſua in provincia ipſum,
manſiſſe, rerumque † maritimarum & claſſis curam geſſiſſe veriſimile eſt, cum 16
eſſet littoris Britannici præfectus. Succeſſit † ipſi in ea dignitate Guido Co- 17
mes, quem itidem præfectum littoris Britannici vocat Adelm. Bened. *ad ann.*
799. Quamvis vero Carolus M. claſſem † contra Normannos molitus ſit, quæ 18
etiam oſtia fluminum Viſurgis atque Albis intravit, *teſte Eginh.* eique Friſii navi-
bus ſuppetias tulerint contra Slavos ad Albim, Annal. Fuldenſ. & Regino *ad an.*
789. Ubbo Emm. *lib.* 4. *rer. Friſic.* tamen id poſt mortem Rulandi contigit, ut huic
expeditioni defunctus intereſſe nequiverit. Certè vivente † Rulando parum 19
contra Saxones profectum eſt, quippe, qui fere inter initia belli, quod Anno
778. ſexennio tantum duraverat, periit. Mirum ſane, cum fingendi ſit tanta libi-
do, cur non ex popularibus ſuis aliquem ad hanc ſcenam elegerint noſtri, cum
Germania † & nominatim Saxonia fortiſſimis & robuſtiſſimis viris ſemper 20
abundaverit, de quibus conſulatur Saxo Grammaticus & Albertus Cranz.
in Vandalia. Addatur Camer. *lib.* 1. *medit. hiſt.* 82. *&c.* niſi quia ſpretis
indigenis peregrina magis admiramur.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

CAPUT X.

De bello Hiſpanico Caroli Magni.

SUMMARIA.

1 *Bellum Hiſpanicum Caroli multis fabulis ſcatet.*
2 *Hiſpanorum confeſſiones.*
3 *Belli Hiſpanici cauſa & occaſio falſa.*
4 *Alphonſus Rex Gallitiæ Caroli amicus.*
5 *Carolus Aquitaniam & Gaſconiam ſubjugavit.*
6 *Cætera additamenta fabuloſa ſunt.*
7 *Carolus M. an totam Hiſpaniam devicerit?*
8 *Sarraceni magnam partem Hiſpaniæ occuparunt.*
9 *Sarraceni à Ferdinando Arragonio expulſi.*
10 *Hiſpani ab imperio Romano liberi.*
11 *Eginhardi verba explicantur.*
12 *Templum Aquiſgranenſe, an ex præda extructum?*
13 *Crux aurea Paderbornenſis.*
14 *Caroli Magni expeditio in palæſtinam falſa.*
15 *Via putativa Caroli in terram ſanctam.*
16 *Dona Conſtantini Carolo Magno miſſa.*
17 *Mendacium à ſuperſtitione profectum.*

1 SEquitur bellum, quod Carolus M. in Hiſpania † contra Sarracenos geſſiſſe ſcribitur, in quo Rulandus occubuit, adeo multis fabulis conſutum & intricatum, ut in inveſtigando vero, ſi antiquiores ex oculis ſeponas, exitum nullum inveniás.
2 Quod prudentiores ex Hiſpanis † ſcriptoribus ipſi agnoſcunt. Ita enim Tarcognotta *in hiſtor univerſ. lib.* 9. poſtquam varias opiniones recenſuit, ſubjicit: varietas ſcriptorum in commemoranda ſerie hujus expeditionis Hiſpanicæ, incertam & confuſam reddidit hac in parte hiſtoriam de geſtis Caroli, & poëtis materiam atque anſam præbuit ſupra modum fabulandi, & vulgo pro libitu loquendi. Petrus de Medina *in memorab. Hiſpan. cap.* 142. prælium hoc adeo multis fabulis involutum eſt, inquit, & tam alienum à vero recitatur, ut opus ſit denuo exponere, quid ejus ſit verum. Hieron. Zurita *in Annal. Regum Arragon. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 3. poſtquam de prælio ad Roncevallim & de Rulando verba fecit, ſubjungit, ejus egregia facinora ſcriptorum gallicorum fabulis admodum exagerata
3 eſſe, &c. Cauſam ſive occaſionem † belli contra Hiſpanos à Carolo Magno geſti, quidam hanc referunt: quod Bertha ſoror Caroli, uxor fuerit Alphonſi II. Regis ex moribus caſti cognominati. Quæ cum nullos ex marito ſuſcepiſſet liberos, Carolum heredem regni Hiſpaniæ inſtituere voluerit. Contradicente Alphonſo,

Digitized by Google

Alphonſo, bellum inde ortum, in quo Alphonſus victoriam à Carolo obtinue-
rit. Ita Rodericus Sanzius epiſc. Palentinus, qui circa ann. 1500. ſcripſit, *part. 3.*
cap. 9. Hic (Alphonſus II.) vicit, ut à multis fertur, Carolum & Rulandum.
Idem teſtatur Alphonſus à Carthagena Epiſcop. Burgenſis, quod ſcilicet Alphon-
ſus hic devicerit Carolum & Rulandum. Atqui Bertha illa à Turpino & aliis
mater Rulandi ſtatuitur? Sic ergo Rulandus contra vitricum ſuum arma tuliſ-
ſet, non minore ſcelere, quam peſſima fortuna. Ut taceamus temporis diſcre-
pantiam, quam enucleavit Petrus Medina *in memorab. Hiſpan. cap. 18.* Dein-
de falſum eſt, Carolum contra † Adelphonſum (contracte Alphonſum) 4
Galliciæ atque Aſturiæ Regem bello decertaſſe, quippe, qui amiciſſimus
Caroli fuit, adeo ut in litteris ſuis ſe proprium Caroli appellarit, *Eginh.*
teſte. Cui quamvis Carolus contra Sarracenos, ſive Mauros auxilia forſitan
miſerit, quomodo Paulus Æmilus, & alii intelligi poſſunt: tamen nullibi repe-
ritur, ipſum Carolum contra Sarracenos exercitum duxiſſe, multo minus eos
deviciſſe. Tantum Aquitaniam & † Gaſconiam ſibi ſubjecit Carolus, in qua 5
etiam Gaſconum inſidiis Anno 779. cum aliis periit Rulandus. Hæc Eginhard.
Annales Francici. Adelm. Benedict. Regino & alii ſcriptores integriores. Reliqua
quæ adduntur, † ex fœcundo Pirenes fonte, ex quo Poëtæ cantaturi bibere ſo- 6
lent, profluxerunt. Unde non mirum, ſi tanta ſit auctorum diſſonantia, ut alter
alterius narrationes evertat, neque facile ſciri poſſit, utri fides debeatur. Ita Hie-
ron. Zurita *in d. c. 3.* refert, quoſdam ex S. Antonino tenere, nec Sarracenos, nec
Chriſtianos Hiſpaniæ Rulandum occidiſſe, ſed Vaſcones. Eam ob cauſam narra-
tiones de obitu Rulandi non carere ſuſpicione. Et Platin. *in Hadrian. 1.* Rulan-
dus perierit in bello Vaſconum ſiti, an vulnere, haut ſatis conſtat. Item, Anton.
Maria Spelta *in hiſtoria Ticinenſi dubitat*, ſiti an ferro perierit Rolandus in clade Ron-
cevallenſi. Non eſt ergo notorium, quod Carolus † M. devicit Hiſpaniam, ſi- 7
cuti id Joan. Faber. *in proœm. Inſt. n. 10.* pro certiſſimo exemplo præſupponit, cum
is minimam ſaltem partem Hiſpaniæ devicerit. Galliciam enim & Aſturiam Al-
phonſus poſſidebat: reliquam Hiſpaniam Sarraceni † ex Mauritania invaſe- 8
rant, in qua etiam Caroli M. & ſucceſſorum temporibus perdurarunt, quousque
à Ferdinando Catholico † Rege Arragoniæ, Caroli V. Cæſaris avo materno 9
tandem opprimerentur. Münſter. *lib. 2. Coſmograph.* Dreſſer. *in millen. 5. fol.* (*mihi*)
473. Thuan. *lib. 1. hiſtor. &c.* Atque inde eſt, quod † Hiſpani libertatem ab 10
Imperio Romano ſibi vendicant, quippe, quod provinciam ſuam à Sarracenis
per 700 & amplius annos poſſeſſam (de qua chronologia, vide Bodin. *lib. 4. de*
Rep. 2. num. 421.) ſuo & ſuorum ſanguine ſine auxilio Imperii Romani ſibi quæſi-
verint, dicente Guilhelm. de Montferrat. *de ſucceſſ. regno. d. 1. nu. 40.* Et ipſa *gl. in c.*
Hadrianus, diſt. 63. in verb. per ſingulas, excuſat Hiſpanos non agnoſcentes Imperium
Romanorum, quia eruerunt regnum illud de faucibus hoſtium. Quod vero
Eginhard. Carolum interea (durante bello Saxonico) Hiſpaniam † quoque de- 11
bellaſ-

Digitized by Google

bellaſſe ſcribit: id mox ad Aquitaniam & Waſconiam à monte Pirenæo uſque ad amnem Iberum reſtringit. Eodemque ſenſu intelligendi Hiſpani inter ſubditos Caroli *in c. volumus*, 11. *q*. 1. Quod ex teſtamento Caroli apud Naucler. *generat*. 27. Goldaſt. *tom*. 1. *conſtit*. *& alios*, planum fit, in quo Ludovico filio Galliæ & Vaſcones aſſignantur, uſque in Hiſpanias, excluſive loquendo. Itaque quod prodidit
12 Turpinus & ex eo Antoninus, templum † Aquisgranenſe à Carolo M. ex præda & auro Hiſpanico conſtructum eſſe, id merito refutat Petrus à Beeck *in Aquisgra. cap*. 1. Nam Eginhardus cum Baſilicam S. Dei genetricis Aquisgrani opere mirabili conſtructam deſcribit, columnas & marmora Roma & Ravenna ex Italia advecta tradit, auri Hiſpanici non meminit. Ut difficulter verum ſit, quod ex Chron. Trevirenſ. refert Freher. *in not. ad lib*. 1. *Petri de Andlo*, *de Rom. Imp. cap*. 13. Rectius
13 id in eum cenſum relegatur, in quo continetur crux aurea † Paderbornenſis, ex tributis Longobardicis fabrefacta apud Crantz. *lib*. 4. *Saxon*. 19. Multò magis
14 falſum eſt, Carolum contra † Sarracenos in palæſtinam exercitum duxiſſe. Quod etiam Ganguinus *lib*. 4. *hiſtor*. obſervavit, inquiens, ea deliramenta eſſe magis vetularum, quam hominum, ſcite & diligenter rerum narrationem texentium. Ex
15 quo itidem ſequitur, vanum eſſe, quicquid de † via Caroli in terram ſanctam inculcatur à Robert. Monacho *lib*. 1. *hiſtor. Hieroſol*. Marino Sanuto Torſello *lib*. 3. *part*. 3. *ſecret. fidel. crucis cap*. 6. *& ſeq*. aliisque belli ſacri ſcriptoribus. Denique
16 cum cauſa, ſive expeditio Caroli vera non ſit, neceſſe eſt effectum quoque, † ſive fructum victoriæ claudicare, quam ex Helinando prodidere Vincent. *lib*. 24. *Specul. hiſt*. 4. & S. Antonin. *part*. 2. *tit*. 14. *cap*. 4. *gl. lat. ad art*. 82. *lib*. 3. Sandr. *& alij*, Carolum nempe à Conſtantino liberatæ Palæſtinæ præmia accepiſſe, nempe coronam ſpineam, clavum, quo Chriſtus cruci affixus, atque alia plura, cum Carolus nunquam milites in Palæſtinam miſerit, Frider. Tilem. *in diſcurſ. philol. fol*. 275. multò minus ipſe eam intraverit. Cranz. *lib*. 1. *metrop*. 16. Ut vanitatem hujus
17 † à ſuperſtitione profecti mendacii merito rideat Freher. ad Petr. de Andlo *lib*. 2. *cap*. 8. eo magis, quod Impp. Conſtantinopolitanis, ut Nicephoro, Leoni & Michaëli, quos recenſet Eginh. Conſtantino prætererito, ob ſuſceptum Imper. Romani titulum non admodum gratus fuit Carolus.

CAP. XI.

De multiplici obitu Rulandi.

SUMMARIA.

1 *Rulandi res geſtæ in Hiſpania multiplices.*
2 *Rulandus ſæpius in Hiſpaniam reducitur.*
3 *Cæſaris Baronij judicium.*
4 *Jacobi Apoſtoli inventio, an Carolo M. tribuenda?*

5 *Rulan-*

Digitized by Google

5 *Rulandus bis mortuus.*
6 *Imo ſexies.*
7 *Verus annus mortis Rulandi.*
8 *Epigramma Joſephi Avenbachij.*
9 *Rulandi dies ſacer.*
10 *Calendariorum diſcrepantia.*
11 *Canonizatio Rulandi.*
12 *Petri de natalibus legenda.*
13 *Electio veri & falſi difficilis.*

CUm Rulando tam multa egregia facinora, quæ in bello Hiſpanico † geſſerit, tribuantur, ut in unum annum conjici non poſſint omnia, maxime temporis diſcrepantia reclamante: inventa eſt ratio, qua is ſæpius in ſcenam, ut in Comœdiis fieri † ſolet, reproduceretur. Quæris quomodo? Ope virgulæ Pythiæ cujusdam, qua illa defunctorum animas iterum evocat orco, ut eſt apud Poëtam. Qua de re optime ſentit Cæſar Baronius † Cardinal. *in Annal. Eccl. ad an.* 812. *n.* 18. Quod Turpini nomine (quisquis ille fuerit) ſomniorum, aut fabularum vanus contextor poſt venerandi corporis S. Jacobi † inventionem (quam etiam per Carolum factam eſſe mentitur) ponit bellum illud contigiſſe, quo Rotolandus, ſive Rolandus inter alios viros inſignes occubuit, nulla hic habita exacta temporis ratione, revera tunc bellum illud contigiſſe ſunt arbitrati, quæ à fabuloſo auctore ponitur. Qui hoc errore ducti ſunt antiquiores numerantur Tudenſis & Rodericus Toletanus Epiſcopus: recentiores vero omnes, ne ſingulos nominem, tanquam è cœlo allato oraculo firmiter eidem inhæſeruut, uno duntaxat Ambroſio Morale excepto, &c. Hæc veriſſime Baronius, tandem de hoc commento pronuncians, oportere eos, qui has fabulas conciliare nituntur, ſuis divinationibus adjicere, Rulandum & cæteros ejus ſocios, † bis occiſos mortuosque eſſe, &c. Nimirum, ut fiant, juxta verſic. Homeri *odyſſ.* M.

Δισθανέες, ὅτε τ' ἄλλοι ἅπαξ θνήσκουσ' ἄνθρωποι.

Hoc eſt,

Bis mortui, cum alij ſemel duntaxat moriantur homines.

Imo non bis tantum, ſed ſexies, † vel etiam pluries mortuum eſſe Rulandum oporteret, ſiquidem omnium narrationes ſunt veræ. Primo enim & vere † quidem Rulandus in pugna ad Roncevallim occubuit Anno Chriſti 778. *ſupra cap.* 5. *nu.* 6. Quam æram ex conſenſu ſcriptorum firmat Baron. *d. loc.* Eamque ex Annal. Burdegal. ponit Joann. Gualther. *lib.* 2. *Chron. Chronico.* Et tamen idem auctor alibi Rulandi mortem ad ann. 800. 31. diem Maji refert. Quod eſt ſecundum tempus mortis, à Joſepho de Pinu † Averbacio *in libris anigmatum* tali tetraſticho inclusum:

Digitized by Google

Verterat à Chriſti bis ſecula quatuor ortu
Terris, qui præfert luce nitente diem:
Oris redditus ut Divûm fortiſſimus heros,
Rulandus tuus eſt Carole Magne nepos

Adde Bucholz. *in Chron. ad ann.* 800. Panthal. Candidum *in epitaph. & alios.* Ter-
tio Joannes Vaſſæus *in Chron. rerum Hiſpan. ad ann.* 809. Hoc anno ajunt Carolum
accepiſſe cladem ad Roncevallim. Ergo in ea Rolandum periiſſe oportet. Quarto
Chriſtianus Maſſæus refert ad Ann. 811 undecimum diem Januarii, ubi dicit Ca-
rolum præ iracundia vernum tempus exſpectare noluiſſe. Ad quem annum
etiam Goth. Viterb. *part.* 17. Rulandum reproduxit. Addunt huic æræ quinto
annum adhuc unum Rodericus & Alphonſus. Et liberalior Mariana *lib. 7. cap.* 11.
Sexto ad annum ſequentem, qui eſt 813. prælium Roncevallenſe refert, quem ta-
men refutat Mantuanus Secretarius cum An. 778. tranſiens. Ulterius ne progre-
diamur, obſtat mors Caroli, qui in annum ſequentem incidit. *ſupra cap. 5. n. 2.* Neq;
in anno tantum, ſed in menſe quoq; & die ſimilis eſt diverſitas, quo obierit Rulan-
9 dus, dum † alius in Januarium; alius in Majum menſem illum collocat. Vincentius
autem *in ſpeculo lib. 32. cap.* 105. in 16. Kalend. Julii. Quo fundamento procul du-
bio Rulandi dies feſtus in Calendario Romano 16. die Junii celebratur. Aliquan-
10 do etiam 9. die Auguſti. Ne cui mirum videatur, ſi ipſa quoque Calendaria †
ſuper negotio tam difficili varient. Non enim præter morem ſuum faciunt. Ut
facilius inter philoſophos, quam inter Calendaria & horologia conveniat, *verbo*
11 *Senecæ.* Canoniſatio † Rulandi à quo ſolennitate ſit peracta, præteritur, mo-
do hanc ſuis virtutibus, militaribus an divinis, Rulandum meruiſſe firmiter cre-
12 damus. Allegatur ad hanc rem *Legenda aurea* Petri de † Natalibus, ubi *in capite de*
vita S. Rotolandi procul dubio de ipſius ſanctimonia pluribus agitur, ſed cujus in-
ſpectionem nobis hactenus fortuna non aurea invidit. Niſi is eſt auctor allega-
tus à nobis *cap.* 20. *num.* 9. ob cujus defectum nemo crines barbamque ſummi-
ſerit. Neque dubitamus, ſi diligentius perluſtrentur ſcriptores exotici, quin
plura mortis tempora inveniri poſſint. Sufficiat hic numerus, apud mendaces
myſticus, quo ipſo, aut ſexies Rulandum interiiſſe credendum eſt, aut totam il-
13 lius hiſtoriam † fabulis inquinatiſſimam eſſe. Utrum exiſtis tibi facilius per-
ſuaderi poſſit, quivis ſuum judicium conſulat.

CAPUT. XII.

De variis Rulandi monumentis & reliquiis.

SUMMARIA.

1 *Multiplex obitus multiplicem ſepulturam poſtulat.*
2 *Sepulcrum Rulandi Blavienſe.*
3 *Item Arelatenſe.*

4. Con-

4 *Contentio de patria Homeri.*
5 *Gladius Rulandi.*
6 *Cornu eburneum Rulandi.*
7 *Sancti uno tempore pluribus in locis exiſtentes.*
8 *Incredibilia falſis proxima.*
9 *Lucernatum privilegium.*
10 *Loca Rulandi nomine inſignita.*
11 *Rulandi Hiſtoria ex Herculis fabulis deſumpta.*
12 *Plures Rulandi.*
13 *Plures Joves & Mercurij.*
14 *Rulandus alius verus, alius fabuloſus.*

ADdemus jam monumenta, quæ de Rulandi nomine in diverſis mundi parti-
bus reperiuntur, ut ſicuti pluries interiit, ita pluribus † quoque in locis 1
Rolandum ſepultum credamus. Blavienſes † eam apud ſe & natum & ſepultum 2
volunt. Sabell. 8. *Ennead.* 8. Ubi oſſa ipſius à vermibus nimium decurtata per
Franciſcum Galliarum Regem & Fridericum Palatinum inſpecta diximus *cap.* 7.
Idem Arelatenſes † contendunt juxta Schröter. *in hiſt. totius orbis terrar.* Eſt et- 3
jam in Gallicia, ubi Rulandus pugnans ſiti extinctus eſſe perhibetur, S. Maria
Roncilionis religione D. Auguſtini celebris, in cujus templo multa ſunt memo-
rabilia, de 12. Gallorum Paribus, &c. Lucius Marinius Siculus *de rebus Hiſpan. lib.*
3. tit. de Gallicia. Ne ſcilicet minor ſit contentio inter Galliæ & Hiſpaniæ tem-
pla de Rolandi militis oſſibus, quam fuit olim inter Græciæ civitates, de † pa- 4
tria Homeri Poëtæ, de qua Cicer. *in orat. pro Archia*, Gell. *lib.* 3. *noct. Att.* 11. In
monaſterio Eſcuriali in Caſtilia monſtratur † gladius Rulandi (*Durandal* vocat 5
Turpin. & ex eo Camerar. *lib.* 2. *med. hiſtor.* 29.) in quo etiamnum videre eſt cica-
trix, quæ ad columnam ipſi impreſſa dicitur. Idem aſſervatur in oppido S. Dio-
nyſij prope Lutetiam, Schröter. *d. loc.* Et quamvis gladium hunc una cum cornu
eburneo † Carolum in cœnobio S. Romani Burdegali ad ſepulchrum Rulandi 6
ſuſpendiſſe ſcribat Turpin. *cap.* 27. & ex eo Lindenbr. *in Chron. Carol. fol.* 269.
utrumq; tamen in loco, ubi occubuit, ad Roncevallim oſtenditur, juxta Hubert.
Tomam Leod. *de orig. Palatin. fol.* 5. Quod divina virtute fieri credendum eſt, qua
D. Ambroſium ſimul † Mediolani divinis rebus aſtitiſſe, & Turonæ exſequiis 7
D. Martini interfuiſſe ſcribit S. Antonin. *hiſtor. p.* 2. *tit.* 10. *cap.* 11. §. 4. Eundem
Romæ eodem die miſſam celebraſſe & Mediolani viſum. Bald. *in l. optimam*, 14. C.
de contrah. ſtipul. Et ſimile quid de Iſidoro aſſirmatur à Boër. *quæſt.* 165. *num.* 7. Me-
noch. 1. *præſumpt.* 3. *num.* 4. De S. Materno amplius ſcribitur, quod tribus in lo-
cis, Treveri Coloniæ & Tungris, uno eodemque die Paſchali miſſam celebrave-
rit. Kyriand. *in Annal. Trevir. part.* 3. Idem fere de Epiſcopo quodam Halberſta-
denſi ad ipſius ſepulcrum narrari memini. Sed Amphytruo Plautinus etiam ju-

Digitized by Google

rante ſervo id ſibi perſuadere nequit, *Act. 2. Scen.* 1. Tunc, inquit, id dicere au-
8 des, quod nemo ante hac vidit, † neque poteſt fieri, tempore uno homo idem
duobus locis, ut ſimul ſit? certe hiſtorico hic devota oratione: Domine, adju-
va incredulitatem meam, opus eſt. *ſupra cap.* 9. *num.* 5. Pertinet huc quoque,
9 quod ex Helvetiis Lucernates † tubarum loco æreis cornibus incurvis utuntur,
quæ ipſi Harſchhörner vocant, dictitantes, hoc juris ſibi datum à Carolo Magno
eo, quod iis Rulandus ipſius nepos, uſus fuerit. Berth. *lib.* 3. *comment. in Lucerna.*
10 Sunt & loca urbes & arces à Rulando † denominatæ, ſed ut cauſam ejus non fa-
cile quis reddiderit. In Sicilia mons eſt nomine Rulandi, de quo Goth. Viterb.
lib. 17. *Chron.*

Mons ibi ſtat vaſtus, qui dicitur eſſe Rulandus.

Intèr Hieroſolymam & Damaſcum in Syria eſt pons, qui appellatur pons Rulandi.
Cujusmodi eſt etiam Hamburgi Cranz. *lib.* 10. *Saxon.* 2. In itinere à Venetiis verſus
Conſtantinopolim in Illyrico monſtratur caſtellum d' Orlandi. Eſt etiam in Gal-
lia caſtellum Rulandi, cujus meminit. Thuan. *lib.* 88. *hiſtor. in pr.* Item mons &
oppidum, cui cruci Rulandi nomen. Idem Thuan. *libr.* 98. In Luſatia,
ſive vicus, ſive oppidum eſt Rulandi nomine. Item, in Luxemburgo ad
fluvium Ovram non procul à S. Vito. Item, arx Ruland in Eifelia Archiepiſco-
patus Trevirenſis. In Rheno inſula eſt dicta Rolants-Werder, in qua cœnobium
ſanctimonialium fundavit Fridericus Archiepiſcopus Colonienſis. Magn. Chro-
nic. Belg. Merſæ. *in Annal. Colonienſ.* Meminerunt etiam arcis Rolants Eccii in
Rheno, Hieron. Henning. & Elias Reuſner. *in geneal. Chriſtiani I. Regis Daniæ, &c.*
Quæ ideo recitamus, ne cui mirum videatur, ſi hoc nomen, vel ex fabellis per or-
bem univerſum quodammodo nobilitatum, eadem occaſione etiam in Saxoniam
perveniſſe & ad ſtatuas tranſiiſſe dicamus. Plura fortaſſe aliis in locis reperiet,
ſi quis, quod Comicus ait, quaſi mare omnes circuire velit inſulas terrasque.
Quibus omnibus locis, ſi Rulandus præſens fuit, ac inſigni aliquo facinore no-
minis memoriam impreſſit: tum ipſum totum terrarum orbem peragraſſe opor-
11 tet, non minus, quam † olim Hercules fecit, ex cujus fabulis multa in Rulandi
12 res geſtas irrepſiſſe apparet. Quod ſi plures † Rulandi fuerunt, ſicuti. Theod. à
Niem. *lib.* 2. *de ſchiſmat.* 22. ſcribit ex relatione incolarum (quam tamen ipſe va-
nam exiſtimat) in monte quodam prope Neapolim, Rulandum quendam fortiſ-
ſimum contra Græcos pugnando in bello captum ac incarceratum: tum ſane
omnium illorum Rulandorum facta uni incongrue tribuuntur, vel ſaltem expri-
mendum fuerit, uter ex pluribus pro vero Rulando & patrono urbium adoran-
dus ſit. Ne vel idololatriam committamus, vel idem Rulandi cultoribus contin-
13 gat, quod Poëtis Ethnicis, qui cum plures † Joves & Mercurii extiterint, di-
verſis locis & temporibus orti, teſte Cicer. *lib.* 3. *de nat. Deor.* omnium tamen res
geſtas ad unum Jovem & Mercurium retulerunt, Natal. Comes *lib.* 5. *mythol.* 5. *&*
lib. 2. *cap.* 1. Cui errori non aliter mederi potuerunt ipſi, quam ut unum illorum
natu-

Digitized by Google

† naturalem, cæteros fictitios ſtatuerent, ut eſt apud Lactant. *lib 1. de falſ. relig.* 14
11. Utrum horum epithetorum Rulando Saxonico competat, optionem aliis dare, quam accipere malumus.

Caput XIII.

De Ioannis Turpini libello ſuppoſititio.

Summaria.

1 *Turpinus fabularum pater.*
2 *Turpini verba de Rulando.*
3 *Turpinus nugator non hiſtoricus.*
4 *Idem falſum nomen operi ſuo præpoſuit.*
5 *Tilpinus Archiepiſcopus Remenſis ab hoc diverſus.*
6 *Res in Turpino contenta recentiores ſunt.*
7 *Dignitatum tituli quando hereditarij facti?*
8 *Lotharingiæ nomen tempore Caroli ignotum,*
9 *Tilpinus ante Carolum defunctus.*
10 *Tilpini ſucceſſores.*
11 *Clerici bellatores eſſe non debent.*
12 *Carolus juveni bellicoſo epiſcopatum ademit,*
13 *Contradictio mendacium implicat.*
14 *Elogia Turpini nugatoris.*
15 *Lindenbrogi incogitantia.*
16 *Turpinus à Reubero editus.*

QVæris fortaſſe, amice Lector, unde tam copioſa fabularum zizania in hiſtoriam Rulandi militis, quæ ex vero parciſſimè in litteras relata extat, penetraverit? Non putamus nos abuti ſacro teſtimonio, ſi Chriſti verbis *Matth. 13. v. 18.* reſpondeamus: Inimicus homo hoc fecit. Is eſt ineptus auctor Joannes † Turpinus Archiepiſcopus Remenſis, ut falſo ſe appellat, qui primus hi- 1
ſtoriam Caroli Magni anilibus figmentis turpiter corrumpere auſus eſt, cum ingenio ad fallendum apto non valeret. In qua inter alios belli Duces, qui cum Carolo Magno in Hiſpaniam contra Sarracenos profecti ſunt, Rulandum multis fictis titulis ac laudibus ornat. Rulandus, inquit Dux † exer- 2
cituum, Comes Cenomanſis & Blavii Dominus, nepos Caroli, filius Ducis Milonis de Angeris, natus Berthæ ſororis Caroli, cum IV. armatorum millibus. Alius tamen Rulandus fuit, de quo nobis ſilendum eſt, &c. Hæc ille, imitatus Homeri & Virgilii licentiam Poëticam † in fingendo bellatorum catalogo. 3
Si quæras ulterius, quis ſit hic auctor? nemo proculdubio erit, qui ſatis facere votis tuis poſſit, niſi ſit Oedipus, cum, quod omnes falſarii faciunt, ad conciliandum

4 ciliandam † auctoritatem, operi ſuo falſum nomen præpoſuerit, ipſe Caroli Magni ævo longe recentior. Quamvis enim in catalogo Archiepiſcoporum
5 Remenſium à Frodoardo & Caſparo Bruſchio edito, Tilpinus † Archiepiſcopus numero 28. reperiatur, qui ſub Carolo Magno vixit: tamen id nomen (præterquam, quod utrumque duabus litteris variat, neque Joannis prænomen habuit, ſolo cognomine pro ſimplicitate ejus ævi contentum, ut exempla dedimus, *cap.* 8. *num.* 7.) falſo huic libro præferri facile obtinetur, ſi præter fabulas
6 inauditas conſiderentur res & † circumſtantiæ in eo contentæ, à ſtatu illius ſeculi prorſus alienæ, & diu poſt demum introductæ. Neque enim tituli dignita-
7 tum tam pompoſi, multo minus † hereditarii tum fuerunt, quod in Gallia poſt mortem Caroli ſimplicis, juxta Pithæ. *in tract. de palat.* in Germania etiam ſerius contigit, Henricus Meibom. *in tract. de pagis Saxon. in pr.* Douza *in Annal. Holland.* Continuat. Luitprand. *ad ann.* 949. Udo Comes obiit, qui permiſſu Regis (Ottonis I.) quidquid beneficii, aut præfecturarum habuit, quaſi hereditatem inter filios diſtribuit. Ergo regulariter & jure communi aliud obtinuit. Itaque ſimpliciter Duces, Comites, &c. ſine adjectione certæ provinciæ indigetabantur. Idem Meibom. *in not. ad Witich. lib. 2. in princ.* Pſeudo-Tur-
8 pinus, inquit, improba & flagitioſa audacia inculcat Garinum Lotharingiæ † Ducem Caroli Magni in bello Hiſpanienſi Comitem, cum poſt 64. præter propter annos primum Lotharingiæ nomen auditum ſit. Turpitudinem hujus Turpini ocularitet detexit Petrus Mantuanus Secretarius Bernhardi Fernandis de Valaſco *in animadverſ. lib.* 4. *cap.* 2. ubi dicit, quod omnes ſequentes Turpinum erra-
9 verint, quia † Tilpinus Archiepiſcopus dudum è vita exceſſerat ante mortem
10 Caroli M. ſucceſſit enim ei † Wulfarius, qui à Carolo petiit, ut concilium Remenſe convocaret Anno 813. Hujus ſucceſſores fuerunt Ebo & Hincmarus Remenſis, quorum hic prædeceſſori Tilpino elegiacis verſibus elogium ſcripſit, tumulumque poſuit Caroli Calvi temporibus, &c. Quicunque vero fuerit auctor (haud dubie Monachus) propriam quodammodo turpitudinem allegat,
11 quando bello † Sarracenico ſe præſentem non interfuiſſe ſolum, ſed etiam pugnaſſe nugatur, contra officium boni Epiſcopi, de quo late agitur *in cauſa* 23. *q.* 8. *juris Canonici.* Cujus ſententia hoc verſiculo exprimitur:

Si ſis de clero, nunquam tu belliger eſto.

Immemor Conſtitut. Carolinæ prohibitivæ, quæ extat apud Goldaſt. *tom.* 3. *Conſtitut. fol.* 131. & 137. Immemor item, quod in prædicto Concilio Remenſi ſub Carolo conſtitutum eſt: Ut Epiſcopi ſacram Scripturam diligenter evolvant (non fabulas cudant) & verbum Dei annuncient (non pugnent) Concil. Rem. *cap.* 14. Quod Carolum nunquam Epiſcopis permiſiſſe hiſtoriæ teſtantur. Is enim
12 † adoleſcenti in equum inſilienti Epiſcopatum datum ademit, jubens ipſum bello aptiorem ſibi in Caſtris adeſſe. Ex Avent. Hulder. Mutius *lib.* 8. *hiſtor. in princ.* Petrus à Beeck *in Aquisgran. cap.* 5. Latiſſime Monachus Sangellenſis editus à Caniſio

Digitized by Google

niſi o *lib.* 1. ubi vide plura exempla. Ipſæ res, ut incredibiles & ſuperſtitioſæ, ita ineptæ ſunt fabulæ, † nec ſecum, nec cum tempore concordantes. Cujus in- 13
ventor tritum illud præceptum non attendit. oportet mendacem eſſe memorem. Quale eſt, quod Hiſpanicum bellum 14. annis continuatum falſo aſſerit, quibus Tilpinus jamdudum è vivis exceſſerat. Sabell. *lib.* 8. *Ennead.* 8. Baron. *in Annal. Eccleſ. ad ann.* 812. Niſi ipſum, vel vivum res futuras & poſt fata contingentes, vel mortuum in tumulo præſentes & terrenas ſcripſiſſe credere malis. Unde merito à cordatis Hiſtoricis rejicitur, non ſine † decentibus elogiis, quip- 14
pe, quem ridiculum ſcriptorem Joann. Wolfius *cent.* 9. *memo. lect. ad ann.* 830. nugatorem & fabulatorem Franciſc. Hotom. *in Francogall. cap.* 5. turpiculum fabulatorem Marquard. Freherus *in tract. de ſtatura Carol. Magn.* vocant. Adde eundem Freher. *de orig. Palat.* Camerar. *lib.* 3. *ſubſeciu. lect.* 14. Janum Douz. *in Annal. Holland.* Ubb. Emmium *de libert. friſiæ* Reiner. Reinecc. *ad Annales Caroli M.* ubi in præfat. ad Joannem Jageman. ipſum totum ex fabulis conſutum & totum barbarum dicit. Cæſar. Baron. Cardinal. *ad ann.* 812. non ſolum ſomniorum, aut fabularum vanum contextorem, ſed etiam ad Ann. 853. librum ejus fabularum officinam. Pontan. *lib.* 3. *orig. Franc. I.* Iberis neniis ac deliriis refertum pronunciat. Cruſius *p.* 2. *lib.* 1. *cap.* 8 *Sueviæ* ironicè. An non placet (inquit) etiam aliquid amplius ex veritatis Archiepiſcopo prædicto audire? Quam honorificè eum tanquam invictum teſtem aliquoties in Orlando ſuo Ludovicus Arioſtus laudat? Hiſpanus ſcriptor Marianus *lib.* 4. *cap.* 2. Hiſtoria Archiepiſcopi Turpini, quæ allegatur eſt liber de cavallerias, hoc eſt glorioſorum militum, indignus quem gravis perſona in ore habeat. Joannes Pineda *in* 3. *part. hiſtor. Eccleſiaſt. ſive univerſ.* poſteaquam recenſuit B. Antonini Epiſcopi Florentini ſententiam ex Turpino deſumptam, ſubjicit de prælio Roncevallenſi, ipſum ſequi commenta de cavallerias, hoc eſt fabuloſorum facinorum militarium. Centur. Magdeb. 9. cap. 10. de Turpino ait ipſum multis fabulis & nugis Caroli M. hiſtoriam deformaſſe, qualis illa eſt, de expeditione ejus in terram ſanctam, quam plerique omnes ſcriptores mendacii arguunt. Itaque cum de Turpini hujus fide, ob rationes Sabellici & aliorum dubitet † Lindenbr. *in Chron. Caroli M. fol.* 270. mirum cur eundem, ut 15
veridicum auctorem propugnet? *fol.* 255. ejusque librum integrum verſione Germanica expreſſerit? Qui etſi a Juſto † Reubero JCto inter ſcriptores Germa- 16
nicos editus non eſſet, ejus tamen nugis carere potuiſſet Reſpubl. litteraria. Fortaſſe etiam debuiſſet. Aſtronomus autem etiam, quod expoſtularet haberet, ſi ſibi prælatum Turpinum, atque huic inter veros hiſtoricos primum conſeſſum tributum videret.

Digitized by Google

CAPUT XIV.

De tempore, quo Turpini abortivus fœtus abjectus.

SUMMARIA.

1 *Tempus abjecti Turpini incertum.*
2 *Turpinus Eginhardum legit.*
3 *Eginhardus quando ſcripſerit.*
4 *Tilpinus quando vixerit.*
5 *Tilpini ſucceſſores.*
6 *Concilia à Carolo celebrata.*
7 *Antiquiores hiſtorici Turpinum ignorant.*
8 *Vincentius primus ipſum allegat.*
9 *Antonini Florentini Chronici auctoritas.*
10 *Turpinus ab aliis auctus.*
11 *Hamconius Suffridi Petri ſuccenturiator.*
12 *Non ens fabularum materia.*

1 SIcut certum eſt, Turpini † fœtum ſpurium & ſuppoſititium eſſe: ità incertum, quo tempore quave occaſione ille ab auctore lucem fugiente abjectus ſit. Non ſolum enim multæ res, quas habet, diu poſt demum emerſerunt, ut diximus, eoque argumento optime contra Pſeudo-Hunibaldum utitur Pontan. *lib.* 3. *Orig. Franc.* 3. Sed etiam tempus, quo ſcripſiſſe putatur Turpinus, non congruit. Mantuan. Secret. refert *ex Trithemio*, quod Turpinus librum ſuum ſcripſerit
2 Anno Chriſti 830. Conſentit Geſner. *in Biblioth.* Atqui Turpinus hic † Eginhardum Caroli M. hiſtoricum legit, multaque ex ipſius hiſtoria mutuatus fabulis corrupit. Veluti quod Rulandus in montibus Pirenæis perierit. Item ſigna Ca-
3 roli mortem præcedentia, &c. Eginhardus autem poſt † mortem Caroli vixit, ejusque hiſtoriam jam ſenex ſcribere aggreſſus eſt, An. 820. ut vult Trithem.
4 Quo tempore † Tilpinum Archiepiſcopum Remenſem jamdudum in vivis eſſe deſiiſſe diximus. Quomodo ergo is poſt Eginhardum ſcribere de morte Ca-
5 roli potuit, qui utrumque moriendo prævenit? Ejus enim ſucceſſor † Wulfarius An. 811. teſtamento Caroli, quod poſt Eginhardum extat, ſubſcripſit. Idem An. 813. pro negotiis quibusdam expediendis in Rhætiam Curienſem à Carolo
6 miſſus eſt. Fortunat. Sprecher. *in Palat. Rhætia lib.* 3. Eodem anno Carolus † duas ſynodos indixit, ex quibus ſecundæ, quæ in urbe Remorum celebrata eſt, Wulfarius Archiepiſcopus more majorum præſedit. Huic ſucceſſit Ebo, ſive Evvo Remenſis, qui An. 823. pro legato in Daniam miſſus eſt, teſte Adelm. Benedict. Ejus meminit Adamus Brem. *in hiſt. Eccleſ. cap.* 12. *& ſeq.* Tholoſ. *lib.* 25. *de Republ.* 1. *num.* 14. Ut certum ſit Tilpinum (ſub cujus umbra Pſeudo-Turpinus latibu-

latibulum quærit) annum ſcriptionis 830. vivendo non attigiſſe. Eſt & hoc magnum falſitatis argumentum, quod † antiquiores ſcriptores libelli hujus Tur- 7
pini nuſquam meminerunt, ſive quia nondum in rerum natura fuit, ſive quia nullius fidei, aut dignationis ipſum habuerunt. Sigebertus enim Gemblacenſis, qui circa An. 1094 ſcripſit (juxta Trithem. & Helvic. *in Chronol.*) licet Eginhardum & alios commemoret, Turpini tamen nullam facit mentionem. Sed & Otto Epiſcopus Friſingenſis Friderici Barbaroſſæ Hiſtoricus *lib. 5. Chron. 32.* dum recenſet auctores, qui de Carolo M. ſcripſerunt, verba Eginhardi adducit, non omiſſurus Turpini quoque teſtimonia, ſi apud ipſum ulla in auctoritate fuiſſet. Conradus à Lichtenovv abbas Urſpergenſ. qui circa Ann. 1200. vixit, totum Eginhardum exſcripſit, in ſuamque hiſtoriam tranſtulit, Turpini autem nugas ne verbulo quidem attigit. Idem fecit Albertus Abbas Stadenſis in ſuo Chronico. Vincentius † Belvacenſis autem ſcripſit Speculum Hiſtoriale circa An. 1240. juxta 8
Trithemii computum, qui fortean ad initia ſcribendi pertinet. Is ad An. 1244. *lib. 32. cap. 105.* primus, quod ſciamus, Turpini nugas refert, poſt cujus tempora alii ipſius exemplum ſecuti ſunt. Inter quos Antoninus † Archiepiſcopus Flo- 9
rentinus *in Chronico ab exordio Mundi ad Ann. 1459. deducto*, in eosdem ſcopulos impingit. Cujus auctoritas, cum propter viri ſanctimoniam, ob quam in numerum Sanctorum referri meruit, vulgo magnificat: tum illud hinc patet, multas ipſum fabulas operi ſuo immiſcuiſſe. Sunt, qui plura mendacia Turpino † ad- 10
ſcribant, quam ipſe habet. Veluti Petrus Reinoſus *in Speculo militum famigeratorum part. 1. cap. 1.* dicens: inter hiſtorias veteres Galliæ unum reperiri ſcriptam ab Archiepiſcopo Turpino omnium fide digniſſimam. In qua narretur in regionibus orientis regem quendam fuiſſe nomine Gradeſſam, &c. nimirum, juxta *verſ. gl. in l. quoties. 3. C. de judic.* Judæus nil Judæo, Catilina Cethego. Ut fortaſſe Turpinus ab aliis ſui generis fabulis auctus fuerit, dignus ſcilicet, qui cum additamento ad poſteros transmitteretur. Quo referri poteſt, catalogus Ducum Friſiæ, quos à Suffrido Petri ejusdem farinæ nugatoribus inventos, & ab Ubbone Emmio jugulatos, nuper vitam revocare conatus eſt Martinus † Hamconius poſt mor- 11
tem editus. Is enim *in præfat. Friſia ſua & fol. 28. nugatur*, Gondobaldum penultimum Friſiorum Regem Carolo M. contra Sarracenos opem tuliſſe ac exercitum non contemnendum ex Friſia in Hiſpaniam usque deduxiſſe, ibique cum Rulando aliisque Chriſtianorum Ducibus in montibus Pirenæis fortiſſime pugnando occubuiſſe, ſicuti Turpinus Sabellicus, & alii referant, &c. Ita dum ſinguli ἐπὶ μεῖζον addunt, juxta Propetii verſiculum:

Maxima † *de nihilo naſcitur hiſtoria.* 12

Digitized by Google

Caput XV.

De ratione & inſtituto Turpini.

Summaria.

1 *Falſitas veritatis ſimia.*
2 *Turpinus aliquid veri fabulis immiſcet.*
3 *Turcorum ἀνιστορησία.*
4 *Turpinus verſus Caroli ad Rulandum tranſtulit.*
5 *Carolus Magnus poëtam egit.*
6 *Fabula Rulandi proditi ex vera hiſtoria nata.*
7 *Alia hiſtoria Anglica de Rulando.*
8 *Turpinus poſt expeditionem Gothfridi Bullioni cuſus.*
9 *Concilium Claremontanum in Gallia.*
10 *Robertus Monachus concilio interfuit.*
11 *Idem Auctor Turpini libelli.*
12 *Jacobi Apoſtoli inventio, an Carolo debeatur?*
13 *Dedicatio templi Compoſtellani.*
14 *Calixti Papæ liber de miraculis S. Jacobi.*
15 *Idem canonizavit librum Turpini.*
16 *Pinedæ judicium de via S. Jacobi.*
17 *Doctoris Canoniſati opinio reiici poteſt.*

1 Sicut falſitas eſt veritatis † imitatio, juxta *Nov. 73. in pr. L. 23. ff. ad L. Corn. de falſ.* atque hoc inſtitutum omnium falſariorum, ut verbo Imp. Leonis *in Nov. 76.* falſum veritatis ſpecie tegant, & ſuppoſititias ſuas merces in cautis venum obtrudant: ita hic Auctor Heroas quosdam Gallicos poſteritati commendaturus, auctoritatis & antiquitatis conciliandæ ergo, falſum Turpini Archiepiſcopi Remenſis nomen libello ſuo præpoſuit, in eo inſigniter lapſus, quod genuinum
2 Tilpini nomen aſſecutus non eſt. Itaque vera quædam nomina † ac res geſtas immiſcuit, ſed ut temporum incurioſus, multas ex poſteriori ævo adduxerit, & ad Carolina tempora retrotraxerit, ut æditus horologium ſolet. Adeoque eo ordine proceſſit, quo ſolent poëtæ, qui veram aliquam hiſtoriam plurimis ac hyperbolis, ſive illuſtrant, ſive corrumpunt, de quibus elegant. Lactant. *lib. 1. de falſ. relig.* 11. Frider. Tilem. *in diſcurſ. philolog. fol.* 124. In Reliquis Turcorum in-
3 curiam † ſectatus eſt Turpinus dequibus ita ſcribit Busbeq. *epiſt.* 1. Turcæ nullam habent temporum, neque ætatum rationem, mireque hiſtorias omnes miſcent & confundunt, &c. Ita inter alia, quæ ex Eginhardo mutuatus eſt,
4 cum hic ſcribat Carolum filiorum ſuorum † mortes impatientiſſimè tuliſſe, adeò, ut etiam lachrymaretur: Turpinus id ad Rulandum tranſtulit, verſiculos-

que

que à Caroli patre in mortem Caroli filii profuſos, atque in Bibliotheca
alicubi repertos, Tu patriam repetis, &c. *ſupr. c. 5. num. 7.* Rulando ſcri-
ptos eſſe finxit. Conjecturam hanc debemus acumini nobiliſſimi Pelagii
noſtri, ſed quæ vero valde conſentanea videtur. Conveniunt enim tempora
examuſſim, quando Carolum primogenitum Anno 769. natum, teſte Adelm.
Bened. anno verò 811. defunctum 42. annorum eſſe oportuit Abbas Stadenſ. *fol.*
86. Et Carolum M. ſubinde Poëtam egiſſe, † arguit Epitaphium Hadriano 5
Papæ conditum, ſiquidem verum eſt, quòd Platinæ ſubtexuit Onuphr. Panuin.
Cæterùm Mantuanus Secretar. aliquoties à nobis citatus exiſtimat, fabulam † 6
Turpini de Rulando prodito ex vera hiſtoria Galalonis cujuſdam contra Caro-
lum Calvum Dominum ſuum rebellantis originem traxiſſe, quam fabulator iſte
ad Carolum M. & Rulandum tranſtulerit. Nec longè abludit nomen Ganis
proditoris, quod habet Turpinus, à Galalone. Quod in medio relinquimus.
Poſſet quoque videri, quaſi Rulandi fabula ex alia † hiſtoria ſurrepta ſit, quam 7
habet Robertus de Monte *in append. ad Sigeb. Anno* 1169. Antequam treviæ (indu-
ciæ) datæ eſſent, Rex Anglorum (Henricus II.) ſubmoverat Eudonem Viceco-
mitem de Porrohoit, qui quatenus umbratico nomine Comes vocabatur, & cui
tanta bona contulerat, ut ad ſervitium & adjutorium ſuum veniret. Quod ipſe
tenuit, & quidam alii de Britannis & confœderati, ſcilicet Oliverius filius Olive-
ri de Dinam & Rollandus conſobrinus ejus: Rex itaque non immeritò adver-
ſus eos iratus, à capite ſcilicet ab Eudone incipiens, vaſtavit & combuſſit ejus
terram, &c. Convenit quidem, quod Turpinus alterius cujusdam Rulandi
meminit, de quo ſibi ſit ſilendum, quaſi hunc Rulandum Oliverii conſobrinum
proditorem intelligat. Verùm, quia tempore Calixti II. Papæ extitit Turpini
liber, ideo huic conjecturæ non inſiſtendum videtur. Id certum eſt eo tem-
pore natam fabulam, quo frequentari cœperunt † expeditiones Chriſtianorum 8
in Palæſtinam contra Sarracenos, pro recuperanda terra ſancta, initio facta à
Gothfrido Bullionio circa An. Chriſti 1100. In gratiam enim eorum, qui cruce ſig-
nati ſacræ militiæ nomen dederant, compoſitus eſt liber, ut æmulatione gloriæ
alii ad ſimile inſtitutum incitarentur. Huic fini celebratum eſt concilium † 9
Claremontanum in Gallia Ann. 1095. ab Urbano II. Papa, cujus orationem ex-
hortatoriam pro ſuſcipienda expeditione deſcripſit † Robertus Monachus in 10
cella S. Remigii Epiſcopatus Remenſis, qui concilio interfuit. Extant libri in-
ter ſcriptores Juſti Reuberi JCti *& tom. 1. hiſtor. Orient.* Meminerunt Chron.
Hieroſolym. à Reineccio editum, cujus auctor putatur eſſe Albertus Canonicus
Aquenſis *lib. 1. cap. 6.* Blond. *deciſ. 2. lib. 4.* Trithem. *de viris illuſt. &c.* Unde in-
cidit ſuſpicio, hunc † Robertum Monachum auctorem quoque eſſe libelli 11
Joannis Turpini, tùm propter inepti ſtyli ſimilitudinem, tùm propter fabulas de
enſe inviolabili, de Gothfridi Ducis admirando ictu, quo Ammiralium Babylo-
nium medium diſſecuit, aliaque miracula utrique libro communia. Qualis eſt

 fabula

12 fabula de venerandi corporis † S. Jacobi inventione, à Carolo Magno per vi-
ſionem facta, quam Vincentius Beluacenſ. Antonin. Florent. Nicolaus Gilles, &
alii enumerati ab auctore Hierarchiæ cœleſtis *lib. 4. cap. 9.* pro vera hiſtoria re-
ceperunt, cum ſit falſiſſima, demonſtrante id Cardin. Baronio, quem *ſupra* addu-
13 ximus. *cap. 11. num. 4.* Idem de viſitatione & † dedicatione templi Compo-
ſtellani ſtatuendum, de qua Franciſcus Tarapha *de rebus geſtis Regum Hiſpaniæ in Al-*
phonſo 2. ad annum 796. ſcribit, quòd circa hæc tempora Turpinus & alii antiſti-
tes juſſu Caroli ædem D. Jacobi ſacræ Compoſtellæ Galliciæ dedicarint. Bu-
cholz. *ad an.* 805. dedicavit Baſilicam S. Jacobi. Joan. Tilius *ad ann.* 800. Turpi-
nus Remorum Pontifex Romæ die natali Chriſti à Leone Papa diadema impo-
ſitum accepit. Sic enim loquuntur Monachi, ſicut Epiſcopum coronare pro
conſecrare dixit Paulus Langius *ad an.* 1464. Nimirum, quia à Pſeudo-Turpino
decepti ejus nugas ſequuntur. Quod argumentum de inventione & miraculis
14 D. Jacobi cum poſtea † Calixtus II. Papa ſingulari libro pertractaſſet, ac Eccle-
ſiam Compoſtellanam in Archiepiſcopatum ſublimaſſet: is ſimul Turpini librum
15 † canonizavit, quippe, cujus fidem, ipſe quoque Calixtus ſecutus fuerat. Ita
legitur *in Magno Chronico fol. 150.* Anno quarto Calixti Papæ (qui eſt Chriſti
1122.) idem Calixtus Papa fecit libellum de miraculis S. Jacobi, & ſtatuit hiſto-
riam S. Caroli deſcriptam à B. Turpino Archiepiſcopo Remenſi eſſe authenticam.
Hæc ex Chronicis, &c. Eadem fere repetit Wernerus Rolevvinck *in faſciculo temp.*
ætat. 6. Balæus *lib. 5. de Rom. Pontif. actu.* Quanto rectius de hoc præclaro opere Jo-
16 annes † Pineda *ad ann. Chriſti 835. num 61.* ſcribit: nullam eſſe differentiam in-
ter ea, quæ de Rotolando & Carolo M. exponunt Turpinus Archiepiſcopus &
S. Antonius, & hos, qui ſcribunt libros militum errantium, ſive vagabundorum
(Romanzos denotans) præſertim, quæ narrantur de via S. Jacobi & ſomnio &
itinere Caroli, aniles fabulas eſſe, quas ideo etiam graves Auctores rerum nul-
latenus attingant, &c. Quo facilius nobis ignoſcet Papalis ſanctitas, cum etiam
17 contra † Doctorem canonizatum ſentire liceat, docente Eberh. à Middel. *in*
topic. legal. in loc. 95. num. 17.

Caput XVI.

De ſcriptoribus Romanzis.

Summaria.

1 *Hiſtorici fabuloſi.*
2 *Gratia nugarum mater.*
3 *Romanzi ſcriptores Italici.*
4 *Intentio poëtarum Italicorum.*
5 *Rythmi veteres quatenus fidem mereantur?*
6 *Cantilena Germanorum.*

7. Poëta-

Digitized by Google

7 *Poëtarum auctoritas.*
8 *Libri Amadiſi Gallici.*
9 *Quare fabula magis, quàm hiſtoria delectent?*
10 *Fabulæ ab hiſtoriis ſeparanda.*
11 *Lucilij verſus.*
12 *Ludovicus Arioſtus Italus.*
13 *Sclopetorum uſus quando inventus?*
14 *Rulandi hiſtoria à Romanzis depravata.*
15 *Bernhardi Girardi teſtimonium.*
16 *Item Jani Serreſii.*
17 *Item Augerij Busbequij.*
18 *Chalcondeles Græcus ſcriptor deceptus.*
19 *Gloria quandoq; indignos ſequitur.*

TUrpini nugas exceperunt & auxerunt, non ſolum hiſtorici fabuloſi † illi, 1
qui nugas hiſtoriarum nomine venditant: Quo nomine Græci † olim 2
malè audierunt, uſque adeo, ut Græcia nugarum mater diceretur. Quibus
Gallicos ſcriptores accenſet Cranz. *libr.* 1. *Saxon.* 16. *& ſeq.* Sed etiam Poëtæ
Italici, quos † Romanzos vulgò dicunt. Qui cum conſtituiſſent novas & in- 3
auditas † fabulas ſub quadam veri ſpecie ad voluptatem & delectationem legen- 4
tium proferre, plures heroas finxerunt, eorumque fortia facta Poëtarum more
exaggerantes, eos ex regio Caroli Magni aliorumque principum genere dedu-
cere glorioſum duxerunt. Et ſane rythmos & cantilenas † veterum Germano- 5
rum apud litterarum ſecreta ignorantes annalium uſum præſtitiſſe tradidit Tacit.
de Morib. German. ubi vide Altham. Quia his includebant † res à ſuis geſtas, 6
easque in conviviis cum voluptate decantabant, ut de Gothis atteſtantur Jornan-
des & Urſperg. Quibus delectatus Carolus Magnus, undique eas conquiri juſſit,
Reinecc. *de dignit. hiſtor. fol.* 52. Heig. *p.* 1. *quæſt. Saxon.* 7. *num.* 61. Quæ conſuetu-
do ne hodie quidem apud nos defecit. Quales ſunt cantilenæ de Theodorico
Veronenſi Gothorum Rege (vulgò Dietrich von Berne) quæ etiamnum in Ger-
mania per ruſticos & mechanicos decantantur, teſte Theod. à Niem *lib.* 3. *de ſchi-*
ſmat. 8. *in fin.* licet Goldaſt. *in præfat. tot.* 3. *conſtit.* illum à Ravenna ita dictum cen-
ſeat. Verum cum his eodem loco habendæ non ſunt Romanzorum ingenioſæ
fabulæ, † quas illi ad æmulationem Germanicorum Heroum poëtico ſpiritu 7
effinxerunt, ipſisque nonunquam vera nomina præpoſuerunt. Ex quibus quæ-
dam in noſtrum ſermonem translatæ ab imperito vulgo pro veris hiſtoriis ſuſpi-
ciuntur, veluti von Ritter Ponto / von Hertzog Ernſt / von der ſchönen Sidonia / ꝛc.
Quæ rectè Camer. *lib.* 1. *medit. hiſt.* 82. ex vaniſſimis figmentis decantari ait. Et
eſt his ſimilis in Gallia Amadæus † (vulgò libros Amadiſi vocant) ingenioſi 8
nugatoris proles, peſtilens liber ſi unquam fuit, & natus blande inficere, aut in-

interficere juventutem, ait veriſſimè Lipſius *in notis ad lib. 1. in fin.* Quo magis mi-
rum, illius lectionem etiam puellis, præſertim nobilioribus commendari, quaſi
ſcilicet ad elegantiam morum & ſermonis conducat. Rectius Frider. Tileman. *in*
9 *diſcurſ. philolog. fol.* 355. inquirit, cur aliqui † ſuæ felicitatis inſanum prodigi hiſto-
rias negligant, & fabulas Amadiſi, Meluſinæ, Ponti, & quas Arioſtus de Meliſſa &
alii confinxerunt, tantopere exoſculentur, ut cauſam Scaliger *lib. 4. epidorp.* rectè
quærat, & tantam vanitatem deploret non immerito:

Quidnam eſſe putem, quid memorem fuiſſe cauſæ,
Ut fabula nos plus moveat ſeveritate? &c.

Simile eſt problema Ariſtot. *ſect.* 18. *quæſt.* 3. Cur homines exemplis & fabulis
potius gaudeant, quam veris ratioinbus. Et Franciſc. Petrarch. *de triumpho amoris*
cap. 3. Ecce illos, inquit, qui chartas implent ſomniis, Lancellottum & Triſtra-
num & reliquos errantem & ſuſpenſum eſſe, &c. Ubi vide elegantet Sanſovin.
10 *in expoſit.* Nimirum hæc judicii imbecillitas eſt in illis, qui quasvis † nugas &
aniles ineptias, quas Græci λῆρος vocant, quales videbantur diſcipulis veræ mu-
lierum narrationes *Lucæ* 24. *v.* 11. ubi vernaculus textus Mährlein habet: à ve-
ris hiſtoriis, paleam à tritico diſcernere nequeunt. De quo hominum genere
11 pulchrè Lucilius † vetus Poëta, prout id ad idolorum cultores accommodat
Lactant. *lib.* 1. *cap.* 22.

Ut pueri infantes credunt ſigna omnia ahena
Vivere & eſſe homines: ſic atq; iſti omnia ficta.
Vera putant, credunt ſignis cor ineſſe ahenis,
Pergula pictorum veri nihil, omnia ficta.

12 Inter Romanzos iſtos primas partes obtinet † Ludovicus Arioſtus Italus,
quem diximus. Ex quo hiſtoriam de Orlando furioſo recitat Vaſq. *in præfat.*
illuſtr. controv. num. 62. Ab eoque deceptus Chalcondeles *lib. 2. de reb. Turc.* Or-
landi ſive Rulandi fabulam pro hiſtoria recitat. Citat Marquard. Freher. *libr.* 1.
de orig. Palat. 1. Item aliam Cornel. Kempius *libr.* 2. *de orig. Friſio.* de Rolando
13 Comite Flandriæ ſclopetum in abyſſum maris demergente, cum † ejus uſus
illo tempore nondum inventus fuerit, Camer. *libr.* 1. *medit. hiſtor.* 28. Cujusmo-
14 di à ſcriptoribus Rulandi adeoque ipſius Caroli Magni hiſtoriam † corru-
15 ptam eſſe, graviſſimi auctores Gallici teſtantur. Veluti Bernhard de † Gi-
rard Signeur de Halland *ad ann.* 780. *pag.* 48. cujus verba aſſcribemus: Pour
revenir à Charles, il alla en Eſpaigne, la ou il defit les Sarracins, & la maurat le
bon chevalier Rolland, ſon nepueu, aux faicts du quel la poſterité a adiouſté tant
de fables. Hoc eſt, Ut ad Carolum redeamus, is in Hiſpaniam profectus eſt, ubi
Sarracenos devicit, ibique diem ſuum obiit egregius eques Rollandus ejus ne-
16 pos, cujus factis poſteritas tot fabulas addidit. Conſentit Ian de † Serres *in*
ſuo Inventario generali rerum Gallicarum ad ann. 786. ubi exercitum Caroli Magni in
Hiſpaniam contra Sarracenos proficiſcentem deſcribens, & inter alios Rolan-
dum

Digitized by Google

dum Milonis filium quoque nominans ita concludit : Jan ſinguliare vaillance des quels a eſté fabuleuſe, ment recontea par une mliaſſe de ridiculs Romans, indignes de lavaleur des ces heroiques ames, mais preuues de l' ignorance de ce ſicle la ſterile en docts eſprits. Hoc eſt: Quorum egregia facinora expoſita ſunt à ſcriptoribus tenebricoſi illius ævi à mille ridiculis Romanzis, indignis virtute heroicarum harum animarum, prodentibus ignorantiam illius ſeculi præclarorum ingeniorum ſterilis. Hæc illi. In quibus mireris, quod cum hiſtoriam Rulandi multis fabulis inquinatam agnoſcant, ipſi tamen ſcoriam ab auro diſpellere neglexerint. Quo factum eſt, ut Rolandi hujus fama longè lateque di-
ſperſa ſit, eiam ad ipſos Turcos. De quibus Auger. Busbeq. † legatus Cæſa- 17
ris in aula Turcica, commendatus à Thuan. *lib. hiſtor.* De Rolando (inquit *in epiſt. 3.*) multa narrant prodigioſa, & plura, quam noſtri talium fabularum Archi-
tecti, procul dubio Romanzos denotans. Et † Chalcond. *d. loc.* Cujus viri 18
gloria per Italiam Iberiam & Galliam quoque magnopere ad hoc uſque tempus celebratur & publicè decantatur. Nimirum eſt hoc, quod Juſtus Lipſius verè
dixit : Quidam † merentur famam, quidam habent. 20

CAPUT XVII.

De argumento ab auctoritate negativo.

SUMMARIA.

1 *Regula Accurſii ab Hiſtoricis recepta.*
2 *Argumentum ab auctoritate negativum non valet.*
3 *Non omnia facta annotantur.*
4 *Exceptio contra argumentum negativum frequens.*
5 *Teſtibus affirmantibus plus creditur.*
6 *Exceptio illa quando obtineat.*
7 *Quod uni Auctori deeſt, ex alio ſupplendum.*
8 *Hiſtoriæ proprietas.*
9 *Annalium proprietas.*
10 *Nemo de rebus ſeipſo antiquioribus teſtari poteſt.*
11 *Referens ſine relato non probat.*
12 *Teſtis cauſam ſcientiæ reddere tenetur.*
13 *Fontes hiſtoriarum inſpiciendi.*
14 *Conſilia in fonte legenda.*
15 *Teſtimonium de auditu infirmum.*
16 *Quando valeat.*
17 *Fama eſt incerta & fallax.*
18 *Referens ſecundum relatum intelligitur.*

19 *Au-*

Digitized by Google

19 *Auctori non creditur niſi fide digno.*
20 *In veriſimilia non attenduntur.*
21 *Temporis obſervatio Hiſtorico neceſſaria.*
22 *Antiquitati quatenus credendum.*
23 *Hiſtorici aliorum auctoritate ſæpe decipiuntur.*
24 *Plures rationes conjunctæ fortius ſtringunt.*

1 Erunt fortaſſe, qui verſic. † Accurſ. *in l. neq; natales.* 10. *in verb. cum nihil,* & ibi
Cyn. Bald. Salicet. & Dd. C. *de teſtib.* Ead. *gl. in l. non hoc.* 4. C. *unde legit.* Socin. Iun.
conſ. 189. *num.* 102. *vol.* 2. Hartm. Hart. *lib.* 2. *pract. obſ.* 3. *in fin.*

Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe,

hic oppoſituri ſint, quippe, quem, etiam in foro hiſtorico receptum teſtatur Fri-
2 der. Tilem. *in diſcurſ. philolog fol.* 20. Non enim valet argumentum † ab aucto-
ritate negativum hoc modo: ille Hiſtoricus hoc non habet: Ergo id verum non
eſt. Philipp. Melanchth. *lib.* 4. *dialect.* Eberh. *in top. legal. in loc.* 95. *num* 17. Quia
3 multa fiunt, † quæ tamen in litteris non referuntur, ſive ut ait Cranz. *lib.* 3. *Saxon*
25. multa ſcripta non ſunt, quæ facta ſunt. Maxime apud Germanos, quibus uſu
venit, quod de Romanis Saluſt. *in conjur. Catilin. in pr.* teſtatur: optimus quisque
facere, quam dicere, ſua ab aliis benefacta laudari, quam ipſe aliorum narrare
malebat. Eoque pertinet querela Horat. *lib.* 4. *carm.* 9.

Vixere fortes ante Agamemnona.
Multi, ſed omnes illacrimabiles
Urgentur ignotiq; longa
Nocte, carent quia vate ſacro.

Item illa ICtorum doctrina, quod teſtium duorum affirmatio plus roboris ha-
4 beat † ad probandum, quam mille negantium ignorantia *gl. in l. diem proferre,* 27.
§. ſi plures, 3. *ff. de recept. qui arb.* Decius *in l.* 39. *num.* 10. *ff. de reg. jur.* Farinac. *de teſtib.*
5 *queſt.* 65. *num.* 200. Mynſ. 4. *obſ.* 38. Atque ita hoc argumento † utitur Bellarm.
lib. 2. *de Pontif. Rom. cap.* 8. *in* 1. *reſponſ.* Et Canoniſt. *paſſ. in probanda donatione Conſtantini*
in c. Conſtantinus diſt. 96. Eoque nixus Laurentium Vallam, Dantem Alige-
rium & Ulricum Huttenum riſu excipit D. Mattha Neapol. *libr.* 1. *de juris*
6 *dict.* 30. *num.* 4. *& ſeq.* Reſpondetur autem, exceptionem † hanc contra ar-
gumentum negatiuum in hiſtoria obtinere inter ejusdem ſeculi ſcriptores æque
7 fidedignos. Tunc enim quod uni deeſt. † ex altero ſuppleri poteſt, perinde
ut teſtium defectus aliorum conteſtium fide & dicto ſuppletur, *gl. in l.* 3 *§.* 1.
verb. nummerus. ff. de teſtib. Anton. Gabr. *tit.* 1. *de teſtib. concl.* 6. *num.* 1. 10. *&* 11. Quo-
modo Evangeliſtas in deſcriptione hiſtoriæ Evangelicæ verſatos videmus,
8 hiſtoriæ enim proprium † eſt deſcribi ab illo, qui rebus geſtis, vel ipſe in-
terfuit, vel ea, quæ ſcribenda ſunt vidit, juxta Iſidor. *lib.* 1. *orig.* 40. Gell. *lib.* 5.
9 *noct. Attic.* 18. At ſi poſteriores Hiſtorici de rebus antiquis † & à ſua ætate ho-
minum

Digitized by Google

minumq; memoria remotis ſcribant, quod annalium proprium eſſe docet idem Iſidor. *lib.* 1. *c. ult.* iſti ſane defectum antiquorum ſupplere non poſſunt, ſine adminiculis, arg. *l.* 28. *ff. de probat.* Eſt enim certiſſ. principum Laurentii Vallæ *in declamat. de donat. Conſtant.* eum, † qui de ſuperiori ætate hiſtoriam texit, aut Spi- 10
ritu ſancto addictante loqui, aut veterum ſcriptorum, & eorum quidem, qui de ſua ætate ſcripſerunt, auctoritatem ſequi: Hanc qui non ſequatur, eum de illorum numero eſſe, quibus ipſa vetuſtas præbeat audaciam mantiendi, &c. Itaque bene Adam. Bremenſ. *in hiſt. Eccleſ. cap.* 49. ſufficit hoc ſcire, inquit, ne ſi plura dicamus, mentiri velle videamur. Melius eſt enim, ut ait B. Hieron. vera dicere ruſticè (addo & parcè) quam falſa diſertè proferre, &c. Hinc eſt, quod referens
† ſine relato nihil probat, & quod relationis nulla ratio habetur, ſi in relato non 11
continetur, Mandel. de Alba *conſ.* 300. *num.* 18. Et relatum ad id, quod non apparet, vel invalidum eſt, nullius momenti habetur, *gl. pen. in c. ſi Romani, diſt.* 19. Gründlicher Bericht/ von der Statt Friedberg Freyheit. *part.* 1. *punct.* 1. *num.* 252. *& ſeqq.* Quod teſti non creditur, niſi † cauſam ſcientiæ ſuæ reddere poſſit, Farin. 12
lib. 3. de teſtib. quæ. 70. uſque adeo, ut ſine ratione deponens dicatur deponere ſicut pecus, Bald. *in l. edita,* 3. *C. de edend.* Non enim poteſt dicere, ſcio, quia fui præſens, ſed neceſſe habet dicere, ſcio, quia ſic reperi in meo memoriali, vel quod idem eſt, in probatis Chronicis Farin. *d. quæſt.* 70. *n.* 152. *&* 163. Itaque ſemper inquirendum eſt in cauſam ſcientiæ, unde poſteriores ſcriptores illa, quæ narrant, ſciverint. Hauſerunt enim illa † ex antiquioribus, annalibus, & tunc: 13

Purius ex ipſo fonte bibuntur aqua.

Et tardi ingenii eſt rivulos conſectari, fontes rerum non videre, ait Cicero *lib.* 2. *de orat. Et Leo Imp. in Nov.* 91. Si cum fontem habeas, qua ratione cum puras aquas haurire liceat, lutum tu mavis? Unde Carolus Magnus videns cantiones Eccleſiaſticas corruptas eſſe, quæſivit: quid melius & purius eſſet, an fons vivus, vel rivuli inde decurrentes? Affirmantibus fontem, recurrite ergo, inquit, ad fontem Gregorii, quia manifeſtè corrupiſtis cantiones, *tom.* 2. *ſcriptor. Alemann.* Goldaſt. *fol.* 359. Petrus à Beeck *in Aquisgran. cap.* 5. Eodem modo apud Iuris conſultos conſilia, ſi in † fonte legi & expendi nequeant, floccipenduntur, Andr. Knich. 14
in Encyl. cap. 1. *in pr.* Multo magis ergo hiſtoriæ. Quod ſi ex auditu ſua ſcribant ſcriptores, id teſtimonium † exigui eſt roboris, ut videre eſt ex Farinac. *quæſt.* 15
68. *& ſeq.* Et recte Plaut. *in Trucul. Act.* 2. *Scen.* 6. pluris eſt occulatus teſtis unus, quam auriti decem. Qui audiunt audita referunt, qui vident, plane ſciunt. Meritò ergo homines amplius oculis, quam auribus credunt. Senec. *epiſt.* 6. *§. ult. Inſt. de grad. cognat.* Rittershuſ. *in notis ad Günther. lib.* 4. *in fin.* Quamvis verò in antiquis † teſtimonium de auditu admittant ICti, tamen ad id 12. requiſita po- 16
nit Farinac. *d. quæſt.* 68. *num.* 140. ut admodum ſit difficilis iſta probatio, ſi non planè impoſſibilis. Sed nec fama, † vel communis vox multum momenti habet, 17
ut videre eſt ex Farinac. *quæſt.* 47. *num.* 7. quia eſt res fallax & fragilis, tranſmiſſa

Digitized by Google

ab iis, qui ita deſiderant famam eſſe. Illudit nobis illa, quæ conficere bellum
ſolet, fama, inquit Seneca *epiſt.* 13. Et Plin. Junior *lib.* 4. *epiſt.* fama ſummam re-
rum nunciat, non ordinem. Maximè ſi ab incerto auctore manavit, Frid. Tile-
man. *d. loc verb.* 23. Quòd ſi ex antiquis fabulis, aut legendis ſua mutuati ſint
18 † ſcriptores poſteriores, non poterunt hi plus fidei mereri, quam ipſorum au-
ctores, quia referens ſemper intelligitur, ſecundum terminos & qualitatem re-
lati, Weſenbec. *conſ.* 15. *num.* 52. Et relatum infert non ſubſtantiam ſolum, ſed
omnes etiam qualitates, Pariſ. *conſil.* 2. *num.* 53. *volum* 3. Cravet. *conſil.* 88. *num.* 3.
volum. 1. Ruin. *conſil.* 183. *num.* 1. *volum.* 2. *&c.* Quid ergo, inquis, ſi nulla extent ve-
ſtigia, unde ſua hauſerit Auctor, an protinus abiiciendus? Non, ſed probandi
ſunt ſpiritus, judicio critico, de quo Tileman. *in diſcurſ. philolog.* atque ita demum
19 ipſi fides † habenda, ſi ſit auctor certus, genuinus & fidedignus, qui *οὐ δύνα-
ται δένδρον ἀγαθὸν καρποὺς πονηροὺς ποιεῖν. Matth.* 7. *verſ.* 17. A falſo auctore vera hi-
20 ſtoria exſpectanda non eſt. Si veriſimilia ſcripſerit, quia quod † veriſimile
eſt, ſpeciem veritatis habet *ſupr. cap.* 9. *num.* 5. Et experimentum verorum ſermo-
num eſt, ſi conveniant rebus ſenſatis & veriſimilibus, Borch. *vol.* 1. *conſ.* 3. *quæſt.* 2.
21 ſi circumſtantiæ congruant, † temporis præſertim, quia hiſtorici proprium eſt
temporum ſucceſſus attendere, Plin. *lib.* 1. *epiſt.* 1. Quemadmodum enim in agris
termini & columnæ non ſinunt arva confundi: ſic & tempora non ſinunt con-
fundi res geſtas, ſed dum dirimunt alias ab aliis, & in ordinem congruentem di-
rigunt, multa nos liberant turbatione, ait Chryſoſt. *homil.* 2. *in Eſai.* Sola certè
22 antiquitas † ad fidem faciendam non ſufficit, quia ſæpe eſt pleniſſima errorum
mater, uti eam vocavit Arnob. *lib.* 1. *adverſ. gent.* Eamque maximè ſuſpectam eſſe
23 oſtendit Tilem. *d. loc. fol.* 207. Plerumque autem contingit, ut ſcriptorum †
unus alterius auctoritatem temere & ſine inquiſitione veri, ut veruecem grega-
rium oves, ſequatur, aliisque poſt ſe errandi cauſam præbeat. Quomodo de
primis Philoſophis Juſtinus Martyr. *in dial. cum Triphone* ſcribit: quod poſteriores
ſecuti ſint priores ſecuri examinis. Contra quos tamen pulcrè Seneca *de beata
vita cap.* 1. nihil magis præſtandum eſt, inquit, quam ne pecorum ritu ſequamur
antecedentium gregem, non qua eundum eſt, ſed qua itur. Quòd utinam in hac
materia attenderent noſtri, antiquitatum Rulandinarum nimis creduli admira-
tores. Sunt & aliæ rationes, quæ ſupradictam exceptionem elidunt, quibus
utitur Ubbo Emmius *in apol. contra Suffrid. Petri fol.* 27. atque hoc argumentum
contra Canoniſt. invertit Freher. *in not. ad lib.* 1. *Petri de Andlo* 11. *in prin.* Quarum
24 cum multæ hic concurrant, locus † eſt verſiculo à Dd. approbato, *gl. in l.* 2. *in
fin. ff. de excuſ. tut.* Weſemb. *conſ.* 85. *num.* 46. *vol.* 2. etiam in puncto probationis,
Vincent. de Franch. *deciſ.* 56. *num.* 20.

Et quæ non proſunt ſingula, juncta juvant.

Caput

Digitized by Google

CAPUT. XVIII.

De collocatione Coloſſorum Rulandinorum.

SUMMARIA.

1 *Varietas ſcriptorum circa poſitionem Coloſſorum.*
2 *Maxima pars eam Carolo Magno tribuit.*
3 *Hala Saxoniæ, quando condita?*
4 *Spangenbergij contradictio.*
5 *Lindenbrogij verba citantur.*
6 *Dilichij additamentum.*
7 *Joannis Dauthij ἀνιστορησία.*
8 *Rulandi Northuſani collocatio.*
9 *Rulandi merita, an ſint vera?*
10 *Scriptores de antiquioribus temporibus ſcribentes.*

HIſce expeditis tranſeamus ad Coloſſos Rulandinos urbium quorundam Saxonicarum, viſuri ſi illos quoque Turpini odor infecerit. Nam ſanè magna eſt præſumptio, ſicut de vivo Rulando fabulatum aliquot myriades circumferuntur: ita nec mortuum earum omninò expertem eſſe. Licèt autem ſcriptores Coloſſorum horum antiquitates vulgò ad Carolum Magnum referant,
ut dictum *cap.* 1. circa cauſam † impulſivam tamen, ob quam collocatæ ſint sta- 1
tuæ, variant. D. Wolfgangus Jobſt von Erbawung und Ankunfft † etlicher nam- 2
hafften Städte: Brandenburg hat einen Ruland von Keyſer Carolo auffgerichtet/
ꝛc. Et de Hala: † Hall in Sachſen erſtlich ein Dorff unter dem Stifft Merſeburg 3
von den Saltzborn zu bauen angefangen/ unter Keyſer Ottone II. und im letzten
Jahr Adelberti des Ertzbiſchoffen zu Magdeburg/ an den Ort/ da das Dorff Dobrabora/ oder Dobra ſol gebauet Anno 981. Idem de Hala in Saxonia ad Salis fontes Anno 981. ædificata cent. Magdeb. 10. *cap.* 6. Ergo Rulandus Halenſis à Ca-
rolo collocari non potuit, urbe nondum ædificata. Et tamen † Spangenb. 4
in Chron. Saxon. cap. 74. *de Carolo.* Der dapffere ſtarcke Held Pfaltzgraff Roland/ iſt ihm nahe verwandt/ und ſeiner Schweſter Sohn geweſen/ welchem er zum Gedächtniß hernach in Sachſen ſein Bildniß groß von Stein gehawen/ in die fürnehmſte Städte/ mit Vorgebung gewiſſer Privilegien/ ſetzen laſſen/ wie noch zu Magdeburg/ Northauſen/ Halle/ Halberſtadt/ und andern Orten mehr zu ſehen/ ꝛc. Hartman. Schedel. *in Chron. Norinberg. in deſcript. Magdeb.* Extat in ea imago perpulchra
Rulandi, &c. Erpold. † Lindenbr. *in Chron. Caroli M. fol.* 269. Wie Keyſer Ca- 5
rolus die Sachſen bekriegt hat/ da iſt dieſer Roland ſein oberſter Feldhauptman geweſen. Daher hat er ihm das groſſe Bild/ als zu Bremen/ Magdeburg/ Halberſtadt/ Zerbſt/ Brandenburg/ ſetzen laſſen/ damit er anzeigte/ daß ſolche Städte in des Key-

Digitized by Google

6 ſers Gewalt oder Schutz weren/ ꝛc. Eam ſententiam ſicuti in pauca contrahit †
Guilhelm. Dilich. *in Chron. Bremenſ. fol.* 39. tamen Symbolon aliquod addit, nempe, quod Rolandus in bello contra Saxones geſto Ducum primarius, Vandalicarum & Saxonicarum (quæ nullæ adhuc erant) fautor ſingularis fuerit, &c. Joan.
7 † Dauth. *in hypotyp. contra* Andr. Rnichen *ſect.* 8. allegans auctores aliquot recentiores, memoriæ proditum ſcribit, Daß Rulandus auß Gnaden und Keyſerlichen Befehl/ den Städten Obrigkeit der Gericht gegeben/ derowegen die Statuæ Rulandinæ zum Zeugen der Keyſerlichen Freyheit/ bey der Gerichts-Städt vieler Enden
8 geſetzt worden/ ꝛc. De † Northuſia Dreſſer. *in Iſagog. hiſtor. part* 5. Carolus Magnus Anno 778. ſtatuam Rulandi ſororis ſuæ filii herois ingentis, perpetuæ recordationis cauſa in ea collocavit, & privilegia quædam ſolennia illi tribuit, &c. Adde *ſupra cap.* 1. Duas ergo cauſas præſupponunt illi, ob quas ſtatuæ Rulandi-
9 næ collocatæ ſint. Quarum prima ſunt merita † Rulandi in bello Saxonico & Vandalico, in quo ipſe non ſolum Dux exercituum fuerit, ſed etiam fautor urbium ſingularis. Quod fieri ſine proditionis nota non poterat. Atqui in annalibus Francicis Caroli Magni ejus rei ne ſyllaba quidem reperitur? Neque ullum
10 ex ſcriptoribus ejus, aut ſequentis † ſeculi teſtimonium proferri poteſt? Unde ergo poſt tanti temporis, & quidem ultra ſeptingentorum annorum lapſum id hauſerunt noſtri? Niſi ex fœcundo fabularum fonte, ex quo Turpinus & Romanzi ſua hauſerunt. Magis probabilis eſt conjectura, Rulandum hunc bello Saxonico ne interfuiſſe quidem, ut oſtenſum *cap.* 9. Certè finem belli vivendo non attigit Rulandus. Quomodo ergo abſens, aut mortuus ſtatuam aliumve victoriæ fructum in bello iſto mereri potuit.

Caput XIX.

Argumenta contra antiquitatem Carolinam ſtatuarum Rulandinarum.

Summaria.

1 *Axioma compoſitum.*
2 *Carolus Magnus ſtatuas Saxonum demolitus.*
3 *Irmenſula Saxonica.*
4 *Carolus idolorum cultum abrogat.*
5 *Saxonum pervicacia circa ſuperſtitionem.*
6 *Caroli Magni ſcriptum contra ſtatuas ſanctorum.*
7 *Statuæ quandoq; victoriæ monumenta.*
8 *Item ſervitutis indicia.*
9 *Statuarum demolitio.*
10 *Injuria perpetua gravior.*

11. Laca-

Digitized by Google

11 *Lacedemoniorum actio contra Thebanos.*
12 *Piſanorum conſuetudo.*
13 *Sixti Pontificis odium.*
14 *An Rulandus ſibi ipſi ſtatuam poſuerit?*
15 *Soli Cæſari jus erigendi ſtatuas competit.*
16 *Catonis modeſtia.*
17 *Statuæ nonniſi amicis collocantur.*
18 *Statuarum prohibitio.*
19 *Statuæ ſuperſtitionis indices.*

CÆterùm contra antiquitatem Carolinam ſtatuarum harum ſic colligi pot-
eſt: Aut collocatæ † ſunt, à Carolo Magno, aut à Rulando, aut à Saxo- 1
nibus ipſis. Quartum ſicut nemo dicit, ita neutrum ex his verum eſt. Carolum
† M. enim ſtatuas erexiſſe nullibi legitur, neque veriſimile eſt, cum ipſe toto 2
tricennali bello id egerit, ut veteres Saxonum ſtatuæ funditus deſtruerentur.
Quales erant † Irmenſula Saxonica, & alia Deaſtra Romanorum more Marti, 3
Veneri aliisque planetis conſecrata. De quibus latiſſimè Lindenbr. *in vita Ca-
roli fol. 65. & ſeq.* Henric. Meibom. *in tract. de Irmenſul. Saxon.* Noluit ergo Ca-
rolus veteribus abrogatis † novas ſubſtituere, ne oleum igni adderet, novæque 4
ſuperſtitioni, quam abrogatam cupiebat, cauſam & occaſionem præberet. Quàm
facile enim erat rudem adhuc & vix primis initiis Chriſtianæ religionis imbutam
Saxonum gentem, eundem in lapidem impingere, & pro Rulando Martem vel
Harminium Saxonum propugnatorem adorare, ſi non res ipſa ex oculis homi-
minum penitùs amoveretur, ſed nomen tantum mutaretur? Saxones, † ſicut 5
omnes fere Germanicæ nationes (inquit Eginhard.) natura feroces, & idolorum
cultui dediti, neque divina, neque humana jura polluere arbitrantur inhoneſtum
haberi. Quàm tenaciter vetus illa ſuperſtitio Saxonum animis inhæſerit, con-
ſtat ex hiſtoria Joannis Lezneri, quam recitat Henric. Meibom. *de Irmenſul. cap.* 8.
ubi eos tempore Ludovici Pii pro columna aliqua ex veteri memoria ſuperſtite
cum Cæſarianis digladiatos ſcribit. Et ne dicas, voluiſſe Carolum cultum ido-
lorum è Saxonia exterminarum, non etiam † ſtatuarum in honorem Sanctorum 6
erectionem. Obſtat enim Caroli pietas & relligio, quippe, qui Græcorum Im-
peratorum cauſam contra ſtatuas & imagines Divorum defendit & propugnavit,
eo modo quo Auguſtanæ confeſſionis aſſeclæ eam opinionem probant, ut vide-
re eſt ex ſcripto ſatis prolixo *in Concilio Francofurtenſi Ann. 794. Caroli nomine edito,*
quod extat *inter conſtitut.* Goldaſt. *tom.* 1. Et hoc poſt devictos jam Saxones. Nam
durante bello erigi non potuiſſe ſtatuas haſce, quivis facile intellgiit. Quod ſi
invitis † Saxonibus eas obtruſit Carolus, in memoriam & trophæum victoria- 7
rum, rerumque à ſe ac Rulando in Saxonia geſtarum ſicuti Duces. & Proconſſ.
Rom. indevictis provinciis hujusmodi trophæa & columnas quandoque erexe-

 runt,

Digitized by Google

runt, Freher. *lib.* 1. *de orig. Palat.* 4. tum non libertatis, ſed ſervitutis auctoramenta
8 † non liberæ, ſed oppreſſæ Saxoniæ indicia fuiſſent. Quomodo Ferdinandus
Alvares Dux Albanus Antverpiæ in caſtello æneum ſimulacrum ſibi erexit, cum
ſuperba inſcriptione, de qua Meteran. *lib.* 5. *in fin. Chron. Belgic.* Neque dubitan-
9 dum, quin Saxones arridente † occaſione & repetita toties rebellione impe-
tum in eas feciſſent, neque tamen religiosè tot annos conſervaſſent. Quo ma-
10 gis enim in † oculos omnium incurrit & ad poſteritatem transmittitur: eò gra-
vior & odioſior eſt injuria columnarum infamiæ cauſa erectarum, arg. *l.* §. 10. *ff.*
de injur. Græci *στηλίτας* dicebant, qui ob crimen cippo infamiæ cauſa inſcribeban-
11 tur apud Demoſth. Pupugit id adeo † Lacedæmonios, ut ob æneum trophæum,
quaſi æternum inimicitiarum monumentum erectum, Thebanos in Concilio
Amphictyonum accuſarent. Cicer. 2. *de invent.* Siculi verò, quas Verri prætori
vi & metu coacti ſtatuas poſuerant, eo recedente, viciſſim dejecerunt. Cicer. 4.
12 *Verrin.* Ita Piſani † cum in eorum libertatem Carolus IX. Francorum Rex con-
ſenſiſſet, ſtatim facto concurſu prægrandem Leonem columnæ marmoreæ impo-
ſitum, quod eſt inſigne Reipubl. Florentinæ demoliti, Regis effigiem in eam co-
lumnam collocarunt. Cominæ. *lib.* 1. *de bello Neapol.* Iidem Liliorum aureorum
inſigne, quod in honorem Caroli VIII. medio in ponte collocarant, ad adventum
Maximiliani I. Cæſaris deſtruxerunt, ac in flumen Arnum præcipitarunt, Jovius
lib. 4. *hiſt.* quem itidem vide *lib.* 25. *hiſtor.* de Leonis X. & Clementis VII. Pontifi-
cum Rom. ſtatuis Florentiæ deturbatis. Nam nec horum auctoritatem plebem
in officio continere, quin non ipſorum quoq; ſtatuæ eandem calamitatem etiam
13 in urbe Roma experiantur, conſtat ex Sixti V. † exemplo, quo mortuo, tantus
Romæ concurſus, ad evertendam ſtatuam ipſi vivo in Capitolio erectam, factus
eſt, odio plebis, ob intolerabiles exactiones, ut decretum fieret, ſi quis de po-
nenda vivo Pontifici ſtatua mentionem faceret, in perpetuum infamis & publi-
corum munerum expers eſſet. Thuan. *lib.* 100. *hiſtor.* Ita nimirum, juxta præſa-
gium Juvenal. *ſat.* 10.

——deſcendunt ſtatuæ, reſtemq; ſequuntur,
Jam ſtridunt ignes, jam follibus atq; caminis
Ardet adoratum populo caput, &c.

14 Multò minus poſſibile, aut veriſimile eſt † Rulandum ipſum ſibi ſtatuas
iſtas collocaſſe, eò quod non ſolum arrogantiæ notam, ſed etiam perduellionis
15 ſuſpicionem incurrere potuiſſet, cum ſciamus id jus nemini, niſi † Cæſari, &
qui ſuperiorem non habet competere. *l.* 1. *& ult. C. de ſtat. & imag.* Clapmar. *lib.* 4.
16 *arcan. Rerumpubl.* 6. Et notum eſt, quid de ſtatuarum † poſitione ſenſerit Cato
Cenſorinus, cujus modeſtiam laudat Ammian. Marcel. *lib.* 4. *hiſt.* Ipſos autem
Saxones in honorem Rulandi coloſſos iſtos erexiſſe, quod ſine ulla ratione, aut
17 auctoritate ſcripſit Brotuff. quis ſibi perſuaderi pateretur, † cum ſit moris, ut
amicis & benemeritis collocentur ſtatuæ, non inimicis, aut hoſtibus. Quod ita
non

Digitized by Google

non ſolum apud Græcos, ſed & apud Romanos alioſque ſemper obſervatum le-
gimus, de quibus Plin. *lib.* 34. *natur. hiſtor.* Polyd. Virgil. *lib.* 2. *de rer. invent.* 24. P.
Gregor. Tholoſ. *libr.* 12. *de Republic.* 13 *& ſeq.* ut legibus & pœnis furor † plebis 18
coërcendus eſſet, Menoch. *lib.* 2. *arbitr. judic. quæſt.* 281. Exempla ſunt apud Mar-
cellin. *lib.* 19. Plin. *lib.* 11. *epiſt.* 7. Unde Cicero *Verrin.* 4. ita concludit: Si honoris
cauſa ſtatuam dederunt, inimici non ſunt. Rulandum autem, vel hoſtem Saxonum
fuiſſe oportet, vel proditorem Cæſaris ſui, cui militavit, ſi aliter animatus fuit.
Præſertim cum flagrante bello Saxonico alibi perierit Rulandus, qui fructum ejus
belli capere nullum potuit, priusquam fineretur. Niſi forte urſi pellem vendi-
tam dicas, urſo nondum capto, contra apologum Maximilian. Imp. apud Comin.
lib. 5. *Annal.* Quod ſi pietatis cauſa Rulando diu poſt mortem ipſius ſtatuas has
collocaſſent Saxones, perinde ut Harminio aliisque factum, tum eas ſuperſtitio-
nis † ac idololatriæ veteris, non libertatis indices eſſe oporteret. Cujusmodi 19
neque Carolus M. neque Saxonici Imperatores, neque Epiſcopi religioſi tamdiu
perennare paſſi fuiſſent. Cum ergo neque à Carolo M. neque à Rulando, ne-
que à Saxonibus ipſis in honorem Rulandi collocati ſint Coloſſi iſti: ſequitur
eos falſo antiquitatis Carolinæ titulo laudari.

CAPUT XX.

De Argumento ab Etymologia.

SUMMARIA.

1 *Argumentum ab Etymologia frequens.*
2 *Maximè in originibus populorum inveſtigandis.*
3 *Joannis Goropÿ præſumptio.*
4 *Argumentum ab Etymologia eſt fallax & ambiguum.*
5 *Item affirmativè non valet.*
6 *A ſigno ad rem ſignatam.*
7 *Ex ficto nomine nihil concluditur.*
8 *Ab alluſione nominis nihil ſequitur.*
9 *Monachi Anonymi vanitas.*
10 *Rulandi etymon.*
11 *Caroli Magni etymon.*
12 *Statuæ plerumq; defunctis collocantur.*
13 *Nominum impoſitio fortuita.*
14 *Salutaris Rulandi Etymologia.*

AT inquis, notationem nominis Rulandi evincere, ut à Rulandi ævo ejusve
occaſione ſtatuas haſce profectas credamus. Bonum eſt autem argumen-
tum † à nomine, ſive etymologia, quia dat verbis proprium ſignificatum. Eber- 1
hard.

12 fabula de venerandi corporis † S. Jacobi inventione, à Carolo Magno per vi-
ſionem facta, quam Vincentius Beluacenſ. Antonin. Florent. Nicolaus Gilles, &
alii enumerati ab auctore Hierarchiæ cœleſtis *lib.* 4. *cap.* 9. pro vera hiſtoria re-
ceperunt, cum ſit falſiſſima, demonſtrante id Cardin. Baronio, quem *ſupra* addu-
13 ximus. *cap.* 11. *num.* 4. Idem de viſitatione & † dedicatione templi Compo-
ſtellani ſtatuendum, de qua Franciſcus Tarapha *de rebus geſtis Regum Hiſpaniæ in Al-
phonſo* 2. *ad annum* 796. ſcribit, quòd circa hæc tempora Turpinus & alii antiſti-
tes juſſu Caroli ædem D. Jacobi ſacræ Compoſtellæ Galliciæ dedicarint. Bu-
cholz. *ad an.* 805. dedicavit Baſilicam S. Jacobi. Joan. Tilius *ad ann.* 800. Turpi-
nus Remorum Pontifex Romæ die natali Chriſti à Leone Papa diadema impo-
ſitum accepit. Sic enim loquuntur Monachi, ſicut Epiſcopum coronare pro
conſecrare dixit Paulus Langius *ad an.* 1464. Nimirum, quia à Pſeudo-Turpino
decepti ejus nugas ſequuntur. Quod argumentum de inventione & miraculis
14 D. Jacobi cum poſtea † Calixtus II. Papa ſingulari libro pertractaſſet, ac Eccle-
ſiam Compoſtellanam in Archiepiſcopatum ſublimaſſet: is ſimul Turpini librum
15 † canonizavit, quippe, cujus fidem, ipſe quoque Calixtus ſecutus fuerat. Ita
legitur *in Magno Chronico fol.* 150. Anno quarto Calixti Papæ (qui eſt Chriſti
1122.) idem Calixtus Papa fecit libellum de miraculis S. Jacobi, & ſtatuit hiſto-
riam S. Caroli deſcriptam à B. Turpino Archiepiſcopo Remenſi eſſe authenticam.
Hæc ex Chronicis, &c. Eadem fere repetit Wernerus Rolevvinck *in faſciculo temp.
ætat.* 6. Balæus *lib.* 5. *de Rom. Pontif. actis.* Quanto rectius de hoc præclaro opere Jo-
16 annes † Pineda *ad ann. Chriſti* 835. *num* 61. ſcribit: nullam eſſe differentiam in-
ter ea, quæ de Rotolando & Carolo M. exponunt Turpinus Archiepiſcopus &
S. Antonius, & hos, qui ſcribunt libros militum errantium, ſive vagabundorum
(Romanzos denotans) præſertim, quæ narrantur de via S. Jacobi & ſomnio &
itinere Caroli, aniles fabulas eſſe, quas ideo etiam graves Auctores rerum nul-
latenus attingant, &c. Quo facilius nobis ignoſcet Papalis ſanctitas, cum etiam
17 contra † Doctorem canonizatum ſentire liceat, docente Eberh. à Middel. *in
topic. legal. in loc.* 95. *num.* 17.

Caput XVI.

De ſcriptoribus Romanzis.

Summaria.

1 *Hiſtorici fabuloſi.*
2 *Gratia nugarum mater.*
3 *Romanzi ſcriptores Italici.*
4 *Intentio poëtarum Italicorum.*
5 *Rythmi veteres quatenus fidem mereantur?*
6 *Cantilena Germanorum.*

7. Poëta-

7 *Poëtarum auctoritas.*
8 *Libri Amadiſi Gallici.*
9 *Quare fabulæ magis, quàm hiſtoria delectent?*
10 *Fabula ab hiſtoriis ſeparanda.*
11 *Lucilij verſus.*
12 *Ludovicus Arioſtus Italus.*
13 *Sclopetorum uſus quando inventus?*
14 *Rulandi hiſtoria à Romanzis depravata.*
15 *Bernhardi Girardi teſtimonium.*
16 *Item Jani Serreſii.*
17 *Item Augerij Busbequij.*
18 *Chalcondeles Græcus ſcriptor deceptus.*
19 *Gloria quandoq; indignos ſequitur.*

TUrpini nugas exceperunt & auxerunt, non ſolum hiſtorici fabuloſi † illi, 1
qui nugas hiſtoriarum nomine venditant: Quo nomine Græci † olim 2
malè audierunt, uſque adeo, ut Græcia nugarum mater diceretur. Quibus
Gallicos ſcriptores accenſet Cranz. *libr.* 1. *Saxon.* 16. *& ſeq.* Sed etiam Poëtæ
Italici, quos † Romanzos vulgò dicunt. Qui cum conſtituiſſent novas & in- 3
auditas † fabulas ſub quadam veri ſpecie ad voluptatem & delectationem legen- 4
tium proferre, plures heroas finxerunt, eorumque fortia facta Poëtarum more
exaggerantes, eos ex regio Caroli Magni aliorumque principum genere dedu-
cere glorioſum duxerunt. Et ſane rythmos & cantilenas † veterum Germano- 5
rum apud litterarum ſecreta ignorantes annalium uſum præſtitiſſe tradidit Tacit.
de Morib. German. ubi vide Altham. Quia his includebant † res à ſuis geſtas, 6
easque in conviviis cum voluptate decantabant, ut de Gothis atteſtantur Jornan-
des & Urſperg. Quibus delectatus Carolus Magnus, undique eas conquiri juſſit,
Reinecc. *de dignit. hiſtor. fol.* 52. Heig. *p.* 1. *quæſt. Saxon.* 7. *num.* 61. Quæ conſuetu-
do ne hodie quidem apud nos defecit. Quales ſunt cantilenæ de Theodorico
Veronenſi Gothorum Rege (vulgò Dietrich von Berne) quæ etiamnum in Ger-
mania per ruſticos & mechanicos decantantur, teſte Theod. à Niem *lib.* 3. *de ſchi-
ſmat.* 8. *in fin.* licet Goldaſt. *in præfat. tot.* 3. *conſtit.* illum à Ravenna ita dictum cen-
ſeat. Verum cum his eodem loco habendæ non ſunt Romanzorum ingenioſæ
fabulæ, † quas illi ad æmulationem Germanicorum Heroum poëtico ſpiritu 7
effinxerunt, ipſisque nonunquam vera nomina præpoſuerunt. Ex quibus quæ-
dam in noſtrum ſermonem translatæ ab imperito vulgo pro veris hiſtoriis ſuſpi-
ciuntur, veluti von Ritter Ponto / von Hertzog Ernſt / von der ſchönen Sidonia / 2c.
Quæ rectè Camer. *lib.* 1. *medit. hiſt.* 82. ex vaniſſimis figmentis decantari ait. Et
eſt his ſimilis in Gallia Amadæus † (vulgò libros Amadiſi vocant) ingenioſi 8
nugatoris proles, peſtilens liber ſi unquam fuit, & natus blande inficere, aut in-

 inter-

interficere juventutem, ait veriſſimè Lipſius *in notis ad lib. 1. in fin.* Quo magis mirum, illius lectionem etiam puellis, præſertim nobilioribus commendari, quaſi ſcilicet ad elegantiam morum & ſermonis conducat. Rectius Frider. Tileman. *in*
9 *diſcurſ. philolog. fol.* 355. inquirit, cur aliqui † ſuæ felicitatis inſanum prodigi hiſtorias negligant, & fabulas Amadiſi, Meluſinæ, Ponti, & quas Arioſtus de Meliſſa & alii confinxerunt, tantopere exoſculentur, ut cauſam Scaliger *lib. 4. epidorp.* rectè quærat, & tantam vanitatem deploret non immerito:

Quidnam eſſe putem, quid memorem fuiſſe cauſæ,
Ut fabula nos plus moveat ſeveritate? &c.

Simile eſt problema Ariſtot. *ſect.* 18. *quæſt.* 3. Cur homines exemplis & fabulis potius gaudeant, quam veris ratioinbus. Et Franciſc. Petrarch. *de triumpho amoris cap.* 3. Ecce illos, inquit, qui chartas implent ſomniis, Lancellottum & Triſtranum & reliquos errantem & ſuſpenſum eſſe, &c. Ubi vide eleganter Sanſovin.
10 *in expoſit.* Nimirum hæc judicii imbecillitas eſt in illis, qui quasvis † nugas & aniles ineptias, quas Græci λῆρος vocant, quales videbantur diſcipulis veræ mulierum narrationes *Lucæ* 24. *v.* 11. ubi vernaculus textus Mährlein habet: à veris hiſtoriis, paleam à tritico diſcernere nequeunt. De quo hominum genere
11 pulchrè Lucilius † vetus Poëta, prout id ad idolorum cultores accommodat Lactant. *lib.* 1. *cap.* 22.

Ut pueri infantes credunt ſigna omnia ahena
Vivere & eſſe homines: ſic atq; iſti omnia ficta.
Vera putant, credunt ſignis cor ineſſe ahenis,
Pergula pictorum veri nihil, omnia ficta.

12 Inter Romanzos iſtos primas partes obtinet † Ludovicus Arioſtus Italus, quem diximus. Ex quo hiſtoriam de Orlando furioſo recitat Vaſq. *in præfat. illuſtr. controv. num.* 62. Ab eoque deceptus Chalcondeles *lib. 2. de reb. Turc.* Orlandi ſive Rulandi fabulam pro hiſtoria recitat. Citat Marquard. Freher. *libr. 1. de orig. Palat.* 1. Item aliam Cornel. Kempius *libr. 2. de orig. Friſio.* de Rolando
13 Comite Flandriæ ſclopetum in abyſſum maris demergente, cum † ejus uſus illo tempore nondum inventus fuerit, Camer. *libr. 1. medit. hiſtor.* 28. Cujusmo-
14 di à ſcriptoribus Rulandi adeoque ipſius Caroli Magni hiſtoriam † corru-
15 ptam eſſe, graviſſimi auctores Gallici teſtantur. Veluti Bernhard de † Girard Signeur de Halland *ad ann.* 780. *pag.* 48. cujus verba aſcribemus: Pour revenir à Charles, il alla en Eſpaigne, la ou il defit les Sarracins, & la maurat le bon chevalier Rolland, ſon nepueu, aux faicts du quel la poſterité a adiouſté tant de fables. Hoc eſt, Ut ad Carolum redeamus, is in Hiſpaniam profectus eſt, ubi Sarracenos devicit, ibique diem ſuum obiit egregius eques Rollandus ejus ne-
16 pos, cujus factis poſteritas tot fabulas addidit. Conſentit Ian de † Serres *in ſuo Inventario generali rerum Gallicarum ad ann.* 786. ubi exercitum Caroli Magni in Hiſpaniam contra Sarracenos proficiſcentem deſcribens, & inter alios Rolan-

dum

Digitized by Google

dum Milonis filium quoque nominans ita concludit: Jan ſinguliare vaillance des quels a eſté fabuleuſe, ment recontea par une miliaſſe de ridiculs Romans, indignes de la valeur de ces heroiques ames, mais preuues de l'ignorance de ce ſicle la ſterile en docts eſprits. Hoc eſt: Quorum egregia facinora expoſita ſunt à ſcriptoribus tenebricoſi illius ævi à mille ridiculis Romanzis, indignis virtute heroicarum harum animatum, prodentibus ignorantiam illius ſeculi præclarorum ingeniorum ſterilis. Hæc illi. In quibus mireris, quod cum hiſtoriam Rulandi multis fabulis inquinatam agnoſcant, ipſi tamen ſcoriam ab auro diſpellere neglexerint. Quo factum eſt, ut Rolandi hujus fama longè lateque diſperſa ſit, etiam ad ipſos Turcos. De quibus Auger. Busbeq. † legatus Cæſa- 17
ris in aula Turcica, commendatus à Thuan. *lib. hiſtor.* De Rolando (inquit *in epiſt. 3.*) multa narrant prodigioſa, & plura, quam noſtri talium fabularum Architecti, procul dubio Romanzos denotans. Et † Chalcond. *d. loc.* Cujus viri 18
gloria per Italiam Iberiam & Galliam quoque magnopere ad hoc uſque tempus celebratur & publicè decantatur. Nimirum eſt hoc, quod Juſtus Lipſius verè dixit: Quidam † merentur famam, quidam habent. 20

Caput XVII.

De argumento ab auctoritate negativo.

Summaria.

1 *Regula Accurſii ab Hiſtoricis recepta.*
2 *Argumentum ab auctoritate negativum non valet.*
3 *Non omnia facta annotantur.*
4 *Exceptio contra argumentum negativum frequens.*
5 *Teſtibus affirmantibus plus creditur.*
6 *Exceptio illa quando obtineat.*
7 *Quod uni Auctori deeſt, ex alio ſupplendum.*
8 *Hiſtoriæ proprietas.*
9 *Annalium proprietas.*
10 *Nemo de rebus ſeipſo antiquioribus teſtari poteſt.*
11 *Referens ſine relato non probat.*
12 *Teſtis cauſam ſcientiæ reddere tenetur.*
13 *Fontes hiſtoriarum inſpiciendi.*
14 *Conſilia in fonte legenda.*
15 *Teſtimonium de auditu infirmum.*
16 *Quando valeat.*
17 *Fama eſt incerta & fallax.*
18 *Referens ſecundum relatum intelligitur.*

19 *Au-*

19 *Auctori non creditur niſi fide digno.*
20 *In veriſimilia non attenduntur.*
21 *Temporis obſervatio Hiſtorico neceſſaria.*
22 *Antiquitati quatenus credendum.*
23 *Hiſtorici aliorum auctoritate ſæpe decipiuntur.*
24 *Plures rationes conjunctæ fortius ſtringunt.*

1 Erunt fortaſſe, qui verſic. † Accurſ. *in l. neq; natales.* 10. *in verb. ſicm nihil,* & ibi
Cyn. Bald. Salicet. & Dd. C. *de teſtib.* Ead. *gl. in l. non hoc.* 4. C. *unde legit.* Socin. Iun.
conſ. 189. *num.* 102. *vol.* 2. Hartm. Hart. *lib.* 2. *pract. obſ.* 3. *in fin.*

Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe,

hic oppoſituri ſint, quippe, quem, etiam in foro hiſtorico receptum teſtatur Fri-
2 der. Tilem. *in diſcurſ. philolog fol.* 20. Non enim valet argumentum † ab aucto-
ritate negativum hoc modo: ille Hiſtoricus hoc non habet: Ergo id verum non
eſt. Philipp. Melanchth. *lib.* 4. *dialect.* Eberh. *in top. legal. in loc.* 95. *num* 17. Quia
3 multa fiunt, † quæ tamen in litteris non referuntur, ſive ut ait Cranz. *lib.* 3. *Saxon*
25. multa ſcripta non ſunt, quæ facta ſunt. Maxime apud Germanos, quibus uſu
venit, quod de Romanis Saluſt. *in conjur. Catilin. in pr.* teſtatur: optimus quisque
facere, quam dicere, ſua ab aliis benefacta laudari, quam ipſe aliorum narrare
malebat. Eoque pertinet querela Horat. *lib.* 4. *carm.* 9.

Vixere fortes ante Agamemnona.
Multi, ſed omnes illacrimabiles
Urgentur ignotiq; longa
Nocte, carent quia vate ſacro.

Item illa ICtorum doctrina, quod teſtium duorum affirmatio plus roboris ha-
4 beat † ad probandum, quam mille negantium ignorantia *gl. in l. diem proferre,* 27.
§. ſi plures, 3. *ff. de recept. qui arb.* Decius *in l.* 39. *num.* 10. *ff. de reg. jur.* Farinac. *de teſtib.*
5 *quæſt.* 65. *num.* 200. Mynſ. 4. *obſ.* 38. Atque ita hoc argumento † utitur Bellarm.
lib. 2. *de Pontif. Rom. cap.* 8. *in* 1. *reſponſ.* Et Canoniſt. *paſſ. in probanda donatione Conſtantini
in c. Conſtantinus diſt.* 96. Eoque nixus Laurentium Vallam, Dantem Alige-
rium & Ulricum Huttenum riſu excipit D. Martha Neapol. *libr.* 1. *de juris
6 dict.* 30. *num.* 4. *& ſeq.* Reſpondetur autem, exceptionem † hanc contra ar-
gumentum negatiuum in hiſtoria obtinere inter ejusdem ſeculi ſcriptores æque
7 fidedignos. Tunc enimquod uni deeſt. † ex altero ſuppleri poteſt, perinde
ut teſtium defectus aliorum conteſtium fide & dicto ſuppletur, *gl. in l.* 3 *§.* 1.
verb. nummerus. ff. de teſtib. Anton. Gabr. *tit.* 1. *de teſtib. concl.* 6. *num.* 1. 10. *&* 11. Quo-
modo Evangeliſtas in deſcriptione hiſtoriæ Evangelicæ verſatos videmus,
8 hiſtoriæ enim proprium † eſt deſcribi ab illo, qui rebus geſtis, vel ipſe in-
terfuit, vel ea, quæ ſcribenda ſunt vidit, juxta Iſidor. *lib.* 1. *orig.* 40. Gell. *lib.* 5.
9 *noct. Attic.* 18. At ſi poſteriores Hiſtorici de rebus antiquis † & à ſua ætate ho-
minum

Digitized by Google

minumq; memoria remotis ſcribant, quod annalium proprium eſſe docet idem Iſidor. *lib.* 1. *c. ult.* iſti ſane defectum antiquorum ſupplere non poſſunt, ſine adminiculis, arg. *l.* 28. *ff. de probat.* Eſt enim certiſſ. principum Laurentii Vallæ *in declamat. de donat. Conſtant.* eum, † qui de ſuperiori ætate hiſtoriam texit, aut Spiritu ſancto addictante loqui, aut veterum ſcriptorum, & eorum quidem, qui de ſua ætate ſcripſerunt, auctoritatem ſequi: Hanc qui non ſequatur, eum de illorum numero eſſe, quibus ipſa vetuſtas præbeat audaciam mantiendi, &c. Itaque bene Adam. Bremenſ. *in hiſt. Eccleſ. cap.* 49. ſufficit hoc ſcire, inquit, ne ſi plura dicamus, mentiri velle videamur. Melius eſt enim, ut ait B. Hieron. vera dicere ruſticè (addo & parcè) quam falſa diſertè proferre, &c. Hinc eſt, quod referens † ſine relato nihil probat, & quod relationis nulla ratio habetur, ſi in relato non continetur, Mandel. de Alba *conſ.* 300. *num.* 18. Et relatum ad id, quod non apparet, vel invalidum eſt, nullius momenti habetur, *gl. pen. in c. ſi Romani, diſt.* 19. Gründlicher Bericht/ von der Statt Friedberg Freyheit: *part.* 1. *punct.* 1. *num.* 251. *& ſeqq.* Quod teſti non creditur, niſi † cauſam ſcientiæ ſuæ reddere poſſit, Farin. *lib.* 3. *de teſtib. quæ.* 70. uſque adeo, ut ſine ratione deponens dicatur deponere ſicut pecus, Bald. *in l. edita,* 3. *C. de edend.* Non enim poteſt dicere, ſcio, quia fui præſens, ſed neceſſe habet dicere, ſcio, quia ſic reperi in meo memoriali, vel quod idem eſt, in probatis Chronicis Fatin. *d. quæſt.* 70. *n.* 152. *&* 163. Itaque ſemper inquirendum eſt in cauſam ſcientiæ, unde poſteriores ſcriptores illa, quæ narrant, ſciverint. Hauſerunt enim illa † ex antiquioribus, annalibus, & tunc:

10 11 12 13

Purius ex ipſo fonte bibuntur aquæ.

Et tardi ingenii eſt rivulos conſectari, fontes rerum non videre, ait Cicero *lib.* 2. *de orat.* Et Leo Imp. *in Nov.* 91. Si cum fontem habeas, qua ratione cum puras aquas haurire liceat, lutum tu mavis? Unde Carolus Magnus videns cantiones Eccleſiaſticas corruptas eſſe, quæſivit: quid melius & purius eſſet, an fons vivus, vel rivuli inde decurrentes? Affirmantibus fontem, recurrite ergo, inquit, ad fontem Gregorii, quia manifeſtè corrupiſtis cantiones, *tom.* 2. *ſcriptor. Alemann.* Goldaſt. *fol.* 359. Petrus à Beeck *in Aquiſgran. cap.* 5. Eodem modo apud Iuris conſultos conſilia, ſi in † fonte legi & expendi nequeant, floccipenduntur, Andr. Knich. 14 *in Encyl. cap.* 1. *in pr.* Multo magis ergo hiſtoriæ. Quod ſi ex auditu ſua ſcribant ſcriptores, id teſtimonium † exigui eſt roboris, ut videre eſt ex Farinac. *quæſt.* 15 68. *& ſeq.* Et recte Plaut. *in Trucul. Act.* 2. *Scen.* 6. pluris eſt occulatus teſtis unus, quam auriti decem. Qui audiunt audita referunt, qui vident, plane ſciunt. Meritò ergo homines amplius oculis, quam auribus credunt. Senec. *epiſt.* 6. §. *ult. Inſt. de grad. cognat.* Rittershuſ. *in notis ad Günther. lib.* 4. *in fin.* Quamvis verò in antiquis † teſtimonium de auditu admittant ICti, tamen ad id 12. requiſita po- 16 nit Farinac. *d quæſt.* 68. *num.* 140. ut admodum ſit difficilis iſta probatio, ſi non planè impoſſibilis. Sed nec fama, † vel communis vox multum momenti habet, 17 ut videre eſt ex Farinac. *quæſt.* 47. *num.* 7. quia eſt res fallax & fragilis, tranſmiſſa

ab iis, qui ita deſiderant famam eſſe. Illudit nobis illa, quæ conficere bellum
ſolet, fama, inquit Seneca *epiſt.* 13. Et Plin. Junior *lib.* 4. *epiſt.* fama ſummam re-
rum nunciat, non ordinem. Maximè ſi ab incerto auctore manavit, Frid. Tile-
man. *d. loc verb.* 23. Quòd ſi ex antiquis fabulis, aut legendis ſua mutuati ſint
18 † ſcriptores poſteriores, non poterunt hi plus fidei mereri, quam ipſorum au-
ctores, quia referens ſemper intelligitur, ſecundum terminos & qualitatem re-
lati, Weſenbec. *conſ.* 15. *num.* 52. Et relatum infert non ſubſtantiam ſolum, ſed
omnes etiam qualitates, Pariſ. *conſil.* 2. *num.* 53. *volum* 3. Cravet. *conſil.* 88. *num.* 3.
volum. 1. Ruin. *conſil.* 183. *num.* 1. *volum.* 2. *&c.* Quid ergo, inquis, ſi nulla extent ve-
ſtigia, unde ſua hauſerit Auctor, an protinus abiiciendus? Non, ſed probandi
ſunt ſpiritus, judicio critico, de quo Tileman. *in diſcurſ. philolog.* atque ita demum
19 ipſi fides † habenda, ſi ſit auctor certus, genuinus & fidedignus, qui *οὐ δύνα-
ται δένδρον ἀγαθὸν καρποὺς πονηροὺς ποιεῖν. Matth.* 7. *verſ.* 17. A falſo auctore vera hi-
20 ſtoria exſpectanda non eſt. Si veriſimilia ſcripſerit, quia quod † veriſimile
eſt, ſpeciem veritatis habet *ſupr. cap.* 9. *num.* 5. Et experimentum verorum ſermo-
num eſt, ſi conveniant rebus ſenſatis & veriſimilibus, Borch. *vol.* 1. *conſ.* 3. *quæſt.* 2.
21 ſi circumſtantiæ congruant, † temporis præſertim, quia hiſtorici proprium eſt
temporum ſucceſſus attendere, Plin. *lib.* 1. *epiſt.* 1. Quemadmodum enim in agris
termini & columnæ non ſinunt arva confundi: ſic & tempora non ſinunt con-
fundi res geſtas, ſed dum dirimunt alias ab aliis, & in ordinem congruentem di-
rigunt, multa nos liberant turbatione, ait Chryſoſt. *homil.* 2. *in Eſai.* Sola certè
22 antiquitas † ad fidem faciendam non ſufficit, quia ſæpe eſt pleniſſima errorum
mater, uti eam vocavit Arnob. *lib.* 1. *adverſ. gent.* Eamque maximè ſuſpectam eſſe
23 oſtendit Tilem. *d. loc. fol.* 207. Plerumque autem contingit, ut ſcriptorum †
unus alterius auctoritatem temere & ſine inquiſitione veri, ut veruecem grega-
rium oves, ſequatur, aliisque poſt ſe errandi cauſam præbeat. Quomodo de
primis Philoſophis Juſtinus Martyr. *in dial. cum Triphone* ſcribit: quod poſteriores
ſecuti ſint priores ſecuri examinis. Contra quos tamen pulcrè Seneca *de beata
vita cap.* 1. nihil magis præſtandum eſt, inquit, quam ne pecorum ritu ſequamur
antecedentium gregem, non qua eundum eſt, ſed qua itur. Quòd utinam in hac
materia attenderent noſtri, antiquitatum Rulandinarum nimis creduli admira-
tores. Sunt & aliæ rationes, quæ ſupradictam exceptionem elidunt, quibus
utitur Ubbo Emmius *in apol. contra Suffrid. Petri fol.* 27. atque hoc argumentum
contra Canoniſt. invertit Freher. *in not. ad lib.* 1. *Petri de Andlo* 11. *in prin.* Quarum
24 cum multæ hic concurrant, locus † eſt verſiculo à Dd. approbato, *gl. in l.* 2. *in
fin. ff. de excuſ. tut.* Weſemb. *conſ.* 85. *num.* 46. *vol.* 2. etiam in puncto probationis,
Vincent. de Franch. *deciſ.* 56. *num.* 20.

Et quæ non proſunt ſingula, juncta juvant.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT. XVIII.

De collocatione Coloſſorum Rulandinorum.

SUMMARIA.

1 *Varietas ſcriptorum circa poſitionem Coloſſorum.*
2 *Maxima pars eam Carolo Magno tribuit.*
3 *Hala Saxoniæ, quando condita?*
4 *Spangenbergij contradictio.*
5 *Lindenbrogij verba citantur.*
6 *Dilichij additamentum.*
7 *Joannis Dauthij ἀντιφρησία.*
8 *Rulandi Northuſam collocatio.*
9 *Rulandi merita, an ſint vera?*
10 *Scriptores de antiquioribus temporibus ſcribentes.*

HIſce expeditis tranſeamus ad Coloſſos Rulandinos urbium quorundam Saxonicarum, viſuri ſi illos quoque Turpini odor infecerit. Nam ſanè magna eſt præſumptio, ſicut de vivo Rulando fabularum aliquot myriades circumferuntur: ita nec mortuum earum omninò expertem eſſe. Licèt autem ſcriptores Coloſſorum horum antiquitates vulgò ad Carolum Magnum referant, ut dictum *cap.* 1. circa cauſam † impulſivam tamen, ob quam collocatæ ſint ſta- 1
tuæ, variant. D. Wolfgangus Jobſt von Erbawung und Ankunfft † etlicher nam- 2
hafften Städte: Brandenburg hat einen Ruland von Keyſer Carolo auffgerichtet/
rc. Et de Hala: † Hall in Sachſen erſtlich ein Dorff unter dem Stifft Merſeburg 3
von den Saltzborn zu bauen angefangen/ unter Keyſer Ottone II. und im letzten Jahr Adelberti des Ertzbiſchoffen zu Magdeburg/ an den Ort/ da das Dorff Dobrabora/ oder Dobra ſol gebauet Anno 981. Idem de Hala in Saxonia ad Salis fontes Anno 981. ædificata cent. Magdeb. 10. *cap.*6. Ergo Rulandus Halenſis à Carolo collocari non potuit, urbe nondum ædificata. Et tamen † Spangenb. 4
in Chron. Saxon. cap. 74. *de Carolo.* Der dapffere ſtarcke Held Pfaltzgraff Roland/ iſt ihm nahe verwandt/ und ſeiner Schweſter Sohn geweſen/ welchem er zum Gedächtniß hernach in Sachſen ſein Bildniß groß von Stein gehawen/ in die fürnehmſte Städte/ mit Vorgebung gewiſſer Privilegien/ ſetzen laſſen/ wie noch zu Magdeburg/Northauſen/Halle/ Halberſtadt/ und andern Orten mehr zu ſehen/ rc. Hartman. Schedel. *in Chron. Norinberg. in deſcript. Magdeb.* Extat in ea imago perpulchra Rulandi, &c. Erpold. † Lindenbr. *in Chron. Caroli M. fol.* 269. Wie Keyſer Ca- 5
rolus die Sachſen bekriegt hat/ da iſt dieſer Roland ſein oberſter Feldhauptman geweſen. Daher hat er ihm das groſſe Bild/ als zu Bremen/ Magdeburg/ Halberſtadt/ Zerbſt/ Brandenburg/ ſetzen laſſen/ damit er anzeigte/ daß ſolche Städte in des Key-

6 ſers Gewalt oder Schutz weren/ ꝛc. Eam ſententiam ſicuti in pauca contrahit † Guilhelm. Dilich. *in Chron. Bremenſ. fol.* 39. tamen Symbolon aliquod addit, nempe, quod Rolandus in bello contra Saxones geſto Ducum primarius, Vandalicarum & Saxonicarum (quæ nullæ adhuc erant) fautor ſingularis fuerit, &c. Joan.
7 † Dauth. *in hypotyp. contra* Andr. Rnichen *ſect.* 8. allegans auctores aliquot recentiores, memoriæ proditum ſcribit, Daß Rulandus auß Gnaden und Keyſerlichen Befehl/ den Stådten Obrigkeit der Gericht gegeben/ derowegen die Statuæ Rulandinæ zum Zeugen der Keyſerlichen Freyheit/ bey der Gerichts-Ståde vieler Enden
8 geſetzt worden/ ꝛc. De † Northuſia Dreſſer. *in Iſagog. hiſtor. part* 5. Carolus Magnus Anno 778. ſtatuam Rulandi ſororis ſuæ filii herois ingentis, perpetuæ recordationis cauſa in ea collocavit, & privilegia quædam ſolennia illi tribuit, &c. Adde *ſupra cap.* 1. Duas ergo cauſas præſupponunt illi, ob quas ſtatuæ Rulandi-
9 næ collocatæ ſint. Quarum prima ſunt merita † Rulandi in bello Saxonico & Vandalico, in quo ipſe non ſolum Dux exercituum fuerit, ſed etiam fautor urbium ſingularis. Quod fieri ſine proditionis nota non poterat. Atqui in annalibus Francicis Caroli Magni ejus rei ne ſyllaba quidem reperitur? Neque ullum
10 ex ſcriptoribus ejus, aut ſequentis † ſeculi teſtimonium proferri poteſt? Unde ergo poſt tanti temporis, & quidem ultra ſeptingentorum annorum lapſum id hauſerunt noſtri? Niſi ex fœcundo fabularum fonte, ex quo Turpinus & Romanzi ſua hauſerunt. Magis probabilis eſt conjectura, Rulandum hunc bello Saxonico ne interfuiſſe quidem, ut oſtenſum *cap.* 9. Certè finem belli vivendo non attigit Rulandus. Quomodo ergo abſens, aut mortuus ſtatuam aliumve victoriæ fructum in bello iſto mereri potuit.

Caput XIX.

Argumenta contra antiquitatem Carolinam ſtatuarum Rulandinarum.

Summaria.

1 *Axioma compoſitum.*
2 *Carolus Magnus ſtatuas Saxonum demolitus.*
3 *Irmenſula Saxonica.*
4 *Carolus idolorum cultum abrogat.*
5 *Saxonum pervicacia circa ſuperſtitionem.*
6 *Caroli Magni ſcriptum contra ſtatuas ſanctorum.*
7 *Statuæ quandoq; victoriæ monumenta.*
8 *Item ſervitutis indicia.*
9 *Statuarum demolitio.*
10 *Injuria perpetua gravior.*

11. Laca-

11 *Lacedemoniorum actio contra Thebanos.*
12 *Piſanorum conſuetudo.*
13 *Sixti Pontificis odium.*
14 *An Rulandus ſibi ipſi ſtatuam poſuerit?*
15 *Soli Cæſari jus erigendi ſtatuas competit.*
16 *Catonis modeſtia.*
17 *Statuæ nonniſi amicis collocantur.*
18 *Statuarum prohibitio.*
19 *Statuæ ſuperſtitionis indices.*

CÆterùm contra antiquitatem Carolinam ſtatuarum harum ſic colligi poteſt: Aut collocatæ † ſunt, à Carolo Magno, aut à Rulando, aut à Saxo- 1
nibus ipſis. Quartum ſicut nemo dicit, ita neutrum ex his verum eſt. Carolum
† M. enim ſtatuas erexiſſe nullibi legitur, neque veriſimile eſt, cum ipſe toto 2
tricennali bello id egerit, ut veteres Saxonum ſtatuæ funditus deſtruerentur.
Quales erant † Irmenſula Saxonica, & alia Deaſtra Romanorum more Marti, 3
Veneri aliisque planetis conſecrata. De quibus latiſſimè Lindenbr. *in vita Caroli fol. 65. & ſeq.* Henric. Meibom. *in tract. de Irmenſul. Saxon.* Noluit ergo Carolus veteribus abrogatis † novas ſubſtituere, ne oleum igni adderet, novæque 4
ſuperſtitioni, quam abrogatam cupiebat, cauſam & occaſionem præberet. Quàm facile enim erat rudem adhuc & vix primis initiis Chriſtianæ religionis imbutam Saxonum gentem, eundem in lapidem impingere, & pro Rulando Martem vel Harminium Saxonum propugnatorem adorare, ſi non res ipſa ex oculis hominum penitùs amoveretur, ſed nomen tantum mutaretur? Saxones, † ſicut 5
omnes fere Germanicæ nationes (inquit Eginhard.) natura feroces, & idolorum cultui dediti, neque divina, neque humana jura polluere arbitrantur inhoneſtum haberi. Quàm tenaciter vetus illa ſuperſtitio Saxonum animis inhæſerit, conſtat ex hiſtoria Joannis Leaneri, quam recitat Henric. Meibom. *de Irmenſul. cap. 8.* ubi eos tempore Ludovici Pii pro columna aliqua ex veteri memoria ſuperſtite cum Cæſarianis digladiatos ſcribit. Et ne dicas, voluiſſe Carolum cultum idolorum è Saxonia exterminarum, non etiam † ſtatuarum in honorem Sanctorum 6
erectionem. Obſtat enim Caroli pietas & relligio, quippe, qui Græcorum Imperatorum cauſam contra ſtatuas & imagines Divorum defendit & propugnavit, eo modo quo Auguſtanæ confeſſionis aſſeclæ eam opinionem probant, ut videre eſt ex ſcripto ſatis prolixo *in Concilio Francofurtenſi Ann. 794. Caroli nomine edito,* quod extat *inter conſtitut.* Goldaſt. *tom. 1.* Et hoc poſt devictos jam Saxones. Nam durante bello erigi non potuiſſe ſtatuas haſce, quivis facile intellgiit. Quod ſi invitis † Saxonibus eas obtruſit Carolus, in memoriam & trophæum victoria- 7
rum, rerumque à ſe ac Rulando in Saxonia geſtarum ſicuti Duces. & Procoſſ. Rom. indevictis provinciis hujusmodi trophæa & columnas quandoque erexerunt,

Digitized by Google

non ſolum apud Græcos, ſed & apud Romanos aliosque ſemper obſervatum legimus, de quibus Plin. *lib.* 34. *natur. hiſtor.* Polyd. Virgil. *lib.* 2. *de rer. invent.* 24. P. Gregor. Tholoſ. *libr.* 12. *de Republic.* 13 *& ſeq.* ut legibus & pœnis furor † plebis 18
coërcendus eſſet, Menoch. *lib.2. arbitr. judic. quæſt.* 281. Exempla ſunt apud Marcellin. *lib.* 19. Plin. *lib.* 11. *epiſt.* 7. Unde Cicero *Verrin.* 4. ita concludit: Si honoris cauſa ſtatuam dederunt, inimici non ſunt. Rulandum autem, vel hoſtem Saxonum fuiſſe oportet, vel proditorem Cæſaris ſui, cui militavit, ſi aliter animatus fuit. Præſertim cum flagrante bello Saxonico alibi perierit Rulandus, qui fructum ejus belli capere nullum potuit, priusquam fineretur. Niſi forte urſi pellem venditam dicas, urſo nondum capto, contra apologum Maximilian. Imp. apud Comin. *lib.* 5. *Annal.* Quod ſi pietatis cauſa Rulando diu poſt mortem ipſius ſtatuas has collocaſſent Saxones, perinde ut Harminio aliisque factum, tum eas ſuperſtitionis † ac idololatriæ veteris, non libertatis indices eſſe oporteret. Cujusmodi 19
neque Carolus M. neque Saxonici Imperatores, neque Epiſcopi religioſi tamdiu perennare paſſi fuiſſent. Cum ergo neque à Carolo M. neque à Rulando, neque à Saxonibus ipſis in honorem Rulandi collocati ſint Coloſſi iſti: ſequitur eos falſo antiquitatis Carolinæ titulo laudari.

CAPUT XX.

De Argumento ab Etymologia.

SUMMARIA.

1 *Argumentum ab Etymologia frequens.*
2 *Maximè in originibus populorum inveſtigandis.*
3 *Joannis Goropij præſumptio.*
4 *Argumentum ab Etymologia eſt fallax & ambiguum.*
5 *Item affirmativè non valet.*
6 *A ſigno ad rem ſignatam.*
7 *Ex ficto nomine nihil concluditur.*
8 *Ab alluſione nominis nihil ſequitur.*
9 *Monachi Anonymi vanitas.*
10 *Rulandi etymon.*
11 *Caroli Magni etymon.*
12 *Statuæ plerumq; defunctis collocantur.*
13 *Nominum impoſitio fortuita.*
14 *Salutaris Rulandi Etymologia.*

AT inquis, notationem nominis Rulandi evincere, ut à Rulandi ævo ejusve occaſione ſtatuas haſce profectas credamus. Bonum eſt autem argumentum † à nomine, ſive etymologia, quia dat verbis proprium ſignificatum. Eber- 1
hard.

Digitized by Google

Turpinus interpretatur pulcherrimus (à contrario) ſive non turpis, quod aut turpia opera, aut verba in nullo (imo in pretio habuit) ſed honeſta dilatavit, &c. Utinam hic Auctor Origines Iſidori Hiſpalenſis ita explanaſſet, quam profunda nos beaſſet doctrina! Si vero ita concludas: Coloſſi Rolandini dicuntur. Ergo à Rulando, vel ſaltem ejus tempore poſitos eſſe oportet: ſic quoque nihil agitur, quia plerumque † ab aliis, ſæpe etiam longo tempore poſt ponuntur. 12
Alioquin hoc argumento omnes urbes & loca Rulandi nomine inſignita, eodem loco habenda eſſent. Et quid nomina ſignis impoſita operarentur, cum ne in hominibus quidem quidquam poſſint? Jam pridem exploſa eſt Platonis † opi- 13
nio, exiſtimantis nomina φύσει ἐθέσει impoſita, cui etiam Nigidius Grammaticus aſtipulatur apud Gell. *libr.* 10. *Noct. Att.* 4. & JCtus *in l.* 4. *ff. de leg.* 1. optimè Scalig. *exerc.* 266. *contra Cardanum* docet: nomen nihil efficere, quia merum eſt accidens, & non res, ſed rei ab animo ficta nota. Quod ſi hoc argumentum aliquid roboris habet, à primæva vocis integritate id deducere † conſultius eſſet: Coloſ- 14
ſi dicuntur Rathland. Ergo terram conſilii divitem eſſe oportet, quæ Coloſſis iſtis premitur. Utinam hoc ex voto noſtro habeant civitates Saxonicæ, quibus felicia quæque comprecamur.

CAPUT XXI.

De prava Coloſſorum collocatorum interpretatione.

SUMMARIA.

1 *Rulandus ſignum putativæ libertatis.*
2 *Coloſſi non fruſtra poſiti.*
3 *Omnium ratio reddi nequit.*
4 *Germanica nomina aliquid ſignificant.*
5 *Varij ſtatuarum collocandarum fines.*
6 *Vulgus à veritate longiſſimè aberrat.*
7 *Fabula de Henrico Leone.*
8 *Leo æneus Brunſvviga erectus.*
9 *Alberti Cranzij reſponſio.*
10 *Leonis monumentum ab Henrico Leone erectum.*
11 *Zeduttæ ſtatuæ origo.*
12 *Zeduttæ ſtatua deſtructa.*
13 *Clamor vulgaris, unde natus?*
14 *Capella S. Opis fundata.*
15 *Cerva ſtatua Magdeburgenſis.*
16 *Cerva Francorum ductrix.*
17 *Vera cauſa cervæ erectæ.*

G 18 *Petri*

Digitized by Google

18 *Petri Berthij error.*
19 *Caſaris Baronij ſententia.*
20 *Fabulæ quomodo in hiſtorias tranſeant?*

1 ALteram cauſam ſtatuarum poſitarum faciunt † libertatis indicinam. Cui
enim bono, inquiunt, collocatæ, ac tam religioſè per tot ſecula cuſtoditæ
2 eſſent ſtatuæ, ſi nihil egregii importarent? Id enim fruſtra † factum eſſe à majoribus noſtris viris prudentibus veriſimile non eſt. Sed utut hoc ſe habeat, non tamē
3 firmam conſequentiam præbet, cum non omnium, quæ à † majoribus conſtituta ſunt ratio exquiſita reddi poſſit. *l.* 20. *ff. de legib.* Quod principium, quam
4 ſit Turcis ſacrum, vide *in epiſt.* 3. *Busbeq.* Nam licet Germanica † nomina vetuſtiora omnia aliquid ſignificent, teſte Scaliger. *exerc.* 266. non tamen ratio reddi poteſt, cur huic Conradi nomen impoſitum, illi Friderici, cum hic natura bellicoſus eſſe poſſit, ut Fridericus Barbaroſſa Imperator ille pacis amans, ut Conradus Secundus: niſi, quia libera voluntate hominum id factū? Deinde non ſequitur:
5 Coloſſi adſunt. Ergo privilegiorum indices eſſe oportet, cum plures † eorum erigendorum ſint fines, iiq; contrarii. Nempe honoris, amoris, gratitudinis, ut illæ ſtatuæ Romæ in foro poſitæ, de quibus eſt, *in l.* 2. *§.* 43. *ff. de orig. jur. l.* 41. *de acqu. rer. dom. l.* 28. *§.* 7. *ff. de pœn. l.* 2. *de his, qui ſui. l.* 29. *de reb. auct. judic.* Cœlius Rhod. *lib.* 28. *lect. antiq.* 12. Tholoſ. *lib.* 12. *de Repub.* 13. *n.* 3. memoriæ, Tholoſ. *d. cap.* 13. *n.* 2. Cœlius *lib.* 29. *cap.* 24. religionis vel potius idololatriæ, ut *Exod.* 32. *Daniel.* 3. *& paſſ.* Quo pertinet Irmenſula Saxonica, *ſupr. cap.* 19. *num.* 3. oſtentationis, ut Coloſſus Rhodius, de quo Plin. *lib.* 34. *c.* 4. Reinec. *in ſyntagm. hiſt. part.* 3. *fol.* 560. injuriæ, *l.* 27. *l.* 37. *& ſeq. ff. de injur. d. cap.* 19. *num.* 10. infamiæ, ut Coloſſus Romæ illic poſitus, ubi Joannes VIII. Papiſſa peperit, Stella Sigebert. & alii. Pœnæ, ut ſtatua ſalis. *Geneſ.* 19. *v.* 26. Et ſi qui plures fines excogitari poſſunt. Nam Romæ columna ante Bellonæ templum erecta belli inferendi index erat, Cœlius *lib.* 17. *lect. antiq.* 25. Plerumque
6 autem uſu venit, ut ſtatuæ fortuita aliqua † occaſione collocatæ, latiſſimum fingendi & aberrandi campum vulgo præbeant. Quod uno & altero exemplo pro-
7 babimus. Quis neſcit urbe Brunſvviga de Henrici † Leonis Ducis Saxoniæ in Palæſtinam expeditione multa fabuloſa & incredibilia referri, & confirmari à vulgo
8 hoc argumento: quaſi Leo † æneus & baſi lapideæ Brunſvvigæ in burgo, ſive arce Tanquarderoda erectus, eorum omnium ſit teſtis & index? Quæ fabula, unde nata ſit, exponit & refutat præter Trithem. *in Chron. Spanheim.* Spigel. *ad lib.* 7. *Günth.* Bunting. *in Chron. Brunſvvic.* Frideric. Tileman. *in diſcurſ. philolog. fol.* 161. Albert.
9 Cranz. *lib.* 6. *Saxon.* 34. Hæc narratio, inquit, † quam puerilis ſit, facile intelligunt viri ſenſati. Peregrinatus eſt Leo, ſed quoniam ignorabat ſabulator, quonam pervenerit, comminiſcitur indoctam fabulam de Leone & Dracone. Ignorabat aſellus iſte bipes, qui fabulam primus commentus eſt, hunc principem ab initio ætatis ſuæ cognomentum accepiſſe Leonis, quomodo pater ejus Caruli

& Al-

& Albertus Marchio Urſi.&c. Hæc ille. Certè in memoriam nominis ſui Henri-
cus Leo hoc † monumentum erexit, de quo Melchior NeoPhan. *in catal. epiſc.* 10
Halberſtadenſ.

> *—— extruxit juxta geminumq; ſacello,*
> *Et qui marmoreo ſublimi mole Coloſſo,*
> *Cernitur impoſitus rugiens Leo aheneus, omni*
> *Principis eximij monumentum nominis ævo.*

Idem *de eodem ad Annum* 1209.

> *Aeneus expanſo ſtabat Leo fuſilis ore, &c.*

Appendix ad Helmold. inter ſcriptores Erpoldi Lindenbrog. cap. 18. Bernhardus Landgra-
vius intuitus Leonem fuſilem, qui à Duce Henrico ibi ſublimatus eſt, ait: quouſ-
que hiatum vertis ad orientem: Deſine jam habes, quod voluiſti, convertere
nunc ad Aquilonem, &c. Repetunt Albert. Cranz. *lib.* 7. *Saxon.* 29. *hiſtor.* Archie-
piſcop. Bremenſ. Zeduttæ ſive Joduttæ † ſtatuæ veriſſima origo hæc eſt, quod 11
Saxones, cum ſub Lothario Duce inſignem victoriam prope ſylvam Academiæ
Helmæſtadienſi vicinam (vulgò Welffesholtz) ab Henrico V. Cæſare obtinuiſ-
ſent: ſtatuam in rei geſtæ memoriam collocarunt, quam ab occiſorum
miſerabili interjectione Zedut, ſive ut Saxonicè Tiodut denominarunt, rapta
voce à corrupto Italico Io adjute mi, ut putatur. Cæterum poſteri obliterata ve-
ta rei memoria eam pro Dea Saxonum adjutrice ſuſpexerunt & coluerunt. Quo-
uſque Wernerus Præſul Merſeburgenſis † eam tandem deſtrueret, Cranz. *lib.* 12
5. Saxon. 36. *& lib.* 6. *metrop.* 7. Lindenbr. *in Chron. Carol. M. fol.* 79. Durat adhuc
hodie inter Saxones Conſuetudo, ut in ſummo dolore Tiodut † ingeminent. 13
Et ſimile quid Capellæ ſanctæ Opis † (vulgo Sunt Hülpe) prope Diepholdiam 14
in Weſtphalia contigit, quam Eginhardus & Galli proprietatem linguæ non te-
nentes Thietmelle nominant, ait Cranz. *lib* 2 *Saxon.* 4. Reinec. *ad Annal. Caroli*
fol. 22. *& in fin. item in ſyntagm. p.* 2. *fol.* 211. Conſentiente ipſi Licent. Hermanno
Hamelmanno *auctore Chronici Oldenburgici.* Magdeburgi in foro præter Rulandi
ſtatuam, etiam † cerva ex adverſo columnæ impoſita conſpicitur, ab ipſo (an 15
Rulando, an Carolo Magno?) confixa, ut Petr. Berth. incertum qua auctoritate
prodidit, *lib.* 3. *comment. in Magdeb.* cum de cerva in Carolina hiſtoria nihil reperia-
tur, niſi, quod † illa Carolo M. ac Francis Mœnum tranſituris viam monſtraſſe 16
ſcribitur illic, ubi poſtea Francofurtum urbs condita. Dithmar. *lib.* 7. *hiſtor.* Cur
non ergo Francofurti potius, quam Magdeburgi huic cervæ monumentum
erectum? Verum alia & certior occaſio † erectæ hujus columnæ Magdeburgi 17
narratur ab illis, qui eam meminerunt, nempe ab æquivocatione Germanici
cordis (Hertz) quod cives contra Canonicos prærogativam in emendis piſcibus
affectantes, ſibi ſumpſerunt. Quod ſi verum eſt, quis cervâ erectâ, utpote anima-
li miti & placido fortitudinem & animoſitatem civium denotari, conjectura
aſſequi poſſet, ſi non ex relatione facti nondum immemorialis id conſtaret? Et

Digitized by Google

18 tamen ejus quoque originem ad fabulas à noſtro ſeculo remotas referri à † Berthio miramur. Usque adeo levi momento rerum geſtarum veritas obliteratur, fabuliſque involvitur, quæ à poſteritate non ſolum cupide acceptantur, ſed etiam nactæ auctorem idoneum propagantur & excoluntur. Qua de re eleganter diſſerit Cæſar Baron. Cardinal. *in Annal. Eccleſ. ad annum* 853. cujus verba ad-
19 ſcribemus. Felix † hiſtoriæ curſus, inquit, ſi abſque obice fabularum ſincera tantum ferri veritate daretur, quæ, ubi ſemel, ut zizania inter triticum ſeminata fixis radicibus tritici mentita ſpeciem altiori culmo conſurgunt, ſicut triticum meſſoris æqua falce metantur, & cum frumento in horrea recondantur, & mixta tritico tritici jam nomine decorata, atque æquo pretio eademque menſura cum
20 tritico venundentur: ita fabularum † abolito nomine receptæ ſemel tranſeunt in hiſtoriam, ut opus ſit magno cribrario, qui magno labore à veris falſa, & fabulas ſegreget ab hiſtoriis, &c. Exempla aliquot recitat, & inter alia etiam fabularum Officinam Turpini, quot ex eis in hiſtoriam tranſierunt, & fidem ſibi pleniſſimam conciliarunt, inquit, ſed quibus jure meritoque hujusmodi nugæ de Coloſſis Rulandi & libertate Saxonica accenſentur.

CAPUT XXII.

De libertate Saxoniæ prætenſe conceſſa.

SUMMARIA.

1 *Libertatis locutio ambigua.*
2 *Carolus Saxoniam libertate donaſſe dicitur.*
3 *Liberi Saxones.*
4 *Brotuffii auctoritas quanta?*
5 *Opinio à veteribus credita.*
6 *Paderbornenſis Poëtæ traditio.*
7 *Diploma fundationis Eccleſiæ Bremenſis.*
8 *Helmoldi ſcriptoris auctoritas.*
9 *Donatio Saltzæ facta.*
10 *Gregorij VII. Papæ teſtimonium.*
11 *Signum libertatis ponere quid ſit?*
12 *Hiſtoria de libertate Saxonica ſuſpecta.*

1 QUi per Coloſſos Rulandinos libertatem † deſignari volunt, in ſpecie exprimere debebant, quid generali & indefinito hoc nomine conceſſum velint, ut aliquid certi conſtaret. Videamus ſi forte libertatem illam denotent,
2 quam † Carolus Magnus Saxoniæ devictæ conceſſiſſe jactatur. Ita enim ſcribit Erneſt. Brotuff. *lib.* 1. *Chron. Martiſpurg.* 20. *ad ann.* 803. Carolum Magnum cum Saxonibus perpetuam pacem iniiſſe, illos in tutelam imperii recepiſſe multaque

taque

Digitized by Google

taque privilegia conceſſiſſe, videlicet, quod liberi à tributo & ſervitute eſſe deberent, eoque liberos † Saxones (frenc Sachſen) appellaſſe, &c. Referunt & ſe- 3
quuntur Spangenb. *in Chron. Saxon. cap.* 86. Lindenbr. *in Chron. Caroli fol.* 218. Atque ita quoq; videntur accipi poſſe verba *art.* 41. *lib.* 3. Sandrecht. cum leges hujus privilegii per Divorum Principum conſtitutiones gemmis verborum primitus exornabantur, miniſterialium conditio non conſiſtebant, ſed omnes erant liberi. Et
ne † Brotuſſii auctoritate, quam non magni facit Henr. Meibom. *in Irmenſ. Sa-* 4
xon. cap. 13. *in fin.* niti tantùm videantur: poſſunt illi auctores † & teſtes aſſertio- 5
nis ſuæ ex antiquiori & Caroli proximo ævo ciere, ut ſatis factum videatur principiis criticis, de quibus dictum *cap.* 17. Sic enim Paderbornenſis † quidam 6
Poëta, qui centum plus minus annis poſt Carolum M. ſub Arnulpho Imp. vixiſſe putatur, editus à Reinero Reinecc. *ad ann.* 803. de pacificatione Caroli & Saxonum cecinit:

—— has pacis leges inierunt,
Ut toto penitus cultu rituq; relicto
Gentili, quem dæmonica prius arte colebant,
Decepti, poſthæc fidei ſe ſubdere vellent
Catholicæ, Chriſtoq; Deo ſervire per ævum.
At verò cenſum Francorum regibus ullum
Solvere nec penitus deberent atq; tributum,
Cunctorum pariter ſtatuit ſententia concors.
Sed tantum decimas divina lege ſtatutas
Offerrent, ac præſulibus parere ſtuderent,
Ipſorumq; ſimul clero, qui dogmata ſacra
Quiq; fidem Domino placitam vitamq; doceret.
Tunc ſub judicibus quos Rex imponeret ipſis,
Legatisq; ſuis permiſſi legibus uti
Saxones patriis & libertatis honore.

Imo etiam diplomata quædam Carolina † prætenſam hanc libertatem Saxoni- 7
bus confirmant. Ita enim diploma fundationis Eccleſiæ Bremenſis de Anno 788. apud Adam. Bremenſ. qui ſub Henrico IV. Cæſare vixit *lib.* 1. *hiſtor. Eccleſ.* ex quo id mutuati ſunt Albert. Abb. Stadenſ. *in Chron fol.* 80. Albert. Cranz. *lib.* 1. *metrop.* 7. *& lib.* 2. *Saxon.* Erpold. Lindenbr. *in Chron. Caroli fol.* 153. quod ſic incipit: Noverint omnes Chriſti fideles, quod Saxones, quos à progenitoribus noſtris ob ſuæ pertinaciam perfidiæ ſemper indomabiles, ipſique Deo & nobis tamdiu rebelles, quousque illius non noſtra virtute, ipſos bellis vicimus, & ad baptiſmi gratiam perduximus, priſtinæ libertati donatos & omni debito cenſu ſolutos, pro amore illius, qui nobis victoriam contulit, ipſi tributarios & ſubjugales devotè
addiximus. Ex eodem procul dubio hauſit ſuam ſententiam † Helmod. Pre- 8
ſbyt. Buzovienſ. bonus auctor *lib.* 1. *Chron. Sclavor.* 3. Carolus magna uſus indu-

ſtria Saxonum populos licet malè meritos ſtatuit ſupernæ mercedis intuitu, omni debito cenſu abſolvere atque priſtinæ libertati donare, &c. Breviter & ſine plicis Werner. Rolevvinck. *libr. 2. de laud. Saxon. 2. Anno* 786. Carolus totam Saxoniam ſubjecit Clero. *Chron. Quedlinburg.* quod refert Zvvinger. *vol.* 8. *lib. 3. theatr. vita hu-*
9 *ma. & cent. Magdeb. 9. cap. Anno* 803. Carolus in palatio † Salzæ conventum celebrat, in quo Saxones antiqua libertate donat, eosque pro fide Catholica conſervanda omni tributo liberat exceptis decimis, quas ſacerdotibus reddi juſſit. Leopold à Babenberg. *de zelo vet. Princip. Germ. cap.* 2. In tantum Carolus M. fidei Catholicæ dilatationem zelatus extitit, (ut refert hiſtoria Francorum, quænam?) & omnes Saxones, qui multum idolorum cultui dediti erant, pro conſervanda fide Catholica, ſub Anno 803. ab omni tributo exemit, eosque totius agriculturæ & nutrituræ decimas Deo & ejus ſacerdotibus dare juſſit, &c. *gl. lat. ad art.* 82. *lib.* 3. Landrecht. Iſte Carolus confirmavit omnia, quæ ejus pater dederat B. Petro Apoſtolo. Hic ſubjecit imperio & Eccleſiis Saxones & alios Germanos.
10 Denique † Gregorius VII. Papa *in epiſt. ad P. Albanenſem Epiſcopum & G. Principem Salernitanum* ita ſcripſit: Idem Magnus Imperator (Carolum intelligit) Saxoniam obtulit B. Petro, ejus etiam devicit adjutorio, & poſuit ſignum devotionis & libertatis, ſicut Saxones ipſi habent ſcriptum, & prudentes illorum ſciunt, &c.
11 Quorum verborum ſenſus eo cogi poſſet, quaſi Carolus M. hujus libertatis † ſignum ſtatuas Rulandi poſuerit, niſi ea interpretatio ambigua eſſet, ſicuti Auctor *de libertat. Eccleſ.* apud Goldaſt. *in Monarch. fol.* 679. ita intelligit, quod Carolus Magnus illam conceſſionem voluerit eſſe ſignum ſuæ devotionis & libertatis Eccleſiæ Romanæ & dominationis, quam habet in omnia, &c. Hæc quamvis certa fide antiquorum ſcriptorum & diplomatum niti videantur, ut propterea etiam Juriſconſultos quosdam fefellerint, ut Andr. Knichen. *in Encyclop. cap.* 1. Laurent.
12 Ohm. *in tract. de jure epiſcop. th.* 7. tamen graviſſimæ ſubſunt cauſæ, † quæ non ſolum aſſenſum noſtrum inhibent, ſed etiam totam illam hiſtoriam ſuſpectam faciant.

CAPUT XXIII.

De æquivocatione libertatis.

SUMMARIA.

1 *Libertatis vocabulum æquivocum.*
2 *Plebis indefinita acceptio.*
3 *Libertas peccandi eſt ſervitus.*
4 *Saxonum mores ante Chriſtianiſmum.*
5 *Libertas ſervituti contraria.*
6 *Libertas eſt res ineſtimabilis.*

7 Liber-

7 *Libertas ſalvo jure magiſtratus conſtat.*
8 *Obedientia libertati non obeſt.*
9 *Subditi an ſint ſervi?*
10 *Servire non parere improprie dicitur.*
11 *Servitutis origo.*
12 *Vulgus libertatis abſolutæ cupidum.*
13 *Libertas in ſuperlativo gradu.*
14 *Liber populus quis dicatur?*
15 *Libertatis acceptio pro immunitate.*
16 *Immunitatis vocabulum æquivocum.*
17 *Libertas non præſumitur.*

ID priusquam demonſtrandum ſuſcipiamus videbimus, quid libertatis nomine 1
† generali & æquivoco intelligi debeat. Plebs ad vitia † proclivis liberta- 2
tem indefinite accipit, pro facultate faciendi, quod cuique facere libet, ſine
ulla limitatione Florentini, quæ eſt *in l. 4. ff. de ſtat. hom.* Quæ tamen revera non
† libertas, ſed peſſima eſt licentia, quales Parthi incerti ſolutique & magis ſine 3
domino, quam in libertate, ait Tacit. 2. *Annal.* Quales ipſi † Saxones fuiſſe di- 4
cuntur, antequam à Carolo Magno ſubjugarentur, ſiquidem verum eſt, quod
ſcribit *gl. ad art. 66. lib. 2.* Landrecht. Die Sachſen hieß man zuvor Herren / vnd
ſtunden in Hochmuht wider Gott: Aber nun ſeynd ſie in Demütigkeit Gottes Knech-
te worden. Itaque mera ſervitus cenſenda eſt, *Coloſſ. 3. v. 5. Galat. 4. v. 8. Eph. 5. v. 5.*
ſicuti D. Petrus 1. *Epiſt. 2. v. 16.* vocat libertatem velamen nequitiæ habentem.
Quam ſani & cordati homines non affectant, veram libertatem animi, quod eſt
odium vitiorum amplectantes. *l. 11. C. de his quib. ut indign.* Alia eſt libertas natu-
ralis, cui † ſervitus opponitur, *l. 21. ff. de fideicomm. libert.* jure Gentium intro- 5
ducta, qua quis dominio ac jugo alieno contra naturam ſubiicitur. *§. 2. Inſt. de jure
perſon. c. cum redemptor, 12. quæſt. 2.* Quæ † libertas cum ſit res inæſtimabilis, *l.* 6
106. ff. de reg. jur. l. 176. §. 1. eod. ita, ut pecunia, nec lui, nec reparari poſſit, *l. 9. §. 2. de
ſtat. lib.* ideo merito ab omnibus expetitur, ac in pretio habetur. *l. 39. ff. de fideicom.
libert. l. 122. ff. de reg. jur.* Conſtat enim ſalvo jure † ac magiſtratus auctoritate 7
d. l. 4. de ſtat. hom. de qua ita Horat.

Cur mihi non liceat, juſſit quodcunq; voluntas,
Excepto ſi quid Maſuri rubrica vetavit?

Ac reſtringitur naturalis facultas à jure, quia id ſaltem facere poſſumus, quod
jure poſſumus. *l. 15. de condit. inſt.* Jus autem non humanum ſolum, *c. quo jure diſt.*
8. ſed divinum quoque magiſtratui nos ſubiecit. *Rom. 13. in pr.* ſine ulla liberta- 8
tis † læſione. 1. *Petr. 2. v. 13. & ſeq.* Elegant. Günth. *lib. 3. Ligurin.*

Quæ tibi libertas poterit contingere major,
Quam Regi ſervire tuo. Et lib. 8.

libertas

Digitized by Google

— *libertas maxima nobis*
Tam placido parere viro.

Unde verbum ſerviendi in uſibus feudorum libertati naturali non præjudicat, docente Bodin. 1. *de Republ.* 9. Et ſubjectio ſpeciem ſervitutis non continet, quia adhuc libertas ſubſiſtit. Socin. Jun. *conſil.* 102.*n.*3.*vol.*2. Quamvis vero Dd. nonnulli
9 ſubditos † ſervis æquiparent, ex doctrina Baldi, Cravett. *conſil.* 6.*n.*110. Weſenb. *conſil.* 57.*n.*10. tamen id abuſivè intelligendum eſt, quomodo Guid. Pap. *deciſ.* 551. *num.* 7. dicit, eſſe hominem alterius eſt quædam ſpecies (imo abuſio) ſervitutis, non
10 quod ſit ſeruus. Hoc modo enim † ſervire pro parere accipitur. Ita de Chaucis Plin. *lib.* 16. *cap.* 1. Et hæ gentes, ſi vincantur à Pop. Rom. ſervire ſe dicunt. Witichind. *lib.* 2. *hiſtor.* Saxones imperio Regis facti glorioſi dedignabantur aliis ſervire nationibus, quæſturaſque, quas habuere, ullius alius, niſi ſolius Regis gratia habere contempſerunt: Hoc eſt, feuda & officia non niſi à Rege Saxone habere volebant. Proprie vero aliud eſt ſubditum, & aliud ſervum eſſe, Gail. *de pignor. cap.* 15. *num.* 10. Alioqui ſi ſubjectio noſtri ævi ſervitutis ſpeciem efficit, profecto libertas numquam extitit in rerum natura, ait Knich. *in Encyclop. cap.* 3.
11 *fol.* 42. Certe non à temporibus Nimrodi, qui primus † imbecilliores homines ſibi ſubiecit. *Gen.* 10. *v.* 8. niſi altius id repetere voles cum Ambroſio *in c. ſexto, diſt.* 35. quod refellitur *in art.* 42. *lib.* 3. Landrecht. & exinde deſumpto *art.* 2. *Weichbild.*
12 Interim vulgus † libertatis nomine ſubjectionis privationem intelligit. Quod Livius *lib.* 5, in plebe Romana reprehendit, quoniam ea demum libertas Romæ eſt, inquit, non Senatum, non magiſtratus, non leges, non mores majorum, non inſtituta patrum, non diſciplinam vereri militiæ. Itaque paſſim provocatur ad libertatem ab illis, qui eam definere non poſſunt. Quomodo clerici libertatem Eccleſiaſticam in infinitum extendunt, de qua Auctor *tract. de libert. Eccleſiaſt.* apud Goldaſt. Arniſæ. *de ſubject. & exempt. cleric.* & alii. Sublimior eſt libertas, & qua-
13 ſi † in ſuperlativo gradu, quam potentiores uſurpant, quæ legi civili non ſubeſt *l. princeps.* 31. *ff. de legib.* In principibus enim ſervitus locum non habet, ait *art.* 2. §. 4. *Weichbild.* Quomodo Imp. Rom. aliique Reges ſuperiorem non agnoſcunt præter Deum & naturam, id denotantes per titulum: Nos Dei gratia. Et
14 liber populus † definitur, qui nullius alterius populi poteſtati eſt ſubjectus, *l.* 7. §. 1. *de capt. & poſtlim.* penes quem eſt imperium ſuiipſius, Bart. *in l.* 1. *num.* 6. *C. de bon. vocant. lib.* 10. Paurmeiſt. *lib.* 2. *de juriſdict. Imp. cap. ult. num.* 10. *& ſeq.* cui opponitur ſubditus populus, qui alterius imperio ſubeſt, *l.* 26. *ff. ad SC. Trebell. l.* 1. & ibi
15 Dd. *C. de ſumm. Trinit.* Knich. *in velut. apolog. num.* 29. Sed hæc quoque libertatis † ſignificatio paucis convenit. Itaque ex uſu populari id vocabulum ad immunitatem, exemptionem aliaque privilegia tranſiit. Quomodo in diplomatis veterum Imperatorum privilegium & libertas ſæpe conjungitur. Item libertas & immunitas. Jus & privilegium, *c.* 1. *de immun. Eccleſ. in* 6. Auctor *de libertat. Eccleſ. cap.* 1. Ita Chriſtus immunitatem tributi libertatem vocat, *Matth.* 17. *v.* 27.

Interim

Digitized by Google

Interim hoc quoque vocabulum † immunitatis, non minus ac illud libertatis 16
æquivocum eſt, plura capitula ſub ſe continens, ut videre eſt Spangenb. *in Chron.*
Saxon. cap. 86. in fin. Itaque is, qui in eo ſe fundat, ſpecifice probare debet, quan-
tum † libertatis, exemptionis, immunitatis ac privilegii ſibi ſit conceſſum. 17

CAPUT XXIV.

Carolus Magnus, an ſervitutem in Saxonia ſuſtulerit?

SUMMARIA.

1 *Titulus liberorum Saxonum.*
2 *Franci quinam?*
3 *Privilegium terræ Francicæ.*
4 *Quatuor ordines Saxonum.*
5 *Laſſi ſervi, Frilatzi liberti.*
6 *Litones, unde orti?*
7 *Litones, Lidi, Laſſi, an ſynonyma?*
8 *Francia* ἐν πλάτει *etiam Germaniam includit.*
9 *Lidi quaſi leudes, id eſt homines.*
10 *Homo abſolute pro ſervo, aut vaſallus.*
11 *Lidi ſunt originarij vel dedititij.*
12 *Formula traditionis in ſervitutem.*
13 *Saxonia olim ſervis abundavit.*
14 *Servi cum villis alienabantur.*
15 *Saxones libertatem amiſerunt.*
16 *Saxonum ſponſio pœnalis.*
17 *Pœna Saxonibus irrogata.*
18 *Saxonum tranſlatio.*
19 *Lingua Saxonica in Tranſylvania.*
20 *Saxones jura ſucceſſionum amiſerunt.*
21 *A Ludovico Pio ipſis reſtituta.*
22 *Jus hæreditatis libertati cohæret.*
23 *Libertas quibusdam ſpecialiter conceſſa.*
24 *Privilegia poſteriorum Impp.*
25 *Manumiſſio civium.*
26 *Sub Friderico II. ſervitus paulatim defecit.*
27 *Heigij ſententia rejicitur.*
28 *Bartolus quo tempore vixerit.*
29 *Homines proprij in Saxonia.*
30 *Hoſpes Venetus ex Weſtphalia.*

Digitized by Google

DEſcendamus jam ad ſpeciem, ac ſingula libertatis membra examinemus, ſi
forte libertatem illam naturalem *in l. 4. ff. de ſtatu hom.* Saxonibus indulſerit
Carolus, ita, ut nulla prorſus inter ipſos eſſet ſervitus, ſed omnes liberi. Id enim
1 videtur importare † titulus magnificus der freyen Sachſen. Quomodo etiam
ſentit Guilhelm. Dilich. *in Chron. Bremenſ. ad Ann.* 1356. Qui alio nomine Franci
2 † dicuntur, de quibus poſt Feudiſt. Guid. Pap. *deciſ.* 313. Eleg. Johann. Dauth. *de
teſtam. num.* 169. Quo fortaſſe pertinet privilegium terræ Franciciæ, ut quicun-
3 que † ſervilis conditionis pedem in ea poſuerint, mox libertatem recuperent.
Thuan. *lib.* 11. *hiſtor.* Atqui id quoad Saxoniam falſum eſt. Sicut enim ante Ca-
4 roli Magni tempora florente adhuc Saxonum ariſtocratia quatuor ordines †
eorum fuerunt, ſed quos Nithardus ad tres contrahit, nempe Adelingi, Frilingi,
Frilatzi & Laſſi, de quibus Witichind. *lib.* 1. *Annal.* Adam. Brem. *lib.* 1. *hiſtor. Eccleſ.*
Reinecc. *ad Annal. Caroli Magni fol.* 59. *& de orig. Saxon. fol.* 13. Münſter. *lib.* 3. *Coſmogr.*
Heig. 1. *quæſt. Saxon.* 8. *num* 15. Knich. *in Encyclop. cap.* 1. *fol.* 7. ita iidem poſt Caroli
5 Magni tempora manſerunt. Nam laſſi nihil aliud ſunt, quam ſervi, ſicuti †
Frilaſſi liberti, quaſi in libertatem dimiſſi. Ita dicti laſſi, quod ab antiquis Saxo-
nibus relicti eſſent ad colendum agrum, *artic.* 44. *art.* 70. *&* 73. & ibi gloſſ. *libr.* 3.
gloſſ. ad art. 2. *lib.* 1. *in fin.* Sandrecht. *gl. ad art.* 50. *Weichbild.* Quod Albert. Abbas
Stadenſ. *fol.* 99. refert ad bellum Thuringicum dudum ante Carolum Magnum
geſtum, de quo Cranz. *lib.* 1. *Saxon.* 33. qui etiam *lib.* 2. *cap.* 21. hoc caput refutat,
Reinecc. *de orig. Saxon. fol.* 19. Debellatis enim à Saxonibus Thüringis, ex his
6 plures ſe eis dederunt proprios, qui ab eis vivere permiſſi, litones † ſunt ab eo-
dem vocabulo nuncupati. Inde litones in provincia Saxonum ſunt exorti. Hæc
Abbas. Paulo aliter Witichind. *lib.* 1. *Annal.* Adam. Bremenſ. *cap.* 4. qui Thürin-
gos iſtos pro colonis habent. Idem Kilianus, quem refert Pontan. *libr.* 6. *orig.*
7 *Franc.* 15. Litones iſti contracte † lidi dicuntur. De quibus extat conſtitutio
Pii, apud Anſegiſ. *lib.* 4. *cap.* 104. quæ *in LL. Longobard. lib.* 3. *tit.* 20. etiam Carolo
tribuitur: Aldiones, vel Aldianæ ea lege vivant in Italia ſervitutem dominorum
8 ſuorum, qua Fiſcalini, vel Lidi vivunt in Francia. Franciæ † autem nomine il-
lo tempore omnes nationes Alemannicæ, & ſic etiam Saxonia & Friſia veniebant,
quippe Francico Imperio comprehenſæ. Otto Friſing. *lib.* 6. *Chron.* 11. Meibom.
in not. ad lib. 1. *Witichind.* Synonyma ergo eſſe videntur, Laſſi, laiti, lidi, litones,
Germanis pro varietate dialectorum ſervos denotantes. Siccam. *in comment. ad
LL. Friſic.* modo ne negligamus diſcrimen, quod inter Romanorum & Germano-
rum ſervos fuit, de quo vide Hering. *de fidejuſſ. cap.* 7. *num.* 318. Johan. Huſan. *de ho-
min. propr. cap.* 2. Johan. Dauth. *de teſtam. num.* 241. Nobis tamen litones, ſive lidi
9 ita dicti † videntur, quaſi leudes & Saxonice lude, id eſt, homines. Ita enim
10 Germanis priſcis abſolute ſervi vocati ſunt, ſicuti † in jure civili hominis nomi-
ne ſervi, *l.* 14. *ff. de except. l.* 11. *§.* 4. *de except. rei judic.* in jure feudali vaſalli intelli-
guntur, Cujac. 8. *obſerv.* 14. Hotomann. *in Francogall. cap.* 11. Borcholt. *de feud. cap.* 2.
num.

num. 12. Germanicè Männer/ Erbare gute Leute. Heig. *p.* 1. *quæſt. Saxon* 2. *num.* 85. ſed, ut hæc dignitatis appellatio non niſi ingenuis vaſallis conveniat. Ita *in privileg. Eccleſ. Mindenſ. apud Piſtor.* homines ipſius Eccleſiæ Francos, Liberos Eccleſiaſticos, litones, malmans, vel ſervos cujuſcunque conditionis, &c. Erant autem lidi, vel originarii † ex parentibus lidis nati vel deditītii, qui ſe ipſos ob paupertatem, vel maleficium alteri in ſervitutem mancipaſſent. *lib.* 3. *LL. Longobard.* Ita *in LL. Friſic. tit.* 11. *in pr.* Si liber homo ſpontanea voluntate, vel forte neceſſitate coactus nobili, ſeu libero, ſeu etiam lito in perſonam & ſervitium litis ſe ſubdiderit, &c. Formularum † ejuſmodi venditionis extant plures apud Marculphum. ex quibus aliquot recenſet Siccama, *d. loc.* In quibus notabilis eſt illa ſervi ſponſio: ſi negligens, vel jactivus (prodigus) apparuero, ſpondeo me contra vos, ut talem diſciplinam ſuper dorſum meum facere jubeatis, quam ſuper reliquos ſervos veſtros, &c. Interim ſucceſſivo tempore videntur lidi quaſi coloni & melioris conditionis ſervis fuiſſe, ſed ut generali mancipiorum nomine comprehenderentur. Cujuſmodi hominibus Saxonia tunc † abundavit, utpote in agris & villis agriculturæ operam dantibus. Unde etiam manentes dicuntur, quod in manſis ac prædiis manerent, ac una cum ipſis † alienarentur. Ita Ludovicus Pius Eginhardo Secretario ac hiſtorico patris ſui contulit prædia Michlenſtad cum ſervis regiis propriis 14. & uxoribus ſuis & filiis. Et Mülenheim cum ſervis uxoribus & liberis 13. *Chron. Lauriſh. ad ann.* 805. Ita Otto Imper. in diplomate quodam: Quædam noſtri juris mancipia litam videlicet Thiedſaiden dictam cum filiis ejus & filiabus tradidimus, &c. Plenæ ſunt hujusmodi chartis traditionum antiquitates Fuldenſes *tom.* 2. *Piſtory, item Alemannicæ* Goldaſti & aliorum. Hanc autem ſervitutem Carolus Magnus è Saxonia usque adeo † non ſuſtulit, ut etiam propagaſſe videatur, eo quod Saxones non tam belli jure, quam ob repetitas ſæpius rebelliones libertatem avitam amiſerant. Sic enim de iis ſcribit Adelm. Benedict. *in Annal. Franc. ad ann.* 777. Cæteri, qui venerant, ita ſe Regis poteſtati † ſubmiſere, ut ea conditione tunc veniam percipere mererentur, ſi ulterius ſua ſtatuta violarent, patria & libertate privarentur. Eadem habent Abb. Stadenſ. & Urſpergenſ. Item Theodulphus *eodem anno*: Ibi multitudo Saxonum baptizata eſt, & ſecundum morem illorum omnem ingenuitatem & alodem manibus gurpierunt, ſi amplius immutaſſent, ſecundum malam conſuetudinem illorum, ſed ſemper erunt infidelitate Regis Caroli, &c. Ubi gurpierunt pro abdicarunt exponit Freher. *de occult. judic. fol.* 40. Caniſ. *tom.* 3. *antiq. lection.* Regino: Saxones perterriti ad locum, ubi Lippa oritur, venerunt, ibi ſe ſuamque patriam Regi tradiderunt, & ſpoſponderunt ſe Chriſtianos eſſe debere, &c. Sigeb. Gemblac. Saxones baptizati paciſcuntur, ut ingenuitatem & omnia ſua perdant, ſi unquam à fidelitate Chriſti & Regis deſiſtant. Ratio hujus ſponſionis eſt liquida ex *cap. octava,* 12. *quæſt.* 2. ut quorum libertas pernicioſa erat, eſſet ſalutifera ſervitus, & qui ſuperbire noverant adepta libertate; diſcerent obedire ſub-

11 12 13 14 15 16

17 re ſubjecti. Itaque cum ſolennem hanc ſponſionem Saxones poſtea † aliquo-
ties violaſſent, Carolus Imper. eo jure, non ſolum ſeveriſſimum illud criminale
judicium, quo 4500. Saxones capitali ſupplicio affecti ſunt, Verdæ in vicinia
noſtra exercuit Anno 782. *Annal. Franc.* Poëta Paderborn. Urſperg. Stadenſ. Lin-
18 denbr. *in Chron. Carol. fol.* 132. Cranz. *lib.* 2. *Saxon.* 13. Sed etiam † cis & trans-
Albianos Saxones à patria extorres in Franciam tranſtulit Anno 804. Eginhard.
Annal. Franc. Aimon. *lib.* 4. *cap.* 92. Paul. Æmil. *lib.* 11. Cranz. *lib.* 2. *Saxon.* 22. *& lib.*
6. *cap.* 19. Douſa *lib.* 2. *Annal. Holland.* Imo non ſolum in Franciam, ſed etiam in
19 Tranſylvaniam † ad Tauricam usque Cherſoneſum, ubi hodie linguæ Saxoni-
cæ veſtigia ſuperſunt. Quorum catalogum vide *in epiſt.* 4. *Busbeq.* Thuan. *lib.* 9.
hiſtor. in pr. Qui ergo ſponſionem Saxonum in uno capite executus eſt, procul du-
bio in altero non omiſit. Quod apparet ex Aimon. *libr.* 5. *de geſt. Francor.* 10. ubi
20 ſcribit, Saxones atque Friſios jus paternæ † hereditatis ob perfidiam ſuam le-
galiter (id eſt judicialiter lata ſententia) perdidiſſe. Eſtque hinc, quod de te-
ſtamenti factione Saxonibus & Friſiis adempta legitur *in LL. Saxon. tit.* 14. §. 2.
Spangenberg. *in Chron. Saxon. cap.* 74. Douza *d. loc.* Heig. 1. *quæſt. Saxon.* 8. *num.* 24.
21 Cæterum Ludovicus Pius † hoc jus Saxonibus jam quietioribus & jugum Fran-
cicum ferre aſſuetis reſtituit. Quod alii liberalitati, alii aſſignabant improviden-
tiæ, eo quod hæ gentes naturali aſſuefacti feritati talibus deberent habenis coer-
ceri, ne ſcilicet effrenes in perduellionis ferrentur procacitatem, inquit Aimon.
d. loc. Paul. Æmil. *lib.* 3. Knich. *in Encycl. cap.* 1. *fol.* 12. Quomodo ergo libertatem
Saxonibus conceſſit Carolus, qui etiam jus ſucceſſionis liberorum hominum
22 proprium ipſis ademit? Quicunque enim † libertatem in ſervitutem commu-
tavit, utramque tam libertatem, quam hereditatem (ſic enim legendum) amiſit
artic. 3. *in fin. Weichbild.* Et in jure civili libertas & hereditas, utpote cognata, alicu-
bi promiſcue accipiuntur, Cujac. 4. *obſerv.* 4. Et quid ſi Carolus propter Saxo-
num pervicaciam occultum judicium inter ipſos inſtituit? Quæ communis eſt
opinio, rejecta tamen à nobis *infra cap.* 54. Quamvis vero eſſe poſſit, quod Ca-
23 roli Regis indulgentia certis perſonis, aut etiam † familiis Saxonum, libertatis
& ingenuitatis jura priſtina reſtituta ſint, quomodo Werner. Rolevvinck.
lib. 2. *de laud. Sax.* 11. intelligi poteſt, quod Carolus Magnus ſervitutem, quæ diu
ante inter Saxones fuerat, mitigaverit: manſit tamen penes reliquos ſervilis con-
ditio, ut propterea horum major, quam liberorum copia fuerit. A qua non ni-
24 ſi ſingulari privilegio † Impp. poſterorum ſucceſſive liberati ſunt. Ut hæc pri-
25 vatio præſupponat habitum ſervitutis. *l.* 4. *ff. de juſt. & jure.* Eoque pertinet †
manumiſſio civium apud Lehman. *lib.* 2. *Chron. Spirenſ.* 20. Item vindicatio man-
cipiorum, qua Udo Marchio Studenſ. uſus apud Albert. Stadenſ. *fol.* 153. juxta *art.*
32. *lib.* 3. Landrecht. *in fin.* Item, illud privilegium civitatis Aquisgran. quo omnes
ejus incolæ à Carolo Magno libertate donantur, apud Petr. à Beeck *in Aquiſgran. in
fin.* Ita Henricus V. Anno 1111. urbem Spirenſem cunctaque mancipia, quæ ibi
habe-

Digitized by Google

habebat, regio impulſu libertate donavit. Eiſengrin. *in Chron. Epiſcop. Spir. in Gerhar-
do.* Ita Otto Brunſvvicenſis omnes & ſingulos cives Brunſvvicenſes manumiſit
Anno 1314. Knich. *in Encycl. cap. 1. fol.* 8. Quo pertinet, quod Anno 1356. Comi-
tes Hojenſes civibus quibusdam Bremenſ. quæſtionem ſtatus monuerunt, eos in
ſervitutem vindicaturi. Dilich. *in Chron. Bremenſ. fol.* 107. Hiſtor. Archiepiſc. Bre-
menſ. *in Gothfrid.* ubi litones vocantur, & ad Ann. 1483. dicitur, quod ex civibus
Hamburg. quidam ſervilis conditionis fuerit. Itaque quod Bodin. 1. *de Rep.* 5.
diſputat à temporibus Friderici † II. ſervitutem paulatim defeciſſe, adde Arni- 26
ſæ. *lib.* 1. *polit.* 4. Heig. 1. *quæſt. Saxon.* 8. *num.* 54. hactenus verum ſit, ut tamen reli-
quias manſiſſe ſtatuamus. Idque confirmat præter ſupradicta etiam fœderis for-
mula de Anno 1250. apud Simbler. *lib.* 1. *de Helvet.* ubi legitur: ſi dominus ſervum
inter nos habuerit, is ſerviat ei ea conſuetudine, quæ antea Regis tempore in uſu
fuit. Non poteſt ergo ſubſiſtere † Heigii ſententia *d. q.* 8. *num.* 53. quando *ex* 27
art. 42. *lib.* 3. Landrecht. tempore Ecconis Repkovii Compilatoris Speculi Saxo-
nici ſervitutem in Saxonia ſublatam fuiſſe contendit. Diſerte enim *in d. art.* 42.
ſcribitur: ſervitutem in hunc usque diem durare cernimus. Et repetitur ab au-
ctore juris municipalis longe recentiore *in art.* 2. *Weichbild.* Et licet Bartolus JCtus,
† qui Anno 1300. floruit, ſua ætate nullos omnino ſervos extitiſſe ſcripſerit *ad l.* 28
hoſtes, 24. *ff. de capt. & poſtlim. reverſ.* tamen id vel de ſervis Roman. intelligendum, vel
ad Italiam, in qua vixit Bartol. reſtringendum eſt. Nam in Saxonia † & tum 29
fuere ſervi, & etiamnum ſunt homines proprii, etiam in Comitatu Oldenburgi-
co. Vulgo Leibeigen Leute/ qui in litteris manumiſſionum appellantur Knechte.
De quibus proprium tractatum edidit Johan. Huſanus. Adde Gail. *de pignorat. cap.*
8. Zaſ. 1. *ſingul. reſponſ.* 3. *num.* 75. Vultej. *in §. ſervi.* 4. *Inſt. de jure perſon.* Hering. *de fide-
juſſ. cap.* 7. *num.* 318. Knich. *in Encycl. d. cap.* 1. *fol.* 8. Arniſ. *lib.* 1. *polit.* 4. Notabilis
eſt hiſtoria à Werner. Rolevv. *lib.* 3. *de laud. Saxon.* 4. deſcripta, quomodo nobilis
ex Weſtphalia, Ludolphus de Stenvordia dictus Venetiis hoſpitem † nactus, 30
qui natus ipſius ſervus fuerat. Ex quibus omnibus liquido conſtat, Carolum
Magnum univerſæ Saxoniæ libertatem ſublata ſervitute non conceſſiſſe.

CAPUT XXV.

An Carolus immunitatem tributi Saxoniæ conceſſerit?

SUMMARIA.

1 *Acquiſita à ſervis ad dominos pertinent.*
2 *Cenſus & tributum ex re propria præſtantur.*
3 *Immunitas eſt relevatio tributi.*
4 *Populus devictus regulariter tributis ſubſtat.*
5 *Tributum Saxonum.*
6 *Saxones Francorum tributarij.*

Digitized by Google

7 *Diuturnum bellum grave tributum ſubſequitur.*
8 *Heribanni præſtatio univerſalis.*
9 *Libera navigatio per Albim à quo conceſſa?*
10 *Saxonia ſub Henrico Aucupe libera facta.*
11 *Saxonum conditio ſub Francis.*
12 *Saxonia provincia in Regnum converſa.*
13 *Et quidem hereditarium.*
14 *Imperium Romanum à Francis ad Saxones tranſiit.*
15 *Saxonia quomodo à tributis liberata?*
16 *Populi Saxonibus tributarij.*
17 *Singulorum tributa.*
18 *Immunitas potiſſimum ad Eccleſiaſticos pertinet,*
19 *Immunitatum jura pleniſſima.*
20 *Jus fiſci in mulctis & tributis conſiſtit.*
21 *Jus fiſci Cæſaris proprium.*
22 *Tributa à Cæſare ad Eccleſiaſticos tranſierunt.*

QUod ſi libertatem Saxoniæ univerſæ non conceſſit Carolus: multo minus eam immunem ab omni onere reddidit, quia ſervi & liti, utpote in poteſtate aliorum conſtituti, nihil proprii habebant, *l. ult. C. in quib. cauſ. colon. cenſit.* Huſan. *de homin. propriis, cap. 6. n.* 21 De quorum conditione vide Lehman. *lib. 2. Chron.*
1 *Spirenſ.* 20. Quidquid ergo induſtria ac laboribus ſuis acquirebant, † id regio fiſco, vel ſaltem dominis ipſorum cedebat. Quod ſi immunitatem ad liberos
2 homines tantum pertinere velis, quia cenſus & tributa de † rebus propriis præſtantur, ſicut penſiones de alienis, *gl. in c. conſtitutus, verb. juxta ratam, extra de*
3 *relig. domib.* Immunitas † autem eſt relevatio quædam à tributis, Cujac. 10. *obſervat.* 35. quale erat apud Romanos jus Italicum, de quo *tot. tit. ff. de cenſib.* Unde quæ liberæ civitates, item liberæ conditionis à Plinio *lib. 2. nat. hiſt.* 21. eædem immunes, dicuntur *in l. ult. in pr. ff. de cenſib.* De quibus ita Salvia. *lib. 4. de provid. Dei.* Ecce enim remedia pridem nonnullis urbibus data, quid aliud egerunt, quam ut cunctos divites immunes redderent, miſerorum tributa cumularent, ut illis demerentur vectigalia, iſtis ut adderentur nova, &c. Ne hanc quidem immunitatem Saxoniæ largimur, Conſtat enim hunc morem in Imp. Rom.
4 obſervatum ſemper, ut populus † armis devictus tributo annuo ſubderetur. Ita Julius Cæſar Galliam in provinciæ formam redegit, eique in ſingulos annos ſtipendii nomen impoſuit, Sueton. *in Julio cap.* 25. Cujac. 7. *obſer.* 3. late Guid. Pancirol. *in comment. ad notit. utri. Imp.* Quod ipſum alii quoque populi imitati. De Saxonibus nominatim tradit Cranz. *lib. 1. Sax.* 7. & 31. Münſter. *lib.* 3. *Coſmogr.* De Friſiis Martin. Hamcon. *in Friſia fol.* 25. ipſis devictis à Lothario Francorum
5 Rege tributum † annuum 500. boum impetratum, quod genus ipſi Danis quandoque

doque perſolverant. Sed illud à Dagoberto filio ob auxilia contra Winidos ſive
Vandalos præſtita Saxonibus remiſſum memorat Sigebert. *ad ann.* 642. Cranz. *d.*
cap. 32. Repetiit Pipinus Caroli Magni parens, dicta lege, ut ſingulis annis hono-
ris cauſa ad generalem Francorum conventum 300. equos pro munere darent Sa-
xones. *Annal. Franc. ad ann.* 758. Cranz. *lib.* 1. *Saxon. ult.* Unde Adam. Bremenſ.
cap. 6. & Helmod. *lib.* 1. *cap.* 3. Thuringos † Saxones, itemque cæteras, quæ 6
juxta Rhenum ſunt nationes ex antiquo Francis tributarias legi ſcribunt. Quo-
modo ergo veriſimile eſt, Carolum M. morem majorum, ſuumque proprium, de
quo Wagner. *in Chron. Carol. cap.* 19. *in fin.* ſusque deque habuiſſe, ipſumque tri-
cennali bello exacerbatum Saxones ſine ullo tributo in gratiam recepturum
fuiſſe, fructu victoriæ omni ultro remiſſo? Cum plerumque eo gravius tributum
devictis imponatur, quo diutius bellum † traxerunt, maxime ſi etiam fidem fe- 7
fellerunt. Recte Joan. Carion. *lib.* 3. *Chron. de Carolo M.* Saxones tandem ſubegit,
ut & imperio parerent, tributumque penderent, & religionis Chriſtianæ fidem
amplecterentur. Tantum abeſt, quod Saxones ab omni regio imperio liberos
eſſe voluerit. Inter capitula Caroli, quæ omnes imperii ſubditos ex æquo con-
cernunt, lex eſt de heribanno, † quod eſt tributi genus. *libr.* 3. *LL. Longo-* 8
bard. 6. Volumus, ut miſſi hoc à modo fideliter exactare debeant, absque ulla
perſonarum gratia & blanditia. Ex qua remanſit illa pars juris Saxonici, qua ad
publicam Regis expeditionem omnes convenire tenentur, ubicunque is fuerit,
intra Saxoniam, vel Teutoniam, *art.* 64. *lib.* 3. Landrecht. Quod vero Spangenb.
in Chron. Sax. c. 86. de vectigali Saxonibus per Albim navigantibus † remiſſo 9
affert, ab aliis Ottoni M. tribuitur, de quo *infr. c.* 34. Duravit illa tributorum ne-
ceſſitas uſque ad Henricum Aucupem ex Saxonibus Imperatorem, ſub quo Sa-
xonia primum à ſervitute Francorum reſpiravit. Hic enim primus libera poteſta-
te in Saxonia † regnavit, ut ſcripſit Witich. Monach. *lib.* 1. *annal.* quem referunt 10
Cranz. *lib.* 3. *Sax.* 1. Knich. *in Encycl. c.* 1. *fol.* 12. Qua cautela id intellectum velit
Henric. Meibom. ex legenda S. Viti petendum monet. Nos ita interpretamur
Saxaniæ ducatum jam ſui juris effectum, qui antea Francorum Regibus parere,
in eorumque uſum tributa exacta conferre tenebatur. Quam enim reſtricta
poteſtas Ducum Saxoniæ antea † fuerit, colligitur *ex eod. Witich. lib.* 1. ubi ſcri- 11
bit Regem Francorum veritum eſſe omnem poteſtatem patris tradere filio Hen-
rico Aucupi. Ex his verbis recte deducit Meibom. omnem Ducum poteſtatem
tum ad huc à Francis dependiſſe. Quod confirmatur teſtimonio Dith. Merſeburg.
lib. 2. Henricum quamvis jure paternarum ditionum heredem, maximam tamen
beneficii partem gratuito Regis ſuſcepiſſe. Ex quo autem is ad imperium perve-
nit, provinciam † Saxoniam in regnum convertit, ita ut quam antea beneficio 12
Regis poſſideret, hereditario jure † ad poſteros tranſmiſerit. Unde Witich. de 13
eodem Henrico Aucupe, quod filio Ottoni M. magnum latumque imperium
reliquerit, non à patribus ſibi relictum, ſed per ſemetipſum acquiſitum. Itaque

per

Digitized by Google

14 per hunc contigit illa † mutatio, de qua ait gl. *ad c. ego Ludovicus, diſt. 63. in verb.*
Francorum, Imperium prius Francorum fuiſſe, ſed poſtea Teutonicos (id eſt Sa-
xones) ſuis virtutibus illud promeruiſſe. Conſentit ipſe Greg. 7. *in c. in die, 15. diſt.*
de conſecrat. faciens mentionem temporis, quo Teutonicis conceſſum eſt regimen
Eccleſiæ Romanæ. Quod exponunt Ludolph. à Babenb. *de Imp. Rom. c.* 13. Petr.
Greg. Tholoſ *lib.* 18. *ſyntagm. 2. num. ult* Marſil. Patavin. ſed ut hujus verba abuſi-
va reprehendat Pontan. *lib. 5. orig. Franc.* 8. Non enim à Gallis ad Germanos, ſed à
Francis ad Saxones translatio imperii facta eſt, ut recte Roſvvita *Poëtria* innuit
ibi: Rex Regum, &c.

Juſſit Francorum transferri nobile regnum
Ad claram gentem Saxonum, &c.

Idem Witichind. auctor eſt, adveniente S. Vito Saxoniam ex ſerviente factam
15 eſſe liberam, † ex tributaria multarum gentium dominam. Repetunt Cranz.
lib. 3. Sax. 1. Beat. Rhenan. *libr. 2. rer. German.* Guilhelm Kyriand. *in annal. Trevir.*
part. 13. in fin. Reinec. *ad annal. Poëtæ Anonym. fol. 15. & de orig. Saxon. fol. 32.* Quod
quacunque de libertate intelligas, hactenus tamen verum manet, Saxoniam uſ-
que ad Henrici Aucupis imperium Francorum tributis ſubſtetiſſe. Poſtea Hen-
16 ricum Aucupem alios populos ſibi tributarios † feciſſe, nempe Abotritos, Vul-
tzos, Hevalos, Dalmancos, Bohemos, Redarios, ſicuti eos recenſet Witich. *d. loc.*
17 Hoc autem, quod de † liberatione tributi diximus, in genere de Saxonia pro-
vincia quoad Francos intelligendum eſt, non de ſingulis Saxonibus, qui nihilomi-
nus Regi ſuo tributa pependerunt, niſi ſi qui ſpeciali privilegio immunitatem
impetraſſent. Tales erant præcipue Eccleſiaſtici ad quos immunitas † ple-
18 rumque refertur *lib. 2. ll. Longob. 39. & paſſ.* Unde abſolute Emunitas & corrupte
mundate appellatur, de quibus vocabulis vide Freheri *gloſſar. vocum ſemilat.* Gol-
19 daſt. *tom. 1. conſtit.* Neque tantum revelationem tributi, ſed etiam † exemptio-
nem ab imperio Comitis aliaque jura continebat. Ita Otto M. *in privil. dato Adal-*
gago Archiepiſcopo Hamburg. apud Lindenbr. Totum, quod inde regius Reipublicæ
fiſcus obtinere poterit, ei conceſſimus. Et *in privileg. dato Eccleſiæ Mindenſi*: Quid-
quid exinde fiſcus ſperare potuit, pro æterna remuneratione dictæ Eccleſiæ ad
20 ſtipendia pauperum conceſſimus. Hoc jus fiſci potiſſimum † in mulctis, tri-
butis ac vectigalibus conſiſtebat, ſicut *in alio diplomate Ottonis monaſterio Lauriſhe-*
menſi conceſſo id explicatur. Quidquid jus fiſci exinde exigere potuerit, ex in-
tegro in uſus monaſterii cedere præcipimus. Homines quoque ingenuos ſeu
ſervos adſtringere ad cauſas audiendas, &c. Extant diplomata poſt Witichind. à
21 *Meibomio* collecta, ubi vide. Si ergo Imperatori etiam in Saxonia † jus fiſci,
in mulctis tributis & vectigalibus conſiſtens competit: conſequens eſt Saxo-
niam à tributis liberam non fuiſſe, ne quidem ſub Saxonicis Imperatoribus: licet
22 ſucceſſive alicubi à Cæſare ad Eccleſiaſticos † illud tranſierit, ſpeciali privilegio
libertatem & immunitatem impetrare opus non habuiſſent: ſi eam generali

Caroli

Caroli M. conceſſione univerſi Saxones conſecuti eſſent. Fortaſſe etiam ſemel data immunitas ne adimi quidem ſine inſigni injuria Saxonibus potuiſſet.

CAPUT XXVI.
De exemptione Saxoniæ ab Imperio Romano.

SUMMARIA.

1 *Libertas ſalvo jure ſuperioritatis conceditur.*
2 *Leges Imperij omnes ſubditos comprehendunt.*
3 *Saxones cum Francis unus populus factus.*
4 *Saxones inter ſubditos numerantur.*
5 *Termini regni Francici.*
6 *Teſtamentum Caroli Magni.*
7 *Diviſio regnorum inter Ludovici Pij filios.*
8 *Saxonnia præter ſuum Principem etiam Imp. recognoſcit.*
9 *Quinq; civitates Palatinæ.*
10 *Omnia judicia vacant Imperatori.*
11 *Saxones Leudes dicuntur.*
12 *Carolus dominator Saxonum.*
13 *Friſij Saxonum vicini ac ſocij.*
14 *Provocatio eſt nota ſubjectionis.*

SI immunitatem Saxoniæ non conceſſit Carolus, multo minus eam ab imperio regio exemptam eſſe voluit, cum libertas & † immunitas non niſi ſalvo impe- 1
rio ac juriſdictione concedantur, & in omni conceſſione ſuperioritas ſemper excepta intelligatur. Knich. *de jure terris cap.* 1 *n.*316. *& cap.*3.*n.*305. *& de pact. inveſt. lib.*2.*c.* 5.*n.*237. Paurmeiſt. *lib.*2.*de juriſdict. Imper.*4.*n.*66. Reſp. Finar.1.*n.*14. Et regulariter omnes ſubditi imperii tenentur vivere legibus † imperii, niſi ſpecialiter ſint ex- 2
empti, *lib.*3. *LL. Longobard.* 15. Heig. 1. *quæſt.* 23.*n.*23. Quomodo *in capit. Lotharij.* 1. extat Conſtitutio de negotiationibus in partibus Saxoniæ ac Slaviæ commorantibus. Et Carolum Magnum Saxonibus Leges dediſſe infra dicemus. Conſtat præterea *ex Eginhard.* Saxones † deſictos ea conditione à Carolo Francis eſſe 3
adunatos, ut unus cum eis populus efficeretur. Repetit Witichind. *lib.* 1. *annal.* ob id, qui olim ſocii & amici erant Francorum, jam fratres & quaſi una gens ex Chriſtiana fide (velut modo videmus) facta eſt. Hoc eſt, ut Franci & Saxones uno & eodem imperio continerentur. Quomodo Æneas *apud Poëtam* loquitur:

Tros Italusve fuat, nullo diſcrimine agetur.

Atque ita in capitulari Caroli, ex quo deſumptum eſt *c. volumus,* 11. *quæſt.* 1. inter alios † ſubditos imperii etiam Saxones numerantur. Sicuti etiam Monachus 4

Digitized by Google

Sangallenſ. *lib. 2. de geſtis Caroli*, eum Imperatorem Saxoniæ vocat. Idem Eginh.
5 deſcribens terminos regni † Francici ſub Carolo diſerte Saxoniam magnam
Germaniæ partem comprehendit, addens, Carolum gentes illas ita perdomuiſſe,
6 quod tributarias effecerit. Sed & in teſtamento † Caroli Anno 806. condito
ſub portione regni hereditarii Carolo filio aſſignata Saxonia & Friſia expreſſe
continentur. Extat apud Hulder. Mutium *lib. 8. rer. German.* Naucler. *generat.* 24.
Goldaſt. *tom. 1. conſtit.* Lindenb. *in Chron. Carol. fol.* 226. Eodem modo in diviſione
7 regni facta inter Ludovici Pii filios, † Ludovicus Germaniam cum adjacenti-
bus provinciis accepit, inter quas itidem fuere Saxonia & Friſia Otto Friſing.
lib. 4. Chron. 6. Idem ſub Arnulpho Imper. accidit, de quo teſtimonium ex an-
tiquis annalibus Francicis recitat Cranz. *lib. 2. Saxon.* 32. Saxones inquit, etſi
8 ſuum † haberent Principem, tamen Germanorum Regem & jam Imperatorem
Dominum recognovere, quomodo & noſtra tempeſtate Duces in Francia, qui
Regem ſupra ſe adorant. Et *cap.* 32. Otto Dux Saxoniæ etſi Germaniæ Regem
agnoſceret: juſto tamen Principatu dominabatur in ſua provincia. Hinc eſt,
quod Imperatores non minus in Saxonia, quam in aliis Germaniæ partibus cu-
rias ſuas celebrarunt, & conventus indixerunt. In quem uſum conſtitutæ erant
9 † quinque civitates Palatinæ in Saxonia *art. 62. lib. 3.* Landrecht. Freher. *lib. 1.*
10 *orig. Palat. 2.* Sicuti etiam Imperatori jus † & judicia vacant in ſingulis civitati-
bus Saxoniæ. *art. 60. lib. 3.* Landrecht. Quæ omnia indicio ſunt, Cæſarem pote-
ſtatem & imperium in Saxonia numquam remiſiſſe, ſed ſemper exercuiſſe, &
tam per ſe, quam per ſuos Duces, Comites, Miſſos: quorum officium erat, po-
pulum in fide & obedientia Regis retinere, juſtitiam adminiſtrare, tributa &
mulctas exigere, &c. adminiſtraſſe. Et quidem durius in Saxonia, quam in Fran-
11 cia. Unde Saxones non ſubditi tantum, ſed etiam Leudes † appellantur, id
eſt homines, uſque adeo pari jure cum Francis non gaudentes, ut mulctam quin-
tuplo majorem ſolvere tenerentur. Sic enim habet Lex Caroli, *lib. 2. LL. Lon-
gob.* 22. Si leudes, id eſt Saxo, vel Friſius Salicum occiderit, per 60. denarios ſolidi
ſolvantur: cum Salici per 12. tantum denarios ſolvant. Pontan. *lib. 6. orig. Franc.*
17. Ut merito Carolus in diplomate Eccleſiæ Oſnaburgenſi dato apud Cranz. *lib.*
12 1. *metrop.* 2. dominator † Saxonum appelletur. Hoc eſt dominus, qui quantum
à Rege differat, utpote inter hunc & tyrannum medius, ex politicis notum eſt.
13 Ex quibus & hoc colligitur, Friſios † ejusdem cum Saxonibus conditionis fuiſ-
ſe, utpote vicinos, & fortaſſe ejusdem quoque pertinaciæ in tuenda libertate
ſua participes. Eginhard. *de Gothfrido Rege Daniæ*: Friſiam atque Saxoniam haut
aliter, atque ſuas provincias æſtimabat. Qua de re vide Janum Douzam *in annal.
Holland.* Quod vero Spangenb. *in Chron. Saxon. cap.* 36. inter privilegia Saxonum
etiam illud refert, quod poſſint ad Imperium (ſive Cæſarem, qui imperium re-
præſentat) appellare: de quo pluribus agit Heig. *lib. 1. quæſt. 4. num.* 39. id non

Digitized by Google

tam privilegium, quam nota eſt † ſubjectionis, quia, qui ad ſuperiorem appel- 14
lat, is ipſius ſe ſubditum profitetur. Knich. *in epop. hipotyp. Dauth num 246. & ſeq.*

Caput XXVII.

De provincia, ſive Ducatu Saxoniæ.

Summaria.

1 *Carolus an Saxoniam provinciam fecerit?*
2 *Provincia Politicè vel Eccleſiaſticè accipitur.*
3 *Romani Regna in provincias redigebant.*
4 *Saxonia provincia dicitur.*
5 *Saxoniæ Ducatus Cæſaris.*
6 *Ducatus eſt, cui Dux præeſt.*
7 *An Saxonia Caroli M. tempore Ducem habuerit?*
8 *Saxonia Comitibus ſubjecta.*
9 *Multitudo Comitum in Saxonia.*
10 *Numerus tamen eorum incertus.*
11 *Duci quot Comites ſubſint?*
12 *Palatinus Saxoniæ proprius.*
13 *Qui hodiè eſt Elector Saxoniæ.*
14 *Duces & Comites Saxoniæ quando multiplicati?*
15 *Witichindus, an Dux Weſtphaliæ tantum fuerit?*
16 *Saxonum tres populi.*
17 *Inſignia Witichindeæ familiæ.*
18 *Ducatus Saxoniæ quandoq; unitus.*
19 *Saxonia inferior Hermanno Billingo conceſſa.*

IN eodem prætenſo diplomate dicitur, Carolum Magnum omnem terram Sa-
xonum † antiquo Romano more in provinciam redegiſſe & inter Epiſcopos 1
certo limite diſterminaſſe, &c. Quæ ſententia vel contradictionem implicat,
vel ſaltem quatuor terminos, cum in priori † membro provincia politicè, in 2
poſteriori Eccleſiaſticè accipiatur. Verum eſt Wedekindo Rege devicto ac Sa-
xonibus ſubactis totam Saxoniam provinciam factam eſſe; eo modo, quo ſole-
bant † Romani, regna populosque devictos in formam provinciæ redigere. 3
Quæ politica eſt vocabuli acceptio, de qua Dd. *in l. 99. ff. de verb. ſign.* Quomodo
Saxonia paſſim in Speculo Saxonico provincia † appellatur, *art. 62. lib. 3.* & in- 4
ter quatuor provincias regni Germanici numeratur, *art. 53. lib. 3.* quippe, quæ
devictis Saxonibus ex regno in jus & nomen Ducatus tanſiit, Helmold. *lib. 1.
Chron. Sclav. 3. artic. 7. Weichbild.* maxime deficiente proſapia Carolina, quo tem-
pore hi quatuor Ducatus Germaniæ præcipui fuerunt, Cranz. *lib. 2. Saxon. ult.*

Digitized by Google

5 Saxonia autem licet Cæſaris † & Imperii propria eſſet, utpote belli jure acqui-
ſita, adminiſtratio tamen ejus Witichindo Duci Comitibus ac Miſſis relicta eſt.
Reinec. *de orig. Saxon. fol. 26. v. cap. præced.* Hæc enim proprie provincia dicitur
6 cui Dux Ducatu † aliquo inveſtitus præeſt. *c. un. quis dicat. Dux. gl. in d. art. 53. lib.
3. n. 2.* Borcholt. *de feud. cap. 5. num. 32.* Heig. *lib. 1. quæſt. 2. num. 33.* De Taſſilone
Duce Bavariæ depoſito Eginhard. Neque provincia, quam tenebat, inquit, ul-
terius Duci, ſed Comitibus eſt commiſſa. Quamvis vero ſint, qui à tempo-
7 ribus † Caroli M. Saxoniam Ducem non agnoviſſe contendant, ut Adam. Bre-
menſ. *in hiſtor. Eccleſ. cap. 52.* quem ſequuntur Helmold. *lib. 1. cap. 10.* Albert. Abb.
Stadenſ. *pag. 107.* Cranz. *lib. 2. Saxon. 29.* tamen illos, ut antiquitatum Saxonica-
rum parum gnaros refutant Reinec. *de orig. Saxon. fol. 33.* Knich. *in Encyclop. fol. 11.*
Meibom. *in diſcurſ. poſt velut. Knichij.* ſed ut huncerrorem ex falſo diplomate ſuper
prætenſa donatione Saxoniæ Eccleſiaſticis facta hauſiſſe videantur illi. Imo
ipſe Adamus manifeſte ſibi contradicit, dum *in cap. 31.* Brunonem Ducem Saxo-
8 niæ cum 12. Comitibus occiſum ſcribit. Neque enim tantum Duci, ſed & † Comi-
tibus ſubjecta fuit Saxonia, ſicuti B. Rhenan. *lib. 3. rer. Germ.* teſtatur, Françoſ
provincias ſuas omnes Comitatibus diſtinxiſſe. In quo Carolus ſingulari arcano
uſus, quod ita deſcripſit Auctor Anonym. *natione Saxon. à Theodorico Niemenſi editus.*
9 Carolus, inquit, Saxoniam, quæ tunc † ſub uno Principe regebatur, in plura
ſcilicet Comitatus Baronias & alia dominia diviſit, & de diverſis exteris regio-
nibus, de quibus confidebat, in Dominos & Rectores dictæ antiquæ Saxoniæ de-
putavit, concedendo cuilibet eorum, juxta ipſius ſtatum & merita, ſingula do-
minia quibus ſub quodam intolerabili jugo plebem ſeu ruſticos antiquæ Saxoniæ
ſubjecit, &c. Ecce libertatem, quam Carolus Saxoniæ importavit Quot vero
10 Comites † conſtituti ſint in Saxonia à Carolo, nec locus, nec tempus inveſti-
11 gare patitur. Regulariter Duci duodecim Comites † ſubeſſe volunt, Heig. *lib.
1. quæſt. Saxon. 2. num. 38.* Janus Douza *in Annal. Holland.* quot primores ante Caro-
lum M. Saxoniam per vices rexiſſe poſt Bedam *lib. 5. hiſt. Eccleſ. 11.* voluit Cranz. *lib.
2. Saxon. 21.* credo ex Tacito *de morib. Germ.* Imo etiam poſt Carolum. Cranz. *16.
cap. 31.* Sed hic numerus perpetuus non fuit, ſed quandoque etiam dimidio in-
ferior, Tholoſ. *lib. 6. ſyntagm. 7. num. 30.* Pontan. *lib. 6. orig. Franc. 13.* Henrici Leo-
nis Comites recenſet Cranz. *lib. 6. Saxon. 39. & 42.* item Comitatus Ducatui
12 Brunſvvicenſi incorporatos, *lib. 12. Saxon. 31.* Sed & proprius Comes † Palatinus
datus eſt Saxoniæ, in ſignum devicti regni, uti id explicat *gl. ad d. art. 53. lib. 3.*
13 Landrecht. quam dignitatem hodie Dux Elector Saxoniæ, † ut Defenſor juris
Saxonici ſuſtinet. Freher. *lib. 1. orig. Palat. 3.* Heig 1. *quæſt. Saxon. 4. n. 35.* Albin.
lib. 1. hiſtor. Miſn. tit. 16. Arumæ. *p. 1. diſcurſ. Academ. 18. th. 66.* Quod tamen ad
14 recentiora tempora referendum eſt, quibus ipſi quoque Duces † & Comites
poteſtatem hereditario jure ad poſteros tranſmittentes, in Saxonia multiplicari
cæperunt, ut conſtat *ex proœm. Speculi Saxon.* Nun vernehmet. *art. 62. lib. 3.* Land-
recht.

Digitized by Google

recht. adeo, ut Suffridus presbyt. Miſnenſ. quindecim principes Saxoniæ numeret, præter alios, quorum nomina per inopiam ſcriptorum in obſcuro remanſiſſe conqueritur Cranz. *lib.* 2. *Saxon.* 26. qui etiam *lib.* 5. *cap.* 4. Duces Saxoniæ ſub Henrico IV. viventes recenſet. Quod ſi dicas Witichindum † Ducem tantum 15
Weſtphaliæ conſtitutum fuiſſe à Carolo non Saxoniæ orientalis, utpote Epiſcopis conceſſæ ex Cranz. *lib.* 2. *Saxon.* 24. Quo pertinet illa diſtinctio Saxonum in tres † populos Oſtphalos, Weſtphalos, Angarios, à tribus quoque Principi- 16
bus gubernatos, teſte Witich. *lib.* 1. *annal.* tamen negari nequit, etiam in Saxonia Orientali fuiſſe Duces ex proſapia Witichindi, ipſo Cranzio concedente *lib.* 2. *Saxon.* 25. & 29. proculdubio hereditatem parentum ac majorum cernentes. Reinec. *d. loc. fol.* 28. Indicant, id † inſignia Wedekindi, nempe pullus ater 17
equi, poſt converſionem ipſius albus factus, quem Henricus Leo Dux Saxoniæ poſtea, & hodie Duces Brunſvvicenſ. à primo uſque auctore uſurpant. Cranz. *lib.* 2. *Saxon.* 24. Et quandoque contigit, ut omnes † hi Principatus in unius per- 18
ſonam devolverentur, ſicut de Brunone Ludolphi filio Witich. *lib.* 1. *annal.* Bruno, inquit, cum Ducatum adminiſtraret totius Saxoniæ, à Danis occiſus, Ottoni fratri natu minori reliquit Ducatum. Et quo jure Otto M. terram datam Epiſcopis adimeret, eamque novo Duci † Hermanno Billingo concederet, 19
Cranz. *lib.* 4. *Saxon.* 8. ſi non illa conceſſio Caroli M. Epiſcopis facta nugatoria eſſet. Ne quid de aliis erratis Cranzii hic dicatur, de quibus tractat Meibom. *in vindict. Billing.*

CAPUT XXVIII.

De concurſu poteſtatis Eccleſiaſticæ & ſecularis.

SUMMARIA.

1 *Una res duorum in ſolidum eſſe nequit.*
2 *Pro parte poteſt.*
3 *Mindæ urbis Etymologia.*
4 *Omne, qui dicit, nihil excludit.*
5 *Epiſcopis, an juriſdictio conceſſa?*
6 *Provincia Eccleſiaſtica quænam?*
7 *Seculares Epiſcopis additi.*
8 *Eccleſiaſtica poteſtas, qualis tempore Caroli Magni?*
9 *Alberti Cranzii lapſus.*
10 *Caroli liberalitas Eccleſiis facta.*
11 *Bruno Colonienſis ſeculari poteſtate præditus.*
12 *Ottonis M. liberalitas.*
13 *Res ſemel mea facta non amplius fit mea.*

Digitized by Google

14 *Caroli ſtatutum de rebus immobilibus.*
15 *Argumentum à minori ad majus fortiſſimum.*

HÆc cum ita ſint, ut ſuperius deductum, quomodo terra Saxoniæ in provinciam redacta, & Ducibus, Comitibus, Miſſis regenda permiſſa, inter Epi-
1 ſcopos diſtribui potuit? cum una & eadem † res duorum in ſolidum eſſe non
poſſit, *leg. 5. §. ult. ff. commod. l. 3. §. 5. de acquir. poſſ.* An ita, ut partem Saxoniæ
2 ſeculares, partem Eccleſiaſtici haberent? Quomodo res communis & † mea
& tua dici poteſt. *l. 6. §. 4. ff. de neg. geſt.* Quomodo Witichindi conceſſio ad Epi-
3 ſcopum, tua atque mea erit, Mindenſi † urbi nomen dediſſe dicitur. Cranz.
4 *libr. 2. Saxon 16.* Atqui verborum amplitudo, qua Epiſcopis † univerſa Saxonia conceſſa, detractionem partis non admittit. Unde ſicuti Epiſcopi in nova Saxonia Duces nullos tuliſſent, ita nec Witikindea ſtirps in Weſtphalia, utpote hereditario ſuo Ducatu Epiſcopos admiſiſſet. An ergo quoad juriſdictionem
5 † Eccleſiaſticam tantum Carolus univerſam Saxoniam Epiſcopis conceſſit, ſeculari poteſtate Principibus relicta? Ita enim ſe explicare videtur Cranz. *lib. 2. Saxon. 22.* quamvis, inquit, Pontificibus eſſet à Carolo permiſſa poteſtas gubernandi, non tamen amiſere primores penitus adminiſtrationem ſuam. Et *cap. 27.* Saxonia Pontificibus erat diſpertita, ſervato tamen nobilibus in ea ſuo diſtrictu. Atqui ſic nihil ſingulare accepiſſet Saxonia præ aliis Imperii Ger-
6 manici provinciis? Quo ſenſu provincia † Eccleſiaſtica definitur *in 2. ſumm, 6. queſt. 3.* Neque enim ſomniandum eſt, aliam regiminis formam in Saxonia inſtitutam à Carolo, quam quæ in Francia aliiſque provinciis Imperii vigebat,
7 ubi † ſeculares Epiſcopis additi. Reinecc. *d. loc. fol. 23.* Knich. *in d. Encyclop.* Quod de Saxonia tradit Suffrid. Petr. *lib. 1. de Friſior. antiq. 13.* defenſionis ſcilicet ergo Reinec. *d. loc.* Et confirmatur, per *art. 1. & 2. lib. 1. art. 62. & ſeq. lib. 3.* Landrecht. ubi utraque poteſtas ſecularis & Eccleſiaſtica conjungitur. Quamvis vero hoc non velint illi, qui hoc commentum introduxerunt: tamen id non
8 aliter ſuſtineri poteſt; quam ſi Eccleſiaſtica † poteſtas ad ſolam ſacrorum curationem reſtringatur. Quia Epiſcopi aliique Eccleſiaſtici illo tempore ſecularis poteſtatis & juriſdictionis nondum capaces erant, utpote Cæſaris & ſecula-
9 rium Principum adhuc propriæ. Ut in eo † Cranz. *lib. 2. Saxon. 22. & in proœm metrop.* allegatus à Zwinger *vol. 8. lib. 3. theatr. vitæ human.* lapſus reprehendatur à Reiner. Reinec. *de orig. Saxon fol. 22.* Nam Caroli Magni conſuetudo non fuit, integras provincias cum Imperio Eccleſiis donare, ſed pecuniam tantum & mobilia, fortaſſe etiam prædia, ex quibus Epiſcopi ac presbyteri ſe ſuſtentare poſſent. Ita prædam in Pannonia in bello Hungarico repertam, per Epiſcopia &
10 monaſteria † liberaliſſima diviſione diſtribuit, juxta Eginhard. non omiſſurum rem majoris momenti & Caroli ampliorem munificentiam, ſi interveniſſet. Ita in teſtamento, ſive codicillis aurum & ſupellectilem ſuam Eccleſiis diviſit,
quod

quod ex Avent. & aliis extat apud Lindenbr. *in Chron. Caroli fol.* 246. Meminit
ejus Dauth. *de teſtam.* Adde *ſupra cap.* 13. *num.* 11. *& ſeq.* Cæterum Bruno † Archie- 11
piſcopus Colonienſis Ottonis M. non filius, uti in eo errat Adam. Bremenſ. *in
hiſtor. Ecclеſ. cap.* 51. ſed frater, indultu Cæſaris primus ex Eccleſiaſticis ſeculari po-
teſtate decoratus eſt, Witich. Monach. *lib.* 1. *annal.* & ibi Meibom. Lehman. *lib.*
4. *Chron. Spirenſ.* 4. Unde *in Chron. Erfurt. MS.* emphaticè legitur. Da begunten
zuerſt die Biſchoffe weltliche Richte zuhaben / das dauchte damals unbillich manchen
Manne. Item, *Chron. juri Weichbild. præmiſſum* de Ottone M. & Epiſcopo Magde-
burg. Giſelero. An denſelben begunten die Biſchoff weltliche Gerichte zuhaben /
vnnd zurichten / vnd das fieng erſtlichen an ſein Bruder Bruno zu Cöln / vnd Bi-
ſchoff Giſeler zu Magdeburg / befahl Keyſer Otto das Hertzogthumb an der Elb zu
Schartaw. In alios quoque æque largus † Otto Imper. ut *ex diplomatis poſt* 12
Witichindi annales extantibus videre eſt, omnibus fere cathedralibus Eccleſiis oppi-
da & villas, & multa alia dominia temporalia, jura & jurisdictiones donans ut
loquitur Auctor Anonym. *de juribus imperij.* Cujusmodi donatio in Saxonia ſu-
perflua & inutilis fuiſſet, ſi Carolus jam ante totam Saxoniam Eccleſiaſticis do-
naſſet, cum res ſemel mea facta, † non amplius fiat mea, *l.* 12. *§.* 8. *ff. de capt. &* 13
poſtlim. §. 10 *Inſt. de legat.* & duplicari titulus poſſeſſionis nequeat, *l.* 7. *C. de con-
trah. empt.* Imo ſcriptum reliquit Bald. *in conſ.* 174. quem refert Arniſæ. *de exempt.
cler. cap.* 4. *num* 8. Carolum † M. in Saxonia ſtatutum edidiſſe, ne res immo- 14
biles in Eccleſiaſticos alinarentur. Tangit Thuan. *lib.* 137. *hiſtor. fol.* 1127. De cujus
ſtatuti à Venetis etiam uſurpati ratione multa notavit idem Bald. *in c. Eccleſia*, 10.
extr. de conſtit. Quod ſi ergo res immobiles & prædia in Eccleſiaſticos transferri
noluit Carolus: quomodo totam Saxoniam ad eosdem devolvi voluit, cum ſit
hoc argumentum à † minori ad majus, iſto modo fortiſſimum, Eberhard. *in* 15
loc. 15. *num.* 2. præſertim cum ratio prohibitionis hic fortius militet. Iaſ. & Dd. *in
leg.* 5. *Cod. de SS. Eccleſ.*

CAPUT XXIX.

De Epiſcopatibus Saxoniæ à Carolo conditis.

SUMMARIA.

1 *Opinio de Epiſcopatibus Saxoniæ inveterata.*
2 *Varietas circa numerum.*
3 *Epiſcopatus à Ludovico Pio conditi.*
4 *Vetus Chron. Saxonicum in multis erroneum.*
5 *Epiſcopatus Bremenſis, an à Carolo conditus.*
6 *Conditio temporis Epiſcopatibus repugnans.*
7 *Ex diplomate falſo arguitur inſtitutio falſa.*

8 *Carolus,*

8 *Carolus, an Eccleſias in Saxonia condiderit?*
9 *Leonis Papæ conſecratio.*
10 *Oſnaburgenſis Eccleſia à Witichindo fundata.*
11 *Epiſcopi olim presbyteri dicti.*
12 *Ex Eccleſiis tandem Epiſcopatus facti.*
13 *Epiſcopi quando cingulum dignitatis acceperint?*
14 *Carolus cœnobia aliquot condidit.*
15 *Numerus cœnobiorum fictus.*
16 *Aquisgranenſe collegium primum.*
17 *Fabula, unde nata?*

EX eodem falſo præſuppoſito prætenſæ donationis Eccleſiaſticis factæ, natum
1 eſt proculdubio commentum, de Epiſcopatibus † Saxoniæ à Carolo M. conditis. Quæ opinio quamvis apud ſcriptores Eccleſiaſticos tam altas radices egerit, ut vix videatur evelli poſſe: tamen per ipſorum temporisque diſſonantiam evertitur: Neque enim in numero conveniunt. Qui multum Carolo
2 tribuunt, † decem Epiſcopatus Saxonicos ipſi aſſignant, ut Hartman. Schetel. & Wernerus Rolevvinck. *lib.* 2. *de laud. Saxon.* 8. alii novem, ut Petrus à Beek *in Aquisgran. cap.* 5. Alii octo, ut Dithmar. Merſeburg. *lib.* 7. Adam Brem. *in hiſtor. Eccleſ. cap.* 9. Helmold. *lib.* 1. *Chron Sclav.* 3. Ludolph. à Babenb. *de zelo vet. princip. German. cap.* 9. Alii ſeptem, ut Gobelin. *in coſmodrom. cet.* 6. *c.* 38. Cranz. *lib.* 2. *Saxon.* 23. Qui proprius ad verum accedunt, quatuor tantum numerant, ut Erphord. *c.* 68. Auctor Anonym. *de jurib. imper. gloſſ. lat. ad artic.* 82. *libr.* 3. Landrecht. Quod ſi hac ſubtractione ulterius utaris, & juxta conſilium Horat. 2. *epiſt.* 1.

caudæq; pilos ut equinæ
Paullatim vellas, demas unum atq; etiam unum,
Dum cadat eluſus ratione ruentis acervi, &c.

3 tandem ad veritatem pervenies. Multi enim ex illis † Ludovico filio, multi etiam Imperatoribus Saxonicis debentur. Illi enim Hildeſienſem & Corbejam tribuunt Lambert. Schafnaburg. *ad A.* 814. Sigfridus *presb. Miſnenſ.* Gobel. *ætat.* 6. *c.* 41. VVitichind. *lib.* 1. *annal.* Quos Otto Magnus condiderit refert Paulus Langius *in Chron. Citienſ. in princip.* ubi refutat illos, qui mendoſe aſſerunt, ſcribuntque quod ignorant, Carolum M. Epiſcopatum Citienſem condidiſſe &c.
4 Intelligit autem vetus Chronicon † Saxonicum, quod & Zvvinger. *vol.* 11. *lib.*
5 2. ſequitur, ſed in multis fœde lapſum. Bremenſis Epiſcopatus † ab aliis inter primos collocatur, ab Auctore Anonymo prorſus ignoratur. Et primus Adalgarius Bremenſis Epiſcopus inter patres Concilii Tributienſis ſub Arnulpho Cæſare celebrati, (de quo *infra c.* 31.) locum nomenque habuit. *Cent. Magdeb.* 9. *c.* 2. Magis veriſimile eſt, à Carolo M. ne unum quidem Epiſcopatum in Saxonia con-
6 ditum eſſe, ac ne condi quidem potuiſſe, ſtatu & conditione † populi effrenis & in-

Digitized by Google

& indomiti adhuc id non permittente. Quod ipſe Gobelin *ind. æt. 6. c. 38. animadvertit.* Nondum omnes Saxones fidem Chriſti ſuſceperant, inquit, ideo non erat tutum adhuc in locis prædictis ordinare Epiſcopos. Certe ante annum 803. quo finitum eſt bellum Saxonicum, id fieri non potuit, fervente adhuc bello. Poſtea aliis rebus occupatus fuit Carolus. Qui utut tum animum condendi Epiſcopatus fortaſſe habuerit: tamen id perficere non potuit. Quam cauſam reddit Lindenbr. *in Chron. Caroli fol.* 211. cur Corbeienſe monaſterium fundare non potuerit. Item de Hamburgenſi Eccleſia Helmold. *lib.* 1. *Chron. Sclav.* 3. *&* 4. Et Adam. Bremenſ. *cap.* 11. credi poteſt tanto tempore Bremenſem Epiſcopatum ceſſâſſe, quemadmodum & alios, propter novellam gentis Saxonum converſionem, quæ nondum ſe Epiſcopali ditione regi patiebatur. Adde eundem *cap.* 241. *diplom. Ludov. datum Eccleſiæ Hamburg.* Denique etiam Werner. Rolevvink. *d. cap.* 8. *fatetur* diverſitatem numeri inde ortam, quod etſi Epiſcopatus quosdam fundaverit Carolus, eos tamen propter hoſtiles inſultus conſummare non potuerit, aut ſi quos præfecerit Epiſcopos, ſtatim dejecti fuerint. Et tamen inſtitutio Epiſcopatuum horum ad An. 786. *& ſeqq.* vulgo refertur. Quæ æra cum falſa ſit, ut poſtea demonſtrabimus, ſequitur non ſolum † ipſa diplomata fundatio- 7
num, ſed ipſam quoque inſtitutionem ejusdem qualitatis eſſe. Nam Eginhardus diligens ſcriptor Caroli, † quamvis templa à Carolo ædificata ſollicite de- 8
ſcribat, Epiſcopatuum tamen conditorum nullam prorſus mentionem facit, rem majoris momenti haut dubie non omiſſurus. Adde Monach. Sangall. *lib.* 1. *de rebus geſtis Caroli M. tom.* 1. *Caniſij.* Neque tamen repugnabimus, ſi dicas, Carolum finito bello Saxonico ad propagandam fidem Chriſtianam, templa, ſacella, vel Eccleſias in Saxonia condidiſſe, illisque ſacerdotes & presbyteros præfeciſſe: modo id ita intelligas, ex iſtis, ſive templis, ſive Eccleſiis tandem progreſſu temporis, ſub poſterioribus Imperatoribus, ut ſunt omnium rerum initia exigua, factos eſſe Epiſcopatus. Quomodo etiam Auctor Anonym. ſentire videtur: Dictus Carolus Rex (inquit) ne patria illa ſpiritualibus capitibus aliquando deficeret, incepit ibidem Epiſcopatus facere (hoc eſt initium dedit Epiſcopatibus) pariter & dotare, inter quos primus fuit Epiſcopatus Oſnaburgenſis, & ſucceſſive Paderbornenſis, & poſtea Monaſterienſis & tandem Mindenſis cathedrales Eccleſiæ inceptæ, & cooperante Domino ſucceſſu temporis perfectæ, nec non multis temporibus bonis terris caſtris (à ſucceſſoribus Caroli) dotatæ fuerunt, quarum aliquas B. Leo Papa, illis temporibus exiſtens cum Carolo in antiqua Saxonia conſecravit, &c. Eccleſias ergo intelligit, quas Leo Papa † anno 804. ſe- 9
cunda vice in Germaniam veniens conſecravit, ſicuti eas recitat Rolevvink. *d. lib.* 2. *cap.* 9. Abbas Stadenſ. *Poëta Paderborn.*

Præſul Apoſtolica Roma perrexit ab urbe,
Auguſti Leo flagranti deductus amore.

Eccleſia quoq; pro cauſſis, quibus Imperiali
Eſſe videbat opus munimine &c.

Quæ ſucceſſive in Epiſcopatus creverunt. Quod ſi tum Epiſcopatus extitiſſent, illi potius à Leone Papa conſecrati fuiſſent. Eodem anno Carolus Eccleſiam
10 † Oſnaburgenſem omnium primum in Saxonia à Witikindo Duce prius fundatam, dotavit, ſcholasque illic tam Græcas, quam Latinas inſtituit, eo fine, ne unquam Clerici utriusque linguæ gnari illic deeſſent. Extat diploma *de Anno* 804. apud Cranz. *lib.* 1. *metrop.* 2. Lindenb. *in Chron. Caroli fol.* 117. In quo notandum eſt,
11 Epiſcopum † pro presbytero accipi ex veteri loquendi conſuetudine, *c. legimus*, 24. *in pr. diſt.* 93. *c. ecce*, 6. *diſt.* 95. Pontan. *lib.* 6. *orig. Franc.* 5. Quomodo etiam alii auctores de primis Epiſcopis Saxoniæ loquentes intelligendi ſunt. Cæterum poſtea Ludovicus Pius presbyteros in Epiſcopos κατ' ἐξοχὴν ita dictos, ac
12 Principes † regni ſublimavit, Helmold. *lib.* 1. *cap.* 4. Heig. *lib.* 1. *quæſt. Saxon.* 4. *n.* 54. Addit Cranz. *lib.* 1. *metrop.* 23. etiam jurisdictiones ipſis tum eſſe conceſſas. Quod tamen ſub Ottone demum factum eſſe diximus. Ab eo tempore fortaſſe
13 ſecundum † dignitatis cingulum uſurparunt Epiſcopi, *art.* 3. *libr.* 1. Landrecht. Laurent. Ohm. *in tract. de jure Epiſcop. th.* 19. quem ſub Carolo M. nondum habue-
14 runt. Poteſt etiam eſſe, quod & † cœnobia quædam per Saxoniam condiderit Carolus, de quibus ita *Auctor Anonym.* Carolus Rex ab aliquibus præpotentibus & nobilibus vicinis dominis Saxonibus, quos nullatenus etiam cum potentia vel alias inducere poterat, ut ad eandem fidem converti vellent, emit pecunia dominia eorum in optima terra, & in illis conſtrui fecit plura ſolemnia monaſteria &c. Hæc pietas & munificentia Caroli in propaganda Chriſtiana religione
15 Monachis fingendi licentiam præbuit, de multitudine † cœnobiorum & epiſcopatuum ab ipſo conditorum, dum quilibet antiquitatem ſuæ Eccleſiæ à Carolo M. deducere ſatagit. Hinc illa jactantia: Carolum ad numerum litterarum Alphabeti cœnobia fundaſſe, & in unoquoque per ordinem unam litteram de auro fabricatam reliquiſſe, *gl. ad artic.* 81. *libr.* 3. Landrecht. Magn. Chron. Belg.
16 Mutius *lib.* 8. *rer. Germ.* Primam litteram A † Aquisgranenſe collegium ſibi vindicat, ultimam Z. Tigurino (Zürich) in Heluetia relinquunt. Stumf. *in Helvet.* Petrus à Beeck *in Aquisgran. cap.* 2. Quod tamen ob linguæ Latinæ dignitatem contraniti poſſet. Sed & Corbeienſis templi frontiſpicio, lit. A. impreſſa
17 eſt, Meibom. *in Irmenſ. cap.* 11. Ut hinc quoque diſſonantiam fabulæ † deprehendas, proculdubio ex Turpino natæ, de templis D. Jacobo à Carolo conſecratis. Lindenbr, *in Chron. Carol. fol.* 256. Alii etiam Dagoberto Regi eam tribuunt, ut ex Chronico Coloni. refert Guilh. Kyriand. *in annal. Trevir. part.* 8. Ut in tota hac materia parum veri ſuperſit detractis fabulis.

Caput

Digitized by Google

CAPUT XXX.

De Decimis Saxoniæ.

SUMMARIA.

1 *Decimæ an Saxonibus imperatæ?*
2 *An jure divino debeantur?*
3 *Quomodo à Clericis diſtribuendæ?*
4 *Decimæ Germaniæ in feudum conceſſæ.*
5 *Item in Gallia.*
6 *Caroli Martelli pœna.*
7 *Thuringi decimarum expertes.*
8 *Joannes Semeca contra decimas diſputat.*
9 *Septentrionales populi decimas ignorant.*
10 *Item jus Saxonicum.*
11 *Decima quandoq; pro cenſu accipitur.*
12 *Concilium Lateranenſe de decimis diſponit.*
13 *Decimæ Saxoniæ regiæ menſæ deputatæ.*
14 *Decimæ quando Eccleſiis conceſſæ?*
15 *Item ſecularibus in feudum datæ.*
16 *Propter defenſionem Eccleſiarum.*
17 *Decimæ inter Eccleſias & Principes diviſæ.*
18 *Reſignatio decimarum.*
19 *Mutatio creditoris debitori non prodeſt.*

IN eodem prætenſo diplomate ex ſpeciali libertate Saxones cætera immunes, decimas † tamen Eccleſiis pendere jubentur, utpote jure divino debitas. At- 1
qui id quoque falſum eſt. Utut enim hic immedio relinquatur, utrum † deci- 2
mæ clericis jure divino (Novi ſcilicet Teſtamenti) debeantur, quod affirmat jus Canonicum *c. decimas, 16. q.* 1. *c. parochiis, ext. de decim. gl. in cap. clem.* 1. *de decim.* Guid. Pap. *deciſ.* 284. Negat Arniſæ. *de exemt. cler. cap.* 4. *in princ.* conſtat ex capitulari Ca-
rolino eas clericis quidem † ſolvendas eſſe, ſed ita, ut quarta tantum pars ipſo- 3
rum ſuſtentationi cedat. *lib.* 3. *LL. Longob.* 3. *c. vobis*, 12 *q.* 2. Arniſæ. *d. c.* 4. Quod in Concilio Salisburgenſi à Carolo M. coacto ita ſtatutum eſt. Aventin. *lib.* 4. *annal. Centur. Magdeb.* 9. *c.* 9. Sed hoc non ubique in Germania obtinuit. Teſtatur enim B.
Rhenanus *lib.* 2. *rer. Germ.* poſt ſubactos † Germanos à Clodoveo Pipino & Ca- 4
rolo M. nobiles eos Eccleſiarum pro beneficiis ex liberalitate regia poſſediſſe, etjam dominicas decimas, quæ ad ſacella regni pertinebant, diverſas à parochianis. Sed adverſus hunc abuſum non deſtitiſſe clamare Epiſcopos, &c. Item in Gal-
lia † & Hiſpania contigit, occaſione quam retulit Anton. Mat. *in not. ad Guid.* 5
Pap.

6 *Pap. deciſ.* 288. Quam pœnam ex eo facto incurrerit Carolus † Martellus le-
gere licet apud Ganguinum & Æmilium: ſed ut naturalem & omnibus homini-
bus communem eam eſſe teſtetur Camerar. *lib.* 1. *medit. hiſtor.* 11. Sed nec Thu-
7 ringi † ſub Henrico IV. decimas ſolvere volebant, cui fini ſynodus Erphurten-
ſis habita eſt, Lambert. Schafneb. Clemens IV. cum ad liberationem terræ ſan-
ctæ decimas à Germanis exigeret, illi ſe oppoſuit Joannes Teutonicus dictus Se-
8 meca, † præpoſitus S. Stephani Halberſtadenſis & gloſſator Decreti Gratiani,
ob idà Papa excommunicatus & præpoſitura ſpoliatus, ab ipſius decreto ad Con-
cilium appellavit, Cranz. *in paralip. Urſperg. & lib.* 8. *Saxon.* 27. Chron. Sclav. *ad A.*
1271. Tholoſan. *lib.* 2. *ſyntagm.* 20. *n.* 3. Et ſimile quid tentavit Gregorius XI. apud
Cranz. *lib.* 16. *Saxon.* 2. Neque dubium, quin ea cauſa ad Saxoniam, in qua com-
morabatur Semeca, principaliter ſpectaverit, hactenus decimarum clericalium
expertem. Quod onus inſuetum ſtatim poſt converſionem Saxonibus impone-
9 re in conſultum erat, ſicut de Danis aliisque † ſeptentrionalibus populis *teſtatur*
Adam Bremenſ. *cap.* 203. quod decimas dare nolint, *& cap.* 238. de Normannis:
Barbari adhuc decimas dare aut neſciunt, aut nolunt. Loquitur autem de tem-
10 poribus Henrici IV. Cæſaris. Certe in jure Saxonico, † inter jura, quæ cle-
ricis debentur, decimæ non continentur, *art.* 2. *libr.* 1. Landrecht. Quam-
vis enim *art.* 48. *lib.* 2. Landrecht. de decimis agat, tamen illic non eccleſiaſticæ ſed
11 ſeculares decimæ intelliguntur. Unde etiam indifferenter decimæ, † cenſus
& pacta (Zehend/ Zins/ Pacht/) à colonis præſtanda dicuntur, *art.* 58. *lib.* 2. Ita
enim gallina, quæ pro decima ædium ſolvenda eſt die Martini, *in d. art.* 48. cen-
ſus appellatur, *in d. art.* 48. ubi recte gloſſa: Nota, inquit, quod iſte articulus, in
parte, qua de decimis dicitur, intelligitur de iis, quæ laicis fuerunt conceſſæ, de
hoc vide *c. cum & plantare, ext. de privileg. c. prohibemus, de decim.* ademtæ ſcilicet ipſis
12 in Concilio Laterano † anno 1179. Ante illam enim prohibitionem etiam lai-
ci decimas habebant. Hactenus *gl. in d. art.* 48. *n.* 3. Quibus illæ etiam relinquen-
dæ ſunt. Menoch. *6. de præſumt.* 86. *n.* 4. Ipſe Innocent. 3. *in d. Concilio, ex quo eſt c.* 32.
ext. de decimis, dum fatetur eſſe quasdam regiones, quarum incolæ de more deci-
mas non perſolvant, proculdubio etiam Saxoniam comprehendit. Et text. *in d.*
art. 48. dum hanc conditionem addit: ubi ſeu quando decimæ debentur: ſatis
innuit, eſſe loca ſeu prædia, quæ non decimentur. Imo utut de Eccleſiaſticis de-
cimis d. text. intelligas: tamen hoc jus ſerius à tempore Concilii Laterani in Sa-
xonia invaluiſſe oportet. Nam tempore Caroli M. id non viguiſſe, neque tum
13 Saxones Eccleſiaſticis decimas † præſtitiſſe, ſatis conſtat ex eo, quod Carolus
decimas ſibi peculiariter reſervarit. Sic enim ſcribit Gobelin. Perſona Canon.
Paderborn. *in coſmodrom. at.* 6. *cap.* 38. Licet decimæ de jure divino ſpectare no-
ſcantur ad Sacerdotes, Carolus tamen decimam in his partibus (Saxoniæ) menſæ
regiæ reſervavit. Et inde eſt, quod laici in partibus iſtis decimas obtinent. Cæ-
14 terum Imperatores & Principes Saxonici ſucceſſive decimas Eccleſiis † per
ſpecia-

Digitized by Google

ſpecialia privilegia donarunt. Quibus itidem opus non fuiſſet, ſi decimæ jam ante ex generali conceſſione Caroli ad Eccleſias pertinuiſſent, cum res ſemel mea facta, non amplius fiat mea, ut modo dictum. Ita dicitur *in charta erection. Eccleſ. Magd. in Concilio Ravennat.* factæ, de Ottone M. Imp. quod Eccleſias Magdeb. conſtruxerit, & ad utilitatem earum, caſtra, villas, prædia decimas ex proprio conceſſerit. Ipſe Otto Imp. in privilegio Eccleſiæ S. Petri Magdeb. concedit decimam locorum quorundam. Et in diplomate dato Monaſterio S. Ludgeri prope Helmaſtadium Academiæ Juliæ ſedem, in perpetuum jus donat omnem decimationem quarundam villarum &c. Extant diplomata *poſt annales Witichindi Corbeienſis.* Ab eo tempore ſeculares decimas † viciſſim ab Eccleſiaſticis feudi jure accepe- 15
runt, quibus illas antea dederunt ſeculares. De Adelberto Archiepiſcopo Bremenſi, tempore Henrici IV. ſcripſit Adam Bremenſ. *in hiſtor. Eccleſ. cap. 165. & ex eo* Albert Abb. Stadenſ. quod curtes Epiſcopis, & decimæ Eccleſiarum omnes ceſſerint in uſum laicorum. Idem teſtatur Imp. Fridericus Barbar. apud Arnold. Lubec. *lib. 3. Chron. Sclav. 8.* Cum tempore Chriſtianitatis ab adverſariis infeſtarentur Eccleſiæ, easdem decimas † prætpotentes & nobiles viri ab Eccleſiis in 16
beneficio ſtabili acceperunt, ut ipſi defenſores Eccleſiarum fierent. Repetit Cranz. *lib. 6. Saxon. 25.* Et Vadian. *lib. 1.* de monaſter. agens de tempore Carolino. Decimæ propriæ Eccleſiarum erant, certis limitibus, quas tunc marcas vocabant, diſcretæ. Nec decimas ſolum ſed & nonas partes ſolvebant coloni. Alicubi & tertias dabant, qui eo pacto agrum (ab Eccleſia) conduxiſſent. Jam tum erant non abbates modo, ſed nobiles etiam, qui Principum indulgentia abuſi, decimas ſibi frequenter vendicabant, &c. Quod tamen paulo ſerius contigiſſe videtur. Quandoque etiam decimæ inter Principes † & Eccleſiaſticos dividebantur, ut 17
in Epiſcopatu Lubecenſi, *in Chron. Sclav. c. 37.* quod itidem teſtatur *ad A.* 1472. cives Lubecenſes ad exactionem decimarum ab Imp. indictam ſurdas aures habuiſſe. Pertinet huc quoque † reſignatio decimarum à laicis in Eccleſiaſticos 18
facta, de qua extat diploma Balduini Archiepiſc. Hamburg. *apud Lindenbr.* Non ergo quoad præſtationem decimarum privilegium ullum à Carolo M. acceperunt Saxones, quippe ex quo etiam parum emolumenti percepturi fuiſſent: niſi quod perſonas † creditorum tantum mutaſſent, ac pro laicis clericos exacto- 19
res longe rigidiores, ſtatim non tantum cum ſacco, ut eſt *in l. 105. ff. de ſolut.* ſed etiam cum bulla, hoc eſt, excommunicatione paratos accepiſſent.

Caput XXXI.

De prætenſa donatione Pontifici Romano & Eccleſiaſticis facta.

Summaria.

1 *Privilegium Saxonum, quare non obſervatum?*
2 *Caroli M. virtus & pietas.*
3 *Carolus canonizatus.*
4 *Ludovici filij pietas.*
5 *Libertas Saxonum merum commentum.*
6 *Antiquitas veritati non præjudicat.*
7 *Neotericorum induſtria.*
8 *Dies diem docet.*
9 *Saxones Chriſtianæ fidei addicti.*
10 *Caroli munificentia in Eccleſiam Rom.*
11 *Ejusdem devotio erga D. Petrum.*
12 *Concilium Triburienſe à quo celebratum?*
13 *Controverſia de exemptione Eccleſiæ Bremenſ.*
14 *Donatio Caroli M. ab Ottone confirmata.*

1 QUid ergo dicimus? an libertatis privilegium † à Carolo M. publico & ſolenni ſcito Saxonibus irrogatum, poſtea non obſervatum credemus? cum doctiſſ. Reinec *ad Annales Caroli*, quem ſequitur Knich. *in Encycl. c.* 1. Atqui Ca-
2 roli virtus † & juſtitia quam tantopere deprædicant Eginh. aliique hiſtorici, à
3 qua non ſolum Magni cognomen; ſed etiam poſt mortem ab Hadriano Papa † canonizari, & in numerum divorum referri meruit, juxta Aventin. *lib.* 4. *annal. Boio.* Wern. Rolevv. *lib.* 2. *c.* 10. Lindenbr. *in Chron. Caroli M. in fin.* Qua de re extat conſtitutio Friderici I. apud Gold. *tom.* 1. *conſtit.* non patitur, tum ſiniſtrum opinionem de ipſo concipere. Numquam enim paſſurus fuiſſet, perfidiæ notam ſibi inuri, quam tam ſevere in ipſos Saxones vindicaſſet. Sed neque Ludovici filii &
4 † ſucceſſoris pietas, à qua etiam Pii cognomen meruit, eandem ſuſpicionem admittit, quippe qui Saxonum libertates & jura amplificavit, non debilitavit, *ſupr. c.* 24. Itaque reſtat, ut totum illud de Saxonum libertate & donatione Eccle-
5 ſiaſticis à Carolo M. irrogata, † purum putum figmentum eſſe ſtatuamus, à Monachis ad Eccleſiaſticæ potentiæ in Saxonia exaltationem inventum. Apud hos enim tantum prætenſum hoc privilegium invenitur, nullibi à politicis aut hiſtoricis allegatum, aut ad illud à Saxonibus in contentione cum Henrico IV. & V. aliisque Imperatorib. provocatum legitur. Tantum abeſt, quod id umquam
6 in uſum deductum vel attentum fuerit. Neque obeſt, ſi dicas antiquum † id

eſſe

eſſe & tralatitium inter ſcriptores, ut propterea indubium vocari non debeat. Quia eo magis ſuſpectum eſt, eo quod Poëta Paderborn. haud dubie Monachus, qui primus id hiſtoriæ Carolinæ aſſuit, ſub Arnulpho Imper. centum annis circiter poſt Carolum vixit. Ac potuit mature fabula condi, quæ ſubſequentes ſcriptores decepit, ut illi temere & ſine inquiſitione veri fidem haberent. Multa hodie à Neotericis † obſervantur, quæ veteres ignorarunt, prout dies diem ac 7
ætas ætatem docet. Qua de re eleganter Cranz. *lib.* 2. *metrop.* 4. Nemo ſibi blandiatur de auctoritate veterum, inquit, quibus etſi fabulæ diſplicuerunt, non tamen habebant, unde falſitatem earum coarguere poſſent. Sed noſtra ætate crebreſcentibus litterarum monumentis, inexcuſabilis torpor eſt in fabulis ſcientes prudentesque permanere. Nimirum quia juxta Mantuan. *in* 3. *Alphonſ. libro.*

Cuncta aperit ſecreta dies, † ex tempore verum 8
Naſcitur, & veniens ætas abſcondita pandit.

Primus inventor fabulæ occſionem ſumſit ex verbis Eginhardi quibus ſcribit: bellum Saxonicum ea conditione finitum eſſe, ut abjecto dæmonum cultu & relictis patriis ceremoniis, Saxones Chriſtianæ religionis ſacramenta perciperent, & Francis adunati unus cum eis populus efficerentur. Hoc eſt, ut Chriſtiani
† fierent, & Francico Imperio una cum aliis ſubditis provinciis jungerentur Saxones. *ſupr. cap.* 26. *n.* 3. Ea verba fabulator ita invertit, ut Saxones proprium 9
Eccleſiaſticorum populum fingeret. Quaſi iidem Chriſtiani fieri & Deo ſervire non poſſent, niſi ſeculari poteſtati ſubtraherentur. Addiderunt alii donationem D. Petro ejusque ſucceſſori Pontifici Romano factam eſſe, eo quod is ſit Eccleſiaſticorum caput. Adjuti verbis Ejuſdem Eginhardi, quando ſcribit: Carolum
† præ cæteris ſacris locis apud Romam B. Petri Apoſtoli Eccleſiam coluiſſe, in 10
cujus donaria magnam pecuniæ vim congeſſerint. Neque illum toto regni ſui tempore quidquam duxiſſe antiquius, quam ut urbs Roma opera ſua ſuoque labore vetere polleret auctoritate, & Eccleſia S. Petri per illum non ſolum tuta ac defenſa, ſed etiam opeibus ſuis præ omnibus Eccleſiis eſſet ornata atque ditata. Eadem reverentia Caroli † colligitur ex capitulari Caroli ex quo eſt *cap.* 3. *diſt.* 11
19. ubi ipſe fatetur, in memoriam S. Petri honorandam eſſe ſanctam Sedem Romanam. Sed hoc licet unum eſſe ex 23. capitulis, quæ Carolus M. ad omnes provincias miſerit, putet Naucler. *fol.* 2. *gen.* 28. tamen is in eo erravit, cum id inter capitula Caroli, quæ pro genuinis habentur non reperiatur. Rectius Burchard. Epiſcopus Wormacienſis Leone & Gratiano antiquior, id citat ex Concilio † 12
Triburienſi, ſive Friburgenſi *cap.* 30. quod ſub Arnulpho Imp. celebratum eſt. Sleid. *lib.* 3. *de* 4. *ſum. Imper.* Cranz. *lib.* 2. *metrop.* 19. & 20. In quo † controverſia de exemptione Eccleſiæ Bremenſis deciſa eſt, Adam Bremenſ. *cap.* 41. Cranz. 13
libr. 2. *Saxon.* 32. *ſupr. c.* 29. *n.* 5. Et utut vera ſit donatio Caroli † B. Petro ac 14
Pontifici facta, quam Otto M. una cum filio anno 962. ſolenni diplomate, quod extat apud Goldaſt. *tom.* 3. *conſtit. fol.* 44 confirmaſſe dicitur, ſed quam in facto negant

Digitized by Google

gant Sleid *d. lib.* 3. Arniſ. *de exemt. cler. cap.* 6. *n.* 10. Goldaſt. *in rational.* ea tamen ad Italiæ quædam loca tantum pertinet, non ad Saxoniam, cujus nulla prorſus illic ſit mentio.

Caput XXXII.

De origine fabulæ ex legenda S. Viti.

Summaria.

1 *Legenda S. Viti fabularum mater.*
2 *A Monachis Corbeienſibus fabricata.*
3 *S. Viti corpus Corbeiam delatum.*
4 *S. Vitus Saxonum patronus.*
5 *Libertatis Saxonicæ collator.*
6 *Canonizatus.*
7 *Epiſcopi Bremenſes ex Corbeia petiti.*
8 *Templa S. Vito dedicata.*
9 *S. Vitus à Rugis pro Deo cultus.*
10 *Templum S. Viti.*
11 *Fabula de donatione S. Vito facta.*
12 *Vitus pro homine excellenti.*
13 *Morbus S. Viti.*
14 *Contradictio temporis.*
15 *Gregorius Papa legendam S. Viti legit.*
16 *Nuſpiam tamen allegavit.*

1 INitium hujus fabulæ factum eſſe videtur à legenda S. Viti Martyris, † cujus fidem non omnino probat Reinec. *de orig. Saxon. fol.* 32. & Meibom. *in not. ad*
2 *Witichind.* multa ſuperſtitioſa continere affirmat. Ea à Monachis † Corbeienſibus conſuta, eo tendit, ut non ſolum ab antiquitate dignitatem ſui Monaſterii commendet, ſed etiam honorem S. Viti patroni ſui exaltet. Hujus enim cor-
3 pus † ſub Ludovico Pio in Saxoniam delatum, & in Corbeienſi Monaſterio, Paderbornenſis diœceſis ab ipſo condito repoſitum eſt, Gobel. *in Coſmodr. at.* 6. *c.* 36. Unde S. Vitus, non ſolum Corbeiæ ab Helmold. *lib.* 1. *Chron. Sclav.* 6. Sed
4 totius † etiam Saxoniæ patronus appellatur à Witich. Monacho Corbeien-
5 ſi *lib.* 1. *annal.* quippe cui ſuo adventu Imperium Romanum † cum libertate intulerit. Ita enim habent verſus antiqui de translatione S. Viti:

Ex tunc translatum fuit à te Francia ſacrum
Imperium, Divi quo nunc gaudent Alemanni,
Chronica Martini dant hoc, veteres quoq; libri.

Item Adam Brem. *in hiſt. Eccl. c.* 12. & Henricus Wolterus *in Chron. MS.* Anno 33. Wille-

Willerici Epiſcopi Bremenſis Ludovicus fundavit monaſterium novæ Corbeiæ
in Saxonia de antiqua Francia. Et miſſum eſt ibi corpus S. Viti Martyris, cum
quo de Francia venit regnum Romanum cum auctoritate clericorum ad Saxo-
niam, quaſi jure hereditario. Adde Cranz. *lib. 3. Saxon. 6.* De fundatione cœ-
nobii à Ludovico Pio facta conſentit Abb. Stadenſ. *ad A. 826.* licet Meibom. *in*
not. ad Witichind. quadriennio citius id factum velit. Lapſus ergo in eo eſt Auctor
Anony. *de jurib. imper.* quando fundationem illam Carolo M. adſcribit. Hinc
tanta S. Viti auctoritas eſſe cœpit, ut à Papa † canonizaretur. Vigilia ejus cele-
bratur idibus Junii, de qua notus eſt verſiculus:

Vitus Lucia, ſunt duo ſolſtitia.

Fulget nomen in calendario alicubique proximo ante Rulandum die, non malo
utriuſque omine. Sicuti etiam in Luxenburgo arx Rulandi à S. Vito non lon-
ge diſtat. *ſupra cap.* 12. *n.* 10. Ex hoc cœnobio † Corbeienſi multi Monachi & viri 7
docti prodierunt, qui non ſolum Eccleſiis Hamburgenſi & Bremenſi in Epiſco-
pos electi præfuerunt, ſed etiam trans Albim religionem Chriſtianam propaga-
runt. Inde multa monaſteria ac templa S. Viti † memoriæ ubique dedicata, 8
ut Heslingæ, Adam Brem. *c.* 58. uſque adeo, ut fere pro Deo coleretur. Ita enim
de † Rugis teſtatur Helmold. *d. c.* 6. quod cum illic tempore Ludovici II. Mona- 9
chi Corbeienſes oratorium in honorem Dei & commemorationem S. Viti fun-
daſſent, incolasque convertiſſent, ipſi incolæ S. Vitum pro Deo coluerint, ſolo
nomine S. Viti gloriantes eique templum † & ſimulacrum (quod dicebantur 10
Svvantevvith) ampliſſimo cultu dedicantes. Conſentit verbo tenus Chron.
Sclau. *editum ab Erpold. Lindenb. c.* 5. ut id ex Helmold. exſcriptum videatur. Ubi
mireris, cur non eadem fortuna Rulandi idolum ſecuta ſit, ſecundum ea quæ dixi-
mus *c.* 19. Eſtque hinc alia quoque † nata fabula, ex tenui fama, ut loquitur 11
Helmold. *lib.* 2. *c.* 12. Ludovicum Caroli filium olim terram Rugianorum obtu-
liſſe B. Vito in Corbeia, eo quod ipſe fundator extiterit cœnobii illius. Ut ſic
utraque donatio ex eodem fonte proceſſerit. Supereſt adhuc in noſtris parti-
bus proverbialis locutio de † homine excellenti: er heiſt Vit / er ſoll Vit heiſſen. 12
Item morbus † S. Viti, S. Vits Dantz / de quo Camer. *lib.* 2. *ſubſeciv.* 81. Quem in 13
inferiori Saxonia vigere ſcribit Bod. *in meth. c.* 5. & deſcribit plenius Zvving. *volum.*
3. *libr.* 3. *theatr. vit. huma.* Cæterum quidquid ſit de fundatione Corbeiæ & tranſ-
latione S. Viti certum eſt fabuloſum eſſe munus, quod ſuo adventu in Saxoniam
attuliſſe dicitur Vitus, cum tempora † diſcrepent. Translatio enim Viti facta 14
ſcribitur à Warino Abbate ann. 836. Atqui translatio Imperii à Francis ad Saxo-
nes ſub Henrico Aucupe demum contigit. *ſupra cap.* 25. *n.* 14. Quomodo ergo
S. Vitus ſuo adventu ſub Ludovico Pio, octoginta quatuor annis ante, tantum
beneficium tranſlati imperii, ut Witichindus Monachus gloriatur, Saxonibus
afferre potuit? Quomodo imperium cum auctoritate clericorum in Saxoniam
importavit S. Vitus, cum auctoritas iſta clericorum Imperium Saxonibus non

Digitized by Google

adimat ſolum, ſed etiam prætenſa donatio Eccleſiaſticis facta Henrici Aucupis, adeoq; Ludovici tempora præceſſiſſe fingatur. Niſi forte S. Vitus etiam poſt mor-
15 tem miracula fecit. Hujuſmodi legendas proculdubio intellexit † Gregorius VII. Papa *ſupra. cap.* 22. *n.* 10. quando ad Saxonum ſcripta provocat, illorum lectionem proculdubio nactus, cum privatus adhuc una cum Gregorio VI. Anteceſſore ſuo ab Henrico III. Imp. ad partes Teutonicas amandatus eſſet. Mirum autem, cur ipſe Gregorius in contentione cum Henrico IV. Imperatore numquam ad hoc
16 † privileginm Saxonum provocarit, illoſque hoc jure in ſuam poteſtatem aſſeruerit, habiturus eos facile conſentientes, niſi quia vanitatem ejus fabulæ ipſe intellexit?

Caput. XXXIII.

De ſuppoſititio diplomate Carolino.

Summaria.

1 *Privilegia publicam fidem merentur.*
2 *Si modo genuina ſint.*
3 *Adami Bremenſis diploma ſuſpectum.*
4 *Ideo à Lindenbrogio neglectum.*
5 *Quinq; diplomata ejuſdem tenoris.*
6 *Lulli Archiepiſcopi Moguntini obitus.*
7 *Tempore belli templa non fundantur, ſed vaſtantur.*
8 *Belli Saxonici diuturnitas.*
9 *Anticipatio temporis falſitatis indicium.*
10 *Inanis eſt donatio rei alienæ.*
11 *Epocha diplomatis Oſnaburgenſis.*
12 *Eccleſia Oſnaburgenſis antiquiſſima.*
13 *Primus non eſt, quem alii præcedunt.*
14 *Reineccii conciliatio rejecta.*
15 *AEra annorum Chriſti quando cœperit?*

At inquis, privilegia ac diplomata Principum, utpote inſtrumenta publica,
1 publicam † quoque fidem mereri, ita ut contrariam probationem non admittant. *l. cenſus,* 10. & ibi Dd. *ff. de probat.* Rutger. Ruland. *part* 2. *de commiſſ.* 5. *cap.*
2 6. *& ſeqq.* Quod verum eſt, ſi genuina † ſint, non ſi res manifeſte falſas contineant aut alio vitio laborent, ut illud Henrici Imperatoris fortaſſe ſecundi ab Abbate de Scozula productum quod Innocent. III. ut falſum & ſuſpectum reprobavit *in c. inter dilectos, ext. de fid. inſtrum.* ubi vide Canoniſt. Ejuſdem generis eſſe
3 videtur diploma † Carolinum, de quo dictum *cap.* 27. *n.* 7. nempe fictitium & adulterinum, quia non ſolum manifeſte falſa continet, ſed etiam æra appoſita narratis temporique adverſatur. Ut propterea nullum ipſi conſeſſum inter diplomata

mata † Hamburgenſis & Bremenſis Eccleſiæ, à ſe edita tribuerit, ſed rectè id omiſerit Erpoldus Lindenbr. Præterquam enim quod veriſimile non eſt, Imperatoris ſcriniarios diplomati publico res falſas inſerturos fuiſſe, etiam quatuor † alia, & fortaſſe plura ejusmodi diplomata Carolina reperiuntur, in quibus ſicuti unum & idem exordium de libertate Saxoniæ ac res ejuſdem fere tenoris continentur, ita eadem ſubſcriptio ac epocha appoſita eſt, annus videlicet Chriſti 788. niſi quod Verdenſe biennio antiquius eſt. Ut facile appareat unum ex altero exſcriptum eſſe, unum datum Trutmanno Comiti, quod ex Archivis civitatis Tremonienſis retulit Henricus Meibom. *in notis ad Witich annales.* Alterum Eccleſiæ Verdenſi prætenſe datum. Tertium de tributis provinciarum indigetavit Melchior Gold. *tom. 3. conſt.* Quibus addimus quartum ex Henrici Wolteri *MC. Codice*, qui extat in bibliotheca Illuſtris Comitis Oldenburgici, quod diploma cum illo Adami Bremenſis in exordio quidem de libertate Saxoniæ verbotenus congruit, in cæteris plane diſcrepat. Pleraque in eo conveniunt, quod data ſint Moguntiæ, interventu Hillonis Moguntiacenſis Epiſcopi, quo nomine nullus in rerum natura fuit. Pro quo ſi fortean Lullus ſubſtituendus eſt, † qui S. Bonifacii ſucceſſor fuit (Nam Verdenſe Lullonem nominat, Stephanus II. *in rubr. c. 13. diſt. 16.* Luthobium) is tempore dati diplomatis jam defunctus fuit. Obiit enim An. 786. juxta Annales Fuldenſes vel ſaltem Anno ſequenti, ut volunt Herm. Contract. Maria Scotus. Petrus Merſæus *in annal. Epiſc. Mogunt.* Quomodo ergo An. 788. ipſius interventu privilegia irrogari potuerunt? Quomodo illis annis fundari Epiſcopatus in Saxonia, cum bellum † illic vigeret crudeliſſimum, Saxonibus fidem Chriſtianam pertinaciter recuſantibus? Conſtat enim *ex Eginhardo*, bello † Saxonico nullum à Carolo vel atrocius vel diuturnius aut Francorum populo laborioſius geſtum eſſe, quippe quod continuos 33. annos duravit. Repetunt Helmold. *lib. 1. Chron. Sclav. 3.* Abb. Urſperg. & Stadenſ. Lindenbr. *in Chron. Caroli M.* Poëta Anonym.

4 5 6 7 8

Quos per tres denos & tres tam duriter annos &c.

Bellum aut Saxonicum indictum eſt in Comitiis Wormatienſibus A. 772. Abb. Stad. M. Wagener *in Chron. Caroli M.* Finitum A. 803. Quomodo ergo in chartis iſtis, Ann. 788. datis, adeoque in medio † belli fervore gloriari potuit Carolus, Saxones à ſe penitus devictos eſſe? Quomodo in provinciam redacta fuit Saxonia, pro qua adhuc, ne provincia fieret, maſcule pugnabant Saxones? Quomodo dominium Saxoniæ clero donari potuit, quod nondum habebat Carolus, qui nec prodigus de ſuo, nec liberalis de alieno eſſe conſuerat? Sicuti enim ipſe riſit Nicephori Græci Imp. vanitatem † Helmgoto Legato Caroli Saxones donantis, Avent. *lib. 4. annal. Boior.* Spangenb. *in Chron. Saxon. c. 85.* adeo quidem, ut diceret Carolus: multo melius tibi conſuluiſſet Rex ille, ſi unum lineum femorale ad tantum iter tibi tribuiſſet, juxta Monach. Sangall. *lib. 2. de geſtis Caroli*: ita facile cogitare potuiſſet, hanc ſuam inanem præſumptionem ab aliis eodem

9 10

riſu exceptum iri. Quomodo pacis cum Saxonibus initæ, rerumque quindecim annis poſt demum geſtarum mentio fieri potuit? niſi fortaſſe Carolum M. vatem
11 ac rerum futurarum præſcium fuiſſe dicas? Deinde in diplomate † Oſnaburgenſi, datum à Carolo A. 4. (ultra 800. ſcilicet. Sic enim conveniunt Anni Chriſti, cum annis Imperii Carolini, eamq; epocham recte ſequitur Auctor *de libert. Eccl. c. 1.*) dici-
12 tur, illam † Eccleſiam primam in omni Saxonia eſſe conſtructam. Atque in eo conſentiunt omnes Hiſtorici, ut Rolevv. *2. de laud. Sax.* S. Cranz. *lib. 1. metrop. 2. & lib. 2. Sax. 11.* Auctor *de jur. Imp.* Dreſſer. *millen. 5. fol. 227.* Lindenb. *in Chron. Caroli fol. 116.* Quomodo aut prima eſſe poſſet Eccleſia Oſnaburgenſis, ſi vel Verdenſis Eccleſiæ octodecim vel ſedecim annis ante fundatæ fuiſſent, cum primus ſit ille, quem
13 nemo † antecedit. *leg. 92. ff. de verb. ſignif. leg. 34. de vulg. & pup. ſubſt.* Torſit hic
14 ſcrupulus etiam doctiſſimum † Reinec. *in not. ad annal. Caroli,* neque aliter extricare ſe potuit, quam vulgari omnium reſpondentium antidoto, chronologiam à librariis vitiatam eſſe. Atqui præter ſupradicta quinque diplomata ſcriptores, qui illa ſequuntur, omnes in A. 788. unanimiter conſentiunt, ut error tot oculos ac manus effugere difficulter potuerit? *l. 8. in fin. C. qui teſtam. fac. poſſ.* Itaque hæc una & vera eſt reſponſio, omnia illa diplomata ſuppoſititia, unumque ex alio exſcriptum eſſe, quorum primus auctor, cum ex legenda S. Viti illud formaret, perinde ut de Turpino ſuperius diximus, temporis exactam rationem non habuit. Pro quo facit, quod ſcribit Nicolaus Vignierius *in Chron. Burgund. ad Ann.* 885. Ca-
15 rolum Craſſum primum omnium Imperatorum Germanicorum † extitiſſe, qui ſuis libellis epiſtolis ac diplomatibus annos Chriſti addiderit, ab eoque exemplum deſumptum fuiſſe, cum priores ſecundum indictiones annosque imperii numerarent. Suppoſititia ergo anteriora diplomata eſſe oportet, quæ æra annorum Chriſti ſunt inſignita, ſicuti Joan. And. *in d. c. inter dilectos, extr. de fid. inſtr. in verb. indictionis,* docet modum inveſtigandi falſitatem inſtrumenti, ſi ſcilicet indictio non congruat.

Caput XXXIV.

De Carolinis urbium Saxonicarum privilegiis.

Summaria.

1 *Rulandus urbium patronus.*
2 *Hiſtorici & Poëtæ officium diverſum.*
3 *Caroli M. tempore Saxonia urbium inops.*
4 *Henricus Auceps primus urbium fundator.*
5 *Non entis nulla accidentia.*
6 *Henricus Auceps primus privilegiorum urbicorum auctor.*
7 *Textus juris municipalis explicatur.*
8 *Privilegia unà cum urbibus creverunt.*

9 *Magde-*

9 *Magdeburgum ab Ottone M. conditum.*
10 *Contradictio privilegiorum.*
11 *Prima civitatum privilegia tenuia.*
12 *Rulandus an ſit index rerum futurarum?*
13 *Signum re ſignata, an ſit prius?*
14 *Statua Henrici Aucupis honori ponenda.*
15 *Henricus Auceps primus Saxoniæ liberator.*
16 *Deinde Otto Magnus.*
17 *Ingratus eſt qui negat beneficii cauſam.*

A Provincia Saxoniæ ad civitates deſcendimus, in quibus coloſſi Rulandini pedem † fixerunt. Si illis fortaſſe libertatem intulerint, ut S. Vitus Saxoniæ. Eſt enim hæc communis opinio æque alte vulgo impreſſa, ut Eccleſiaſticis illa, de libertate Saxoniæ. Ita enim Poëta quidam Hermannus Meierus *in præfat. Chronici Bremenſ. Dilichiani.* 1

——— Urbs effigiem induerit decorâ
Ut priſcam, avitam abs Cæſare Carolo
Immunitatem, ſceptraq; libera
Receperit, ſub arrhabone
Enſiferi ſtatua Rulandi &c.

Atq; huic quidem ut poëtæ † condonari id poterat, niſi ipſe Guilhelmus Dilichius 2
Hiſtoricum ſe profeſſus eadem ſcripſiſſet. Hoc autem ſubſiſtere non poſſe, non ſolum ſuperius oſtenſum eſt, *c.*19. ſed etiam ex eo planum fit, quod Caroli M. tempore nullæ adhuc urbes in † Saxonia fuerunt, ſed centum demum annis poſt ab 3
Henrico Aucupe primum fundari cœptæ ſunt. Teſtatur id præter alios Luidprand. *lib.* 2. *hiſt.* 8. ubi de de Hungaris deliberantibus Henricum Aucupem opprimere: Saxonum ac Thuringorum terra, inquit, facile depopulatur, quæ nec montibus adjuta, nec firmiſſimis oppidis eſt munita. Clarius Auctor Anonym. *de juribus Imperii:* illo tempore (inquit, Caroli M. ſcilicet) nondum erant in nova Saxonia aliquæ civitates aut oppida munita, ſed villæ campeſtres, atque arces ſeu caſtra, in quibus quidem villis ruſtici, in arcibus ſeu caſtris nobiles & Saxonum ſatrapæ reſidebant. Et poſtea: Hic Henricus (Auceps) incepit † in 4
nova Saxonia primo condere oppida, illaque firmare muris & foſſatis &c. Conſentiunt omnes ſcriptores, quorum aliquot recenſet Chriſtoph. Lehman. *lib.* 5. *Chron. Spirenſ.* 1. ut prolixiori demonſtratione non ſit opus. Imo ne quidem Henrici IV. tempore Saxonia plurimas habuit munitiones, teſte Cranz. *lib.* 5. *Saxon.* 4. Si ergo ſub Carolo M. nullæ urbes in Saxonia fuerunt (quod veriſſimum eſt) quomodo ſtatuæ Rulandi in urbibus Saxonicis erigi potuerunt? Quomodo libertatem & privilegia urbium deſignarent, cum de illis, utpote futuris & incertis ne cogitatum quidem fuerit? Et non entis † nulla ſint accidentia? *l. ſi ſervum,* 4. §. 1. 5

&ibi

Digitized by Google

& ibi Caſtrenſ. *n.* 4. *ff. de act. emt.* Neviz. *in ſylu. nupt. libr.* 1. *n.* 230. ſicuti hoc argumentum in ſimili inducit Knich. *in Encycl. c.* 1. *fol.* 11. Niſi hic quoque Carolum ſpiritu pythonico futura prævidiſſe dicas? Certe privilegia, quibus civitates Saxonicæ hodie gaudent, à ſubſequentibus Imp. ac Principibus longo tempore poſt demum impetrarunt. Quorum omnium antiquior origo cieri non poteſt,
6 quam ad ſummum à tempore Henrici † Aucupis. Hic enim non ſolum oppida in Saxonia condi juſſit, ſed illis etiam generalia quædam privilegia ad annonæ & mercaturæ commoditatem promovendam conceſſit. Sigeb. Gemblac. *ad A.* 925. *Chron. Erfurt. MS.* Spangenb. *in Chron. Saxon. cap.* 119. Guilh. Dilich. *in Chron.*
7 *Brem. fol.* 60. Itaque ad hunc Imperatorem fortean pertinet, quod legitur † *art.* 9. *Weichb.* ipſum ad petitionem mercatorum de conſilio procerum judicaſſe, ut civitates firmas cum muris turribus & propugnaculis extruerent, circa aquas na-
8 vi potentes & flumina navigabilia &c. Ab illo demum † tempore civitates Saxonicæ privilegia quædam impetrare cœperunt, eaque ſenſim ita auxerunt, ſicuti ipſæ numero & opulentia civium, ædificiorum ſplendore & magiſtratuum poteſtate in præſentem magnificentiam ſucceſſive creverunt. Ita Otto M. Mag-
9 deburgum † metropolin Saxoniæ condidit, *infra cap.* 51. *n.* 3. ejusque incolis liberum mercaturæ exercitium conceſſit, Nemlich Freyheit zu ſchiffen / zu handthieren / zu kauffen / und zu verkauffen / ab und zu zufahren / und über alle Land und Meer zu Waſſer und zu Land / zu Roß und Fuß zu reiſen / ihren Gewerb frey zu Lande und zu Waſſer / nach ihren beſten nutzen zu üben und zu gebrauchen / ut habet Brotuff. *in*
10 *Chron. Martiſp. juxta verſionem Galli.* Et tamen thelonium ejus † civitatis idem Otto Monaſterio S. Petri contulit. Diploma extat *poſt annales Witichindi* à Meibom. editi. Spangenb. *autem in Chron. Saxon. cap.* 85. & ex eo Lindenbr. *in Chron. Caroli fol.* 218. hoc quoque caput inter privilegia Caroli M. Saxonibus indulta re-
11 fert. Concaliet iſta qui poteſt. Itaque ſicut initia civitatum † Saxonicarum, ut omnium rerum, tenuia fuerunt: ita privilegia quoque fortunæ ipſarum convenientia fuiſſe oportet, quæ cum tempore incrementa ſumſerunt. Quomodo autem privilegiorum à diverſis Imperatoribus Saxonicis ſucceſſive; impetrato-
12 rum, coloſſi Rulandini † indices eſſe poſſent, ſi tempore Caroli M. collocati
13 eſſent? cum ſignum re ſignata prius eſſe † non poſſit? niſi bicipites coloſſos fingas, qui inſtar Jani Romanorum Deaſtri æque præterita ac futura in ſpiciat. Quo jure illa, quæ Germanici Imperatores poſteriores conceſſerunt, Rulando Gallo dudum ante defuncto adſcribi potuerunt? Perinde ut juri municipali collecto ex Imperatorum Ottonum, & inter illos etiam Quarti, Henricorum & Fridericorum conſtitutionibus, ut habet titulus Weichbildi, *Magdeburg.* ſubiicitur confirmatio Ottonis M. de Anno 948. qua is confirmat jus, quod nondum extabat, ſed aliquot ſeculis poſt demum natum? *infra. cap.* 51. Cur non potius eorum Imperatorum, à quibus manarunt privilegia, tituli ac nomina ſtatuis iſtis
14 præfixa? Henrico Aucupi † ſane is honor duplici nomine debebatur: tum quia

ipſi-

iſ civitatum Saxonicarum primus auctor & fundator: tum quia etiam totius
Saxoniæ liberator extitit, eam non ſol. m Francico jugo ſubtrahens, ſed etiam ab
Ungarorum incurſibus tutam reddens. De poſteriori Auctor Anonym. *ubi ſu-*
pra: Extunc Germania, nec non quædam provinciæ † Italiæ paganis vicinæ, 15
& ſub tributis ſervientes prius ipſis, à jugo ſervitutis & ſolutionis tributi longo
tempore abſolutæ & penitus liberatæ fuerunt, &c. Eadem laus liberatæ Ger-
maniæ etiam † Ottoni M. Henrici filio tribuitur à Theod. à Niem. *in Nemore* 16
Unionis tract. 6. cap. 33. Cur non ergo his potius ſtatuæ collocatæ ab iisque de-
nominatæ? Quod ſi ingratiſſimus † omnium eſt, qui beneficii cauſam & au- 17
ctorem negat, uſq; adeo, ut eo multetur, juxta Dd. *in l. ſi debitor, 45. §. 1. ff. de fideicom. lib.*
quid poſterioribus Imperatori reſponſuri ſint illi, qui hujusmodi fabulas vel com-
miniſcuntur, vel defendunt, ipſi viderint. Multo ſane conſultius foret, privilegia
veris ſuis auctoribus imputare, quam falſæ antiquitatis jactantia, veris quoque
fidem abrogare.

CAPUT XXXV.

De paucitate privilegiorum Carolinorum.

SUMMARIA.

1 *Multitudo diplomatum ſuſpecta.*
2 *Civitatibus rara privilegia à Carolo data.*
3 *Villis privilegia urbica non conveniunt.*
4 *Nundinarum privilegia civitatum propria.*
5 *Villarum incolæ maximam partem ſervi.*
6 *Nobiles & liberi militiæ vel agriculturæ dediti.*
7 *Eccleſiaſtici privilegia impetrabant.*
8 *Venetorum Carolina privilegia ſuſpecta.*
9 *An univerſalem exemtionem importent?*
10 *Bulla aurea quare privilegiis non appendenda?*
11 *Primum eſt, quod nullum aliud antecedit.*
12 *Italiæ urbes Saxonicis antiquiores.*
13 *Aquisgranum à Carolo M. exaltatum.*
14 *Sedes regni Germanici.*
15 *Francia vox etiam Germaniam olim includebat.*
16 *Diploma Aquenſe, an ſit genuinum?*
17 *Charta privilegii Friſici falſa & inepta.*
18 *Privilegia Caroli IV. quandoq; Carolo M. tribuuntur.*
19 *Vulgi conſuetudo omnia vero antiquiora facere.*

QUo plura diplomata Carolo M. tribuuntur, † eo majori cura videndum, ne 1
forte

forte falſa nobis ſupponantur, quia multitudo nimia ſuſpecta eſt, *c. ſignificaverunt,*
& ibi gl. *in ver. effrenatum, extr. de teſtib.* Nam ſane veriſimile eſt, civitatibus Ger-
2 maniæ pauca vel nulla privilegia † à Carolo M. data eſſe, quod illorum impe-
tratio non ita frequens eſſet, ut poſtea facta eſt. In Saxonia certe locum habere
non potuit, quia non oppidis, ſed villis tantum frequentabatur. Villæ autem
non ita hominibus abundabant, ut in urbium cenſum referri poſſent. Quod
hodiernis noſtris pagis quandoque contigit. Et pertinet huc Guilhel. Dilichii.
3 principium, quod habet *in Chron. Bremenſ. fol.* (*mihi*) 58. privilegia † urbium pa-
gis non convenire. Item aliud Bruningi ICti Bremenſis *in diſput. de variis univerſ.*
4 *ſpecieb. th.* 68. nundinarum † impetrationem peculiare eſſe civitatum privilegium
. Unde illæ facilius civitatibus, quam pagis conceduntur. Beſo. *conſ.* 76. *n.* 12. *lib.* 3.
5 Ipſi villarum incolæ maximam partem † ſervi vel liti, & ſi qui liberi erant, militiæ
6 ac agriculturæ operam dabant, mercaturæ ac negotiationum † urbicarum, quas
privilegia potiſſimum reſpiciunt, rarum uſum habebant. Itaque Eccleſiaſtici
7 præ cæteris privilegia † impetrabant, ex quorum damno, civitates poſtquam
emerſerunt, plerumq; incrementa ſumſerunt. Nos hactenus nullum privilegium
vel vidimus vel legimus, quod Carolus M. civitati Germaniæ, nedum Saxoniæ
8 conceſſerit. Una Venetiarum † urbs in Italia gloriatur ſe libertatis ſuæ privi-
legia à Carolo M. accepiſſe. Cujus diploma aurea bulla munitum ſeſe vidiſſe
teſtatur Alberi. de Roſate *in l. 1. C. de ſum. Trin.* quem refert Tobias Paurmeiſt.
libr. 2. de juriſdict. Imper. 4. *n.* 38. Meminit eorum Alvarot. *de feud. fol.* 177. *in fin.*
9 Lindenb. *in Chron. Caroli fol.* 219. Quamquam an per illud totaliter † exempti
ſint Veneti ab Imperio Rom. diſputant JCti. De quibus vide tractatum noſtrum
de inſulis, cap. 20. *n.* 76. *& ſeq.* Sed de fide ejus diplomatis exquiri veritas non ali-
ter poteſt, quam inſpectis cognitiſque verbis inſtrumenti, *l. 6. ff. de tranſact.*
quod nobis hactenus denegatum. Interim conſilium *gl. in clem. un. de juram. in*
10 *verb. aurea bulla,* ubi dicit † expediens non eſſe privilegiis bullam auream appen-
di propter furti periculum, hic ſuſque deque habitum apparet. Prima autem
privilegia Ottonem Tertium Venetis conceſſiſſe auctor eſt Sigon. *lib. 6. de regno*
Ital. Quorum exemplar extat apud Goldaſt. *tom. 3. conſt. fol.* 311. Potiſſima quæ
habent Alexandro VI. Venetos accepta referre ſcribit Alvarot. *ad tit. de pac. ten. in*
11 *pr. n.* 1. Quæ ſi vera ſunt, tum illa Carolina præceſſiſſe non oportet *per* † *ratio-*
nem. ſupr. c. 33. *n.* 13. Et utut genuina ſint privilegia Carolina Venetis conceſſa: ta-
12 men Italicarum urbium dignitatem & potentiam Saxonicis longe † antiquio-
13 rem eſſe conſtat. In germania occurrit Aquisgranum † urbs antiquiſſima
omnium, quam præ aliis locis dilexit Carolus M. ubi non ſolum palatium tem-
plumque magnifice exſtruxit, ſed etiam ſedem regni Franco-Germanici conſtituit.
De qua ita Gunther. *lib.* 1. *in Ligurin.*

Hoc ubi prima loco veluti cunabula regni
Carolus eſſe volens, magno cum Francia Regi
Utraque ſerviret, &c.

Hinc

Digitized by Google

Hinc canitur in hymno Eccleſiaſtico D. Carolo ſacro: Urbs Aquenſis, urbs re-
galis, † ſedes regni principalis, prima Regum curia. Item verſus inſcripti curiæ 14
Aquenſi, referente Rutg. Rulando *lib. 5. de commiſſ. p. 1. cap. 4. n. 41.*

Carolus inſignem reddens hanc condidit urbem,
Quam libertavit poſt Romam, conſtituendo,
Quod ſit trans Alpes h:c ſemper regia ſedes,
Ut caput urbs cuncta colat hanc & Gallia tota.

Item in porta palatii: Hic ſedes trans Alpes habeatur caput omnium civitatum
& provinciarum Galliæ. Ubi Petrus à Beeck *in Aquiſgran. cap. 1. docet,* Galliæ no-
men non ſtricte pro regno Galliæ, ſed etiam pro Germania ἐν πλάτει uſurpatum.
Quod de Franciæ voce veriſſimum eſt. Ea enim Germaniam quoque includit,
eo quod Francico Imperio tunc contineretur. *ſupra cap. 24. n. 8.* Ita in capitula.
Lotharii I. ſub Francis etiam Alemanni aliæque nationes Germaniæ continentur.
Et ſane de ſede regni † Aquiſgrani conſtituta, res eſt in confeſſo, ut negari non 15
poſſint, de qua *art. 52. lib 3.* Landrecht. Hoſtienſ. *in ſumm. de princip §. cui conſitendum.*
Witichind. *lib. 2. annal.* Nithard. P. Berth. *lib. 3. rer. German. in Aquiſgran.* P. de And-
lo. *libr. 1. de Rom. Imper. 13.* & ibi Freher. *in not. & libr. 2. cap. 6.* Ludolph. à Babenb.
de jure regni cap. 10. Goldaſt. *in rational. poſt tom. 2. conſtit.* Arumæ. 1. *diſcurſ. Academ.*
33. *th.* 41. Ubi etiam prima coronatio Cæſaris peragi debet, ex antiquo inſtitu-
to, de quo eſt *in Aur. bull. Caroli IV. cap. 25. §. pen. item in Pontificali*, quem librum pro
authentico habet *gl. in clem. Roman. de jur. jur.* Sed non ideo diploma Carolinum
† quod Fridericus Barbaroſſa confirmaſſe dicitur, extatque apud Goldaſt. *tom. 2.* 16
conſtit. fol. 6. eſt genuinum. Quidquid illud cum Goldaſt. *in ration.* defendat Petrus
à Beeck *in Aquiſgran. cap. 1. & paſſ.* Fit enim illic mentio Cardinalium Romanorum,
Marchionum Germanicorum, quæ dignitates Caroli M. tempore nondum notæ
fuerunt. *infra cap. 62. num.* 10. Neque etiam quæ de Granio Romano commen-
tatur ille, cuivis perſuadebit. Ita charta quædam ſpuria † privilegiorum Friſiis 17
à Carolo M. indultorum, circumfertur, ſed ita rudis & inepta, ut teſtes in ea no-
minati in Caroli IV. ætatem incidant, demonſtrante & arguente id Cranz. *libr. 2.*
Vandal. 33. & libr. 11. Saxon. 6. ubi ita ſcribit: Libertatis illi (Friſii) ſuæ litteras ja-
ctitant ex M. Carolo tenere, quarum exemplum cum nuper vidiſſem, riſum vix
tenere potui &c. Cujus judicium probat Janus Douza *libr. 2. annal. Holland.* non
reclamante Ubbone Emmio *libr. 5. rer. Friſic. & de libert. Friſia* licet illud defendere
annitatur Suffridus Petri & ipſe fabularum amator & propagator. Fumer. *libr. 6.*
annal. bullam ex Archivis Bruxellenſibus Carolo Craſſo aſſignat, cui in hoc non
aſſentitur Martinus Hamcon. *fol. 36. in Friſia.* Nimirum prodidit inſulſus auctor
appoſitione teſtium, quo tempore fictitium diploma fabricaverit. Neque du-
bium, quin alii quoque privilegia, quæ à Carolo IV. † forte irrogata fuerant, 18
impudenter an imprudenter Carolo M. adſcripſerint, falſæ antiquitatis titulo illa
commendaturi. Quod jam olim in vulgo † Romano reprehendit Horat. 1. *epiſt.* 1. 19

Sic fautor veterum, ut tabulas peccare vetantes,
Quas bis quinq; viri ſanxerunt, fœdera Regum,
Dictitet Albano Muſas in monte locutas.

Imo eo fere deventum, ut quidquid antiquum eſt, cujus certus auctor ignoratur, ejus inſtitutio ad Carolum M. referatur. Quod uno & altero exemplo demonſtrabimus.

CAPUT XXXVI.

De inſtitutis Carolo M. falſo adſcriptis.

SUMMARIA.

1 *Translatio Imperij Romani à Græcis ad Germanos.*
2 *An ſit facta per Pontificem Rom.*
3 *Canoniſtarum diſſenſus.*
4 *Diſſonantia temporis.*
5 *Monachorum figmenta.*
6 *Imperium Rom. ad Germanos alligatum.*
7 *Gregorius V. Papa natione Saxo.*
8 *Carolus M. an Electores inſtituerit?*
9 *Eorum origo ad Ottonem III. refertur.*
10 *Ita Parlamentorum inſtitutio in Gallia.*
11 *Francorum juſta indignatio.*
12 *Numerus Electorum & Parium diſpar.*
13 *Rex Bohemiæ quando Elector factus?*

1 TRanslationem Imperii Romani † à Græcis ad Germanos per Carolum M.
2 factam eſſe verum eſt. Sed quod Pontificis Romani conceſſione † id factum ſit, ut dicitur *in cap. venerabilem, in pr. extr. de elect. clem. Roman. de jurejur.* id Legiſtæ Canoniſtis non concedunt, cum Carolus Imper. ſua virtute & armis Imperium Romanum obtinuerit, in eo transactione cum Imp. Græcis inita confirmatus. Unde verſus:

Sanguine Romanum ſibi regnum Carolus apte
Aſſociat proprio, proprio quoq; ſanguine firmat.

Wagner. *in Chron. Carol. cap.* 21. Thomas Michaël. *in diſput. de jurisd. Rom. th.* 2. vide Lupold. à Babenb. *de jure regni cap.* 3. Item Gunth. *lib.* 3. *in Ligurg. v.* 544.

Aſſuit immenſi domitor fortiſſimus orbis
Carolus, & magna miſerum virtute redem,
Ereptumq; manu mediis ex hoſtibus in ſe
Tranſtulit Imperium.

Faſſus

Faſſus eſt id Martinus Meierus Cancellarius Moguntinus *in epi. ad Aen.am Sylv. Cardinal. Senenſem*, quando ita ſcibit: Germanica natio quondam inclyta ſua virtute
ſuoque ſanguine Romanorum Imperium coëmit. Ipſi † Canoniſtæ in nomine 3
Pontificis, per quam translatio facta ſit, convenire nequeunt, dum alii à Stephano Papa, ut Joh. Andr. *in cap. venerabilem, verb. tranſtulit, extr. de elect.* Johan.
Faber. *in proœm Inſtit. n.* 4. Adamus Konz *libr. 6. polit.* 3. §. 16. alii ab Hadriano, ut
Gratianus *in cap. Hadrianus, diſt. 63.* Dantes Florentinus, Antonius de Roſell. &
quos plures recenſet Flacius Illyricus *de tanslat. Imp. cap.* 1. alii à Zacharia id factum
volunt, ut Hadria. Papa *in litteris ad Fridericum Imper. apud Aventin.* Sicut Zacharias
tranſtulit imperium à Græcis ad Theutonicos: ita nos poſſumus ab Alemannis ad
Græcos transferre. Similis † diſſonantia eſt in tempore quando Johan. Andr. *in* 4
d. cap. venerabilem, habet Annum 753. (alii 776.) quem cum Alvarot. *ad titul. quis dicat Dux in princip. num.* 8. erraſſe animadvertat, ipſe inter translationem quæ facta
ſit à Stephano Anno 756. & coronationem factam à Leone A. 802 diſtinguit, cum
tamen Innoc. *in d. cap. venerabilem*, tranſlationem in perſonam Caroli factam eſſe dicat, non Pipini. adduntur à † Monachis ficta miracula, de viſione Conſtantini 5
Copronymi, per quam Carolus divinitus ad imperium deſtinatus fuerit, apud
Vincent. *lib.* 24. *ſpeculi hiſt.* 4. De baculo D. Petri in Germaniam transmiſſo *gl. in cap. un. de ſacra unct.* Petr. de Andlo. *lib.* 1. *de Rom. Imp.* 18. Quidquid ſit, hoc modo
† imperium Romanum ad Germanos pervenit, & ſucceſſive perduravit, non 6
quidem ex privilegio Caroli, de quo *gloſſ. ad art.* 52. *libr.* 3. Landrecht. Carolum
conſiderata virtute & virilitate Germanorum imperii Romani ſalutem unice procurantium, ipſis privilegium dediſſe, quod ſoli Regem eligere poſſint: ſed potius ex ſanctione Ottonis III. Brunone Saxone cognato ſuo, qui Papa Gregorius
V. dictus † eſt, conſentiente, qua Germanis confirmata eſt poteſtas creandi Cæ- 7
ſarem è ſua gente, late Centur. Magdeb. 10. *cap.* 15. Atque hoc ita juris & moris
eſſe in electione Caroli V. Imper. teſtatus eſt Archiepiſcopus Moguntinus, apud
Sleidan *lib.* 1. *comment.* Et Æneas Sylv. Cardin. *in Europa cap.* 38. Eſt imperium
nunc apud Germanos eo modo, ut nemo imperare poſſit, niſi Germanus. Petr.
Heig. *p.* 1. *quaſt. Saxon.* 5. & ibid. alleg. Thuan. *libr.* 2. *hiſtor.* ut hinc conſtet, erronee id Carolo M. adſcribi à *gl. ad art.* 54. *lib.* 3. Landrecht. Des Königsrecht iſt genommen aus König Caroli des erſten Satzung/ da er hat das Reich auff die Teutſchen gebracht. Repetit *gl. ad art.* 8. *Weichb.* Cui errori indulgentes alii concluſerunt, ideo etiam Electores Germaniæ à † Carolo M. inſtitutos eſſe. In qua 8
ſententia fuerunt Jordanus *in tract. de translat. Imper.* Spangenb. *cap.* 86. Lindenbr.
in Chron. Caroli fol. 218. provocantes ad Chronicon Scabinorum Magdeburgenſium, ſed de cujus fide ipſe Spangenb. dubitat. Eamque ſententiam videtur tenuiſſe gloſſator juris Saxon. quem refutat Cranz. *lib.* 2. *Saxon.* 21. Quid eſt, quod
aſſerit (inquit) Carolum feciſſe conſtitutionem de elegendis Imperatoribus,
quæ res pertinet ad Ottonem III. annis ducentis poſt Carolum &c. Eamque ſo-

Digitized by Google

lide confirmat Simon Schard. *de orig. elect. cap.* 1. cum ante Ottonis III. tempora nullibi in probatis auctoribus Ducum Electorum nomen aut mentio occurrat.
9 Ut propterea huic Ottoni III. † eorum inſtitutionem v[illegible] tribuant, Canoniſt. *in d. cap. venerabilem*, Naucler. *generat.* 34. Cardin. Cuſa[illegible]. *de concord. Cathol.* 4. Cranz *lib.* 4. *Saxon.* 25. Flacius Illyr. *de translat. Imp. ca*[illegible] Heig. 1. *quæſt. Saxon.* 3. Coler. *in orat. de orig. jur. Saxon.* Quam tamen alii ſerius incepiſſe volunt, Thuan. *lib.* 2. *hiſtor.* Neque enim ſequitur, ſub Ottone Tertio Germanis conceſſa eſt poteſtas creandi Imperatorem è ſua gente. Ergo tunc ſtatim Electores conſtituti ſunt. Centur. Magd. *d. loc.* Prima Electorum fit mentio in contentione Friderici II. & Innocent. IV. apud Abbat. *Stad. ad A.* 1240. ubi quidam Principes Papæ reſcribunt, non eſſe ſui juris Imperatorem vel ſubſtituere vel deſtituere, ſed tantum electum à Principibus confirmare. Et poſt Friderici II. tempora Electorum mentionem fieri indicat Avent. *lib.* 5. *annal. Boio.* Ex eadem falſa opinione
10 etiam † Parlamentorum in Gallia à Ganguino *lib.* 4. Duodecim Parium curiæ à Turpino *cap.* 30. quem ſequuntur Münſter. *lib.* 2. *Coſmogr.* Lindenbr. *in Chron. Caroli fol.* 18. inſtitutio ad Carolum M. refertur. Cum illorum origo longe ſit recentior, ut bene obſervavit Boëtius, vide *addit. ad Guid. Pap. deciſ.* 43. Atque hos à Ludovico juniore primum inſtitutos eſſe probet Bodin. *lib.* 3. *de Republ.* 1. *n.* 249. Adde Franciſc. Hotom. *in Francogallia*. Arniſæ. *in relect. polit.* licet Thuan. *libr.* 27. *hiſtor.* id quaſi in medio relinquat. Pares Franciæ, inquit, ſive eorum originem ad Carolovingos ſive Capevingos referas, antiquitus fuere. Alioqui Caroli M.
11 † inſtitutio non potuiſſet non in odium & invidiam Francorum, qui in poſſeſſione imperii erant, incurrere, quod imperium Romanum regno Germanico potius quam Francico alligaſſet, & Electores ex ſola Germania, excluſa Francia vel Gallia eligi voluiſſet. Eodem modo Germanorum indignationem ſenſiſſet Carolus; quod duodecim Pares tantum ex Gallis elegiſſet Germanis & popularibus ſuis præteritis cum Franciæ univerſale regnum tum etiam Germaniam comprehenderet. Quod ſi regeras, voluiſſe Carolum Francicum & Theutonicum ſeparata regna eſſe: tum etiam Italicum addendum, & ſic pro numero trium filiorum Caroli, tria quoque regna ſtatuenda eſſent. Neque ratio dari poſſet, cur
12 utriusque regni diſparia inſtituta † eſſe, numerumque ſex Electorum (nam
13 ſeptimus Rex Bohemiæ † diu poſt demum acceſſit. Cranz. *libr.* 9. *Saxon* 26. à Rudolpho Imper. additus Cromer. *lib.* 3. *de reb. Polon.*) in Gallia duplicari, vel numerum 12. Parium Franciæ in Germania dimidiari voluerit, niſi hæc omnia inſtituta falſo Carolo M. adſcriberentur. Quorum dignitati nihil detrahitur, etiamſi recentior origo ipſis tribuatur, ut recte ſentit Domin. Arumæ. collega quondam *in diſcurſ.* 3. *ad Aur. bull. Caroli ad cap.* 4. *num.* 6.

CAPUT

CAPUT XXXVII.

An Carolus M. ſit auctor Speculi Saxonici.

SUMMARIA.

1 *Saxones an ſuas leges retinuerint?*
2 *Speculi Saxonici collectio Carolo M. tribuitur.*
3 *Privilegium civitatis Aquisgranenſis.*
4 *Alberti Cranzij judicium probum.*
5 *Ecco à Repkavv compilator ſpeculi Saxonici.*
6 *Jus de rebus expeditoriis ſub Henrico Aucupe cœpit.*
7 *Conſtitutiones ſubſequentium Imperatorum.*
8 *Wichmannus Archiepiſcopus Magdeburgenſis.*
9 *An Carolus M. ſpeculum Saxon. confirmaverit?*
10 *Goldaſti defenſio rejecta.*
11 *Rus Saxonicum qua lingua propoſitum.*
12 *Saxones olim litterarum imperiti.*

DIctum eſt, *cap.* 22. ex relatione aliorum, Saxones à Carolo M. propriis ſuis † legibus vivere permiſſos eſſe. Retinuerunt ergo quas habuerunt leges 1
non novas à Carolo acceperunt. Huic autem contraria eſt opinio, Carolo M. collectionem juris † Saxonici tribuens. Ita enim ait *gl. ad art.* 14. *libr.* 1. *n.* 2. Land- 2
recht. Das Landrecht iſt älter / denn das Lehenrecht / denn der Edel König Karel der Groſſe hat es uns geben. Repetit *gl. ad art.* 82. *& ſeq. lib.* 3. Landrecht. *gl. ad art.* 7. *Weichb.* de Carolo M. Saxonum & Sclavorum domitore, jus provinciale, quod Speculum Saxonicum vocatur, apud nosque in uſu habetur, Saxonibus juxta eorum arbitrium dedit. Item *gl. ad jus feudale Saxon. c.* 19. jus iſtud Saxonibus datum à Conſtantino & Carolo Imperatoribus in hunc uſque diem ſervatur. Felix Faber Monachus Ulmenſ. *in hiſt. Suev. lib* 1. *c.* 3. dedit etiam Carolus Theutonicis quaſdam leges in ſuo idiomate, quæ adhuc habentur. Joan. de Laskovv Magnus Cancellarius regni Polon. *in præfat. conſtitut. regni Polon.* Ut ſunt leges provinciales vel terreſtres Speculi Saxonum, quod ab Imperatoris Caroli M. majeſtate ſancitum fuit &c. Plura teſtimonia collegit Melchior Goldaſt. *in præf. ſpeculi Saxon.* Quæ omnia ſtabiliri videntur, privilegio Caroli † M. dato civitati Aquisgranenſi, ſed quod 3
falſitatis arguimus, *cap.* 35. *n.* 16. Itaque recte Albert. † Cranz. *lib.* 2. *Saxon.* 21. 4
primus id commentum in dubium vocavit, & craſſiſſimam *ἀνισογνωμίαν* gloſſatoris Conſtantinum Carolo conjungentis enucleavit. Nam & nomen prodit, inquit, eſſe collectitium codicem de multis obſervantiis gentis, quomodo & feudorum uſus non ab Imperatore dati, ſed ab Oberto diſcripti, uſum & obſervantiam meruerunt. Cum enim per ætatem in gente (Saxonica) crevit civilitas, crevit etiam

legum obſervantia: Inde factum eſt, ut quæ per tempora ſunt uſu approbata, demũ
ſunt in codicem redacta, qui ad auctoritatem conſciſcendam falſo eſt nomen Ca-
roli adſcriptum &c. Latius id confirmat P. Heig. *lib.* 1. *quæſt. Saxon.* 8. *n.* 20. Cer-
5 tum enim eſt & inſcriptio indicat Ecconem à Repkavv † nobilem Saxonem
(de cujus familia vide Heig. *d. quæſt.* 8. *n.* 59.) compilatorem eſſe ſpeculi Saxonici,
illudque partim ex jure civili, partim etiam ex ſubſequentium à Carolo imperato-
rum conſtitutionibus, partim denique ex conſuetudine & interpretatione JCto-
6 rum Saxonicorum collegiſſe. Ita quod de rebus † expeditoriis diſpoſitum eſt
lib. 1. *art.* 27. ab Henrico Aucupe originem trahit. Is enim cum urbes in Saxonia
fundari, & in illas decimum quemque ex pagis migrare præcepiſſet, conſtituit:
Daß der älteſte Bruder ſolte in das Heer fahren/ und das Heergeräthe ſolten fallen
auff den nechſten Schwertmagen / das ward da ein recht / zuvor war es nicht alſo / ut
ex Chron. Magd. *MS.* refert Joh. Tautius *in diſcurſ. gen. & ſpec. fol.* 39. Ita *art.* 83.
7 *libr.* 3. dicitur eſſe conſtitutio † Ottonis M. *art.* 85. Ottonis Ruſſi *in gl. n.* 2. de qui-
bus plura Heig. *d. quæſt.* 8. *n.* 28. *& ſeq.* Ita à gl. *ad art.* 65. *libr.* 3. recenſentur variæ
interpretationes Saxonum, *& in art.* 73. *lib.* 3. dicitur hoc jus invaluiſſe à tempori-
8 bus Wichmanni † Archiepiſcopi Magdeburgenſis, qui ſub Friderico Barbaroſſa
ejusque filio Henrico VI. vixit. *art.* 3. *Weichb.* Helmold. *libr.* 2. *Chron. Sclav.* 7. Cranz.
libr. 6. *Saxon.* 20. *& ſeqq.* Citatur ut teſtis *in diplomate Friderici de Ann.* 1180. *in proœm.
Chron. Oldenb.* Et ejusdem Friderici conſtitutio refertur *à gl. ad art.* 53. *l.* 3. Landrecht.
Et quæ plures habet Heig. *quæſt.* 4. *n.* 36. Si ergo poſt Caroli M. tempora con-
flatum eſt Speculum Saxonicum ex ſubſequentium Imperatorum conſtitutioni-
9 bus, quomodo id à Carolo M. † confirmari potuit? Quod incaute retulit Fa-
bricius *libr* 1. *rerum memorabilium Saxon. ad Ann.* 811. quem ſequitur Arumæ. *diſcurſ.* 3.
ad A. B. theſ. 13. Adde Coler. *in orat. de orig. juris Saxonici.* Quod enim non eſt, con-
firmari nullo modo poteſt. *cap. auditu, extra de elect.* Hering. *de fidejuſſ. cap.* 10. *n.* 107.
Et non-entis nulla ſunt accidentia. *ſupr. cap.* 34. *n.* 5. Niſi Fabricium non de Spe-
culo Saxonico, ſed de jure non ſcripto Saxonum intelligas: ſicuti idem Arumæ.
diſputat. feud. 1. *th.* 18. ſe explicat, ubi Speculum Saxonicum poſt tempora Caroli
10 M. factum eſſe apertè profitetur. Et quamvis Goldaſtus *d. loc.* gloſſatorem †
excuſet; quod non Carolum M. ſed Ecconem hujus Speculi auctorem faciat: ta-
men verba gloſſatoris clariora ſunt, quam ut ſalvari poſſint. Totum enim Spe-
culum privilegium Caroli vocat, ejusq; interpretem tantum Ecconem facit. Ita *ad
art.* 19. *lib.* 1. *n.* 2. *& in proœm. in princ.* Hie hebt Herr Ecco von Repkaw an in Teutſch zu
bringen/ das Lateiniſche Privilegium, das Conſtantinus und Carolus, beyde Römi-
ſche Keyſer/ auff eine Zeit gaben den Sachſen vor Recht/ auff daß ſie ſich zum Chri-
ſten Glauben bekehreten. Et *ad art.* 19. *lib.* 1. Dieſes ſo in dieſen Artickeln ſtehet/ ge-
höret nicht zum privilegio der Sachſen. *art.* 30. *lib.* 1. Das privilegium iſt dem Lan-
de gegeben/ und nicht den Leuten. Et quomodo hæc ſibi conſtant? Felix Faber ſu-
11 pra adductus in lingua vernacula leges à Carolo † Theutonicis ſive Saxonibus
datas

Digitized by Google

datas eſſe vult. Quod fieri oportebat, ſiquidem Saxones ſecreta litterarum † 12 ignorantes, quod de omnibus Germanis prodidit Tacitus, eas intelligere deberent, arg. *l. 12. C. de ædif. priv. Novell.* 107. Glaſſator autem Latinum textum Caroli M. privilegium eſſe vult, Imperatorem optimum exotica lingua loquentem Saxonibus riſui exponens, cum Ecco Repkovius procul dubio utriusque verſionis ſit auctor. Id enim fatetur ipſe in prologo, Speculum primum in lingua Latina à ſe conſcriptum, & poſtea in Germanicam converſum: Nun dancket allgemeine/ Dem Herrn von Falckenſteine/ Der da Graff Hojer war genant/ Daß nun in teutſche Sprach verwand/ Diß Buch iſt worden auff ſein Bete/ Ecke von Repke daſſelb thäte.

Sed & Color. *in deciſ. 6. n. 14.* jus Saxonicum ab initio in lingua Latina compilatum fuiſſe probat, licet aliud velle videatur. *deciſ.* 107. *n.* 28. Item *gl. ad art.* 10. *Weichb.*

CAPUT XXXIIX.

De antiquitate linguæ Saxonicæ.

SUMMARIA.

1 *Quilibet ſuam linguam ſcire debet.*
2 *Franci duplici lingua uſi.*
3 *Latina & Francica.*
4 *Lingua Germanica duplex.*
5 *Romani linguæ ſuæ propagatores.*
6 *Vocabula Germanica Latinæ originis.*
7 *In Latinum ſermonem converſa.*
8 *Germanica lingua Teutonica dicitur.*
9 *Galli lingua Germanica olim uſi.*
10 *Vocabula Gallica Germanicæ originis.*
11 *Gothi & Longobardi linguæ Germanicæ propagatores.*
12 *Germanica lingua Francorum Regibus uſitata.*
13 *Lingua Saxonica vetus Germanica.*
14 *Vocabula Gothica Germanicæ originis.*
15 *Vocabula Longobardica.*
16 *Mahr antiqua vox Germanica pro equo.*
17 *Fœdus Regum Francorum in lingua Saxonica.*
18 *Lingua Saxonica Latinæ proxima.*
19 *Germanicæ voces aſperæ.*
20 *Saxonicum idioma teutonizat.*

VIdemur id debere linguæ Saxonicæ maternæ, quod in hac digreſſione, ejus laudes

Digitized by Google

1 laudes præterire non † debeamus. Eo magis, quod brutis deteriorem pronunciat Iſid. *lib. 9. etymol.* 1. qui in ſua gente poſitus, ſuæ gentis linguam neſcit. Franci
2 duplici lingua † olim uſi leguntur, latina, quam primores ſingulari ſtudio, ut nos
3 hodie, addiſcebant: & † vernacula quam naturaliter & cottidie uſurpabant. Ita de Ludovico Pio Theganus: Latinam ſicuti naturalem æqualiter loqui poterat. De Ottone M. Witichind. *lib.* 2. quod præter linguam Saxonicam etiam Latinam & Sclavicam addidicerit. Et tamen in Concilio Roman. cujus acta retulit Goldaſt. *inter conſtn. Imp. ad A. 863.* ita legitur. Imperator quia Romani ejus loquelam propriam id eſt Saxonicam intelligere, nequibant, Luitprando Cremonenſi Epiſcopo præcepit, ut Latino ſermone hæc Romanis exprimeret, &c. Credo quod tantum ſibi in publico non tribueret Imperator, uti & Witich. *innuit.* Et apud Eckardum juniorem *cap.16.* Otto Filius patri Latinas litteras Saxonice interpretatur. Sicuti autem Latina erat, vel pura, qua Romani veteres uſi, vel corrupta, eaque pro diverſitate regionum, Italica, Hiſpanica, Francica. Et hanc quidem Iſidor. *d. lib. 9. cap.* 1. mixtam Nithardus *& canon. Concilij Turonenſ.* Romanam quoquoque vocant, ſed ruſticam, Sidonius ſquamam Latini ſermonis, Witichind. *lib.* 2. *annal.* Gallicam, Freherus Gallo-Latinam, vulgus hodie linguam Francicam (Frantzöſiſch) appellat cujus veſtigium nobis tradidit Eckar. *jun. d. c.*
4 16. artidens & bon main habere Romaniſce dixit: ita ipſa quoque Germanica † lingua vel indigena eſt, ex antiquis Germanicis vocibus conſtans, vel exotica ex
5 Romano ſermone contaminata. Cum enim † Romani trans Rhenum in Germaniam imperium propagaſſent, ac aſſiduo ſermone Latino uterentur, juxta *lib.* 48. *ff. de rejud.* factum eſt, ut Germani cum ipſis converſantes plurima vocabula cottidie audientes addiſcerent, ac in ſuam linguam cooptarent. De quo Roman more vide Valer. Maxim. *lib.* 2. *cap.* 2. Auguſtin. *libr.* 19. *de civit Dei.* 7. Kirchner. *lib.* 2. *de legat.* 7. *n.* 28. Arnold. Klapmar. *libr.* 3. *de arcan. Rerump.* Hering. *de fidejuſſ. cap.* 11. *n.* 131. Joan. Iſac. Pont. *lib.* 6. *orig. Franc. ult.* & ibid. alleg. Docent id in-
6 finita vocabula Germanitate † hodie donata, ſed quæ Latinam originem ſapiunt, ut ventus, vallum, feneſtra, brevis, butyrum &c. Quæ Germani ſic efferunt: Wind/ Wal/ Fenſter/ Brieff/ Butter. Cum hoc priſci Ancken dicerent.
7 Ita multæ quoque ex antiquis vocibus † Germanicis Gothicis ac Longobardicis Latinum ſermonem corruperunt. Cœl. Rhodig. *lib.* 23. *lect. antiq.* 30. Quem itidem mixtum vocat Iſidor. *d. cap.* 1. Præſertim apud noſtrates ſcriptores, de quorum vocabulis ſemilatinis vide gloſſarium Freheri & Goldaſti. Atque hanc
8 linguam Nithardus † Teudiſcam, Lex Salica Teudiſcam, Frodoardus Theodiſcam, vulgo Theutonicam vocant nos Teutſche Sprache. Formula extat *in chartis veterum Aleman. cap.* 28. quod Tuiſce Suonbuoch (Suhnbuch) nominamus, Qua
9 non ſolum veteres Galli † uſi, utpote Germanorum fratres, juxta Strabon. *lib.* 4. *Georg.* quod ex multis vocabulis conſtat, quorum aliquot collegit acutiſſimus Reineccius *in ſyntagm. hiſtor. p.* 2. *fol.* 243. quamvis non neſciamus aliter ſentire Bodin.

Digitized by Google

din. *in meth. cap.* 9. Tale eſt gallicum planaratum ſive plumratum ut alii legunt, apud Plin. *libr.* 18. *nat. hiſtor.* 18. germanis † Pflugradt. Quomodo etiam *in LL.* 10
Longob. lib. 1. *tit.* 26. *§.* 33. plovum (Saxonice Pflog) per aratrum exponitur. Item ganza apud Plin. *lib.* 10. *c.* 22. pro anſere. Galba apud Sueton. *in Galba cap.* 3. pro vitulo Kalb; uti id interpretatur Glareanus *ad Cæſar. lib.* 1. *&c.* Sed etiam Gothi † & Longobardi hujusmodi vocabula in Italiam intulerunt, ubi etiamnum Itali- 11
co ſermoni immixta perdurant. Joh. Magn. *in præfat. hiſtor. Goth. & cap.* 7. Pontan. *d. cap. ult.* Eadem lingua germanica etiam † Francorum Regibus, & inter hos 12
Carolo M. uſitata fuit, ut ex denominatione menſium & ventorum ab hoc facta conſtat. De qua late Eginhard. Inchoavit & grammaticam patrii ſermonis, &c. Heig. *lib.* 1. *quæſt. Saxon.* 7. *n.* 61. Aventin. *lib.* 4. Proculdubio ad exemplum Latinæ Alcuini præceptoris Caroli, in qua duo pueri Franco & Saxo loquentes introducuntur. Nam Carolus duodecim adoleſcentes ex primoribus Saxonibus natos pro obſidibus acceptos Burchardo Herbipol. Epiſcopo erudiendos tradidit Zvving. *vol.* 1. *lib.* 4. *theatri vitæ hum.* Ut hinc occaſionem dialogi ſumſiſſe videatur Alcuinus. Hæc autem antiqua lingua Germanica, cum pro dialectis nationum Germanicarum † nonnihil variet: tum illam maxime conſervat dialectus Saxonica, 13
quippe quæ ad antiquam linguam Theutiſcam, quam proxime accedit, ſi non iſta pura puta Saxonica eſt. Docent id infinita vocabula antiqua, quæ Saxonicam dialectum examuſſim exprimunt. Veluti quod Plin. *libr.* 9. *nat. hiſtor.* 1. ſcribit balænam Gallis phiſeter dici, eſt Saxonum Fiſch eter piſcium devoratrix. Ita lingua Gothica † rex apum dictus Viſius, teſte Johan. Magno *libr.* 11. *cap.* 9. Quam 14
vocem Wiſe Saxones hodie conſervant, ſive quia Rex cæteris ſapientior eſt, ſive quia præmonſtrator operis, de quo Virg. 4. *Georg.* Multa ejus generis tam in Gothica † quam Longobardica hiſtoria occurrunt, quæ indicio ſunt gentes iſtas 15
Saxonico idiomate uſas. Sicuti etiam Caroli M. temporibus Gothicam linguam in Germania vernaculam fuiſſe quidam aſſerunt, Camerar. *libr.* 3. *medit. hiſtor.* 65. Præſertim illa uſi ſunt Imperatores Saxonici ab Henrico Aucupe usque. Ut veriſimile ſit, alias quoque provincias Germaniæ ad linguam Imperatoris ſuum ſermonem & dialectum attemperaſſe. Antiquiſſima eſt vox mahr pro equa, qua Germani in bello utebantur, utpote laborum tolerantiore. Camer. *libr.* 2. *medit. hiſtor.* 92. Eam vocem † Celticam *dixit Pauſanias.* Inde Marpais Longobardorum 16
apud Paul. Diacon. *lib.* 2. *cap.* 6. *& libr.* 6. *cap.* 3. *de geſtis Longobard.* qui alias Marſcallus dicitur, id eſt equorum magiſter. Item Marſtallum, id eſt equorum ſtabulum. Reinecc. *in ſyntagm. hiſtor. part.* 2. *fol.* 243. Bodin. *in method. hiſtor. cap.* 9. Borch. *de feud. cap.* 5. *n.* 34. Scalig. *in notis ad Propert. libr.* 4. *in verbo vir domari.* Eamque vocem procul dubio redolet clamor Caſtrenſis Sarmatarum, marha marha equos poſtulantium, apud Marcell. *libr.* 19. ſicuti etiam *in LL. Aleman. titul.* 70. *& ſequent.* marach equum bellatorem denotat. Item vox Thracica Maro pro equo diverſi coloris, qui Germanis Schecke dicitur. Camerar. *libr.* 1. *medit.* 23. Ex eaque de-

ſumtum eſt convitium Gunriami Regis Francorum pſeudo-Gundobaldum ballomerem vocantis *apud Turonenſ.* ubi ballum pro falſo exponit, Freher. *in explicat. fœderis Ludovici & Caroli filiorum Ludovici Pij.* Quam vocem ſola Saxonica & Belgica
17 lingua hodie retinet. Quid multa? iam dictum fœdus † fratrum in lingua Francica & Germanica editum *à Phitæo, Frehero & Pontano* manifeſte indicat, Theutiſcam linguam, qua Ludovicus uſus, mere Saxonicam eſſe. Quale eſt verbum ſcal id eſt debet, quod Belgæ omiſſo c. ſal / Miſnenſes ſol mutarunt. Ita *in capitul. Lotharij I. titul.* 19. Sunniß pro impedimento, & multa alia Saxonicam dialectum præfe-
18 runt. Eſt & alia nota apud Cranz. *in præfat. Saxoniæ,* qua lingua † Saxonica ſola ſervat ſinceritatem ſuæ vocalitatis, ut verba omnia puro ſono denunciet, non inverſa ſtridoribus, non contorta diphthongis, &c. Ut in eo fallatur Bodin. *in d. cap.* 9. dum ſcribit, Septentrionales ut & Saxones voces conſonantibus aſperrime colliſis ſine vocalibus ex intimo pectore & crebras aſpirationes proferre. Niſi id eſt, quod eodem Cranzio fatente, etiam noſtri ſtudent ſtridores ſuperiorum imitari, jam linguæ ſuæ pertæſi. Alioqui primævam linguæ integritatem
19 † cernere licet in derivatis à Latino vocabulis, in quibus Saxonica dialectus propius ad Latinam linguam vergit. Ergo eo antiquior, quo propius ad primævam originem accedit. Quamvis non neſciamus, hoc principium Joannis Goropii Becani non omnino probari à Chriſtiano Becmanno *in manuduct. ad lingu. Lat. cap.* 5. Ita cum Saxones pro vino Win / pro meo Min / pro Latine Latin dicunt, ſuperiores Germani elegantiæ ſcilicet ſtudentes e interſerunt. Ita ſpatham pro gladio olim apud Paul. Diacon. *libr. 6. cap. 13. de reb. geſt. Longobard.* & Franci in Legibus Francicis uſurparunt, Saxones vocem conſervarunt, ſed ſignificatum ad ſariſſam tranſtulerunt, ſuperiores autem Germani Spet in Spieß converterunt. Qua de flexione vide Bodin. *d. cap.* 9. Ponten. *libr. 6. orig. Franc.* 19. Ita vox Saxonica Koning pro Rege à Konnen / id eſt, poſſe derivata, genuinam germanicæ linguæ antiquitatem redolet, affirmante Reinecc. *de orig. Saxon. fol.* 1. Ut merito Arnol-
20 phus Comes *libr. 2. de S. Emmerano* ſcribat: Saxonicum idioma † teutonizare. Quod per Daniam, Norvvegiam, Sueciam, Flandriam & Angliam diffuſum eſſe teſtatur Pontan. *d. cap. ult.* & Thuan. *lib. 2. hiſtor. in princ.*

Caput XXXIX.

Quo idiomate Speculum Saxonicum ſit conſcriptum?

Summaria.

1 *Sermo patrius deſcribendis legibus adhibitus.*
2 *Leges Romanorum lingua Latina propoſitæ.*
3 *Speculum Saxonicum à Zobelio recognitum.*
4 *Saxonica lingua ſenſim contemtui habita.*

5 Qu-

5 *Quotidiana valeſcunt.*
6 *Germanis levitas exprobratur.*
7 *Duo codices antiqui Speculi Saxonici.*
8 *Uſus Speculi Saxonici.*
9 *Gerhardi Comitis Oldenburgici codex.*
10 *Jus feudale quartum librum Speculi conſtituit.*
11 Wringen *Saxonicum quid denotet.*
12 *Gloſſa & jus Weichbildicum provinciali recentius.*

SEd enim inquis, cur non in Saxonicum idioma translatum eſt Speculum Saxonicum, ſiquidem ſermo Saxonicus Miſnico, ut vocamus, antiquior eſt, Veriſimile enim eſt † unamquamque gentem leges & jura in vernacula ſua 1
lingua propoſuiſſe, ut ab omnibus intelligi poſſent. arg. 2. *diſt.* 4. *& ibi gloſſ. Nov.* 107. Ita Græci Græcam linguam, *§.* 2. *Inſtit. de I. N. G. & C. & ibi Dd.* Romani † Latinam, *l.* 48 *ff. de re judic.* huic uſui deſtinarunt. Sed & lex Salica olim ger- 2
manica lingua conſcripta fuit. Heig. 1. *quaſt. Saxon.* 7. *n.* 60. Jam autem Speculum Saxonicum Chriſtophori † Zobelii JCti opera recognitum, & Auguſto 3
Electori Saxoniæ dedicatum, cum privilegio Maximiliani II. Cæſaris de Anno 1570. quo ad verſionem germanicam, Miſnicum idioma refert. Sic ergo ab initio ab Eccone Repkovio compilatore Latine conceptum & germanice redditum, eamque linguam Ecconi maternam fuiſſe præſumendum erit. Sed respondetur, ſicut regiones, quibus Dux Elector Saxoniæ ac protector juris † Saxonici im- 4
perat: ita ipſum quoque Speculum ac jura Saxonica vernaculum ſuum idioma ſenſim perdidiſſe ac tum Miſnico permutaſſe, quaſi digniori ſcilicet: perinde ut ipſi Miſnenſes Vandalicam ſuam linguam cum tempore depoſuerunt. Ita enim comparatum eſt nobiſcum, ipſo Alberto Cranzio animadvertente *in præfat. Saxon.* ut Saxones atque adeo germani materna noſtra vocabula, tamquam quotidiana deſpicientes, exotica † & peregrina admiremur, atque ex aliis linguis magno cum 5
dedecore noſtro aſſumamus. Quæ una novitatis prurigo nativum ſermonem aut ſaltem dialectum corrupit. Atque utinam hujuſmodi † mutatio penes lin- 6
guam & habitum tantum conſiſteret, & non ad ipſum animum & mores tranſiret. Sic enim riſum vulgo tantum, non bilem ſeveriori ætati moveremus, neque cauſam haberet Johan. Bodin. *in meth. cap.* 6. levitatis vitium à ſuis gallis ad nos amovendi. Certe priſci codices ſpeculi Saxonici Saxonicum † quoque 7
ſermonem repræſentant. Ejus rei teſtes produci poſſunt duo, in bibliotheca illuſtris Comitis Oldenburgici aſſervati, manuſcripti in membrana pro uſu & more illius ævi. Quorum antiquior deſcriptus eſt Anno 1336. manu Henrici Gloiſtein Monachi Ruſtedenſis, ſumtibus Joannis Comitis Oldenburgici eo nomine ſeptimi. Non quod vellet ſuis militaribus nova introducere jura multa & ſtatuta, ſed pro † eo tantummodo, quia ſuis temporibus fere omnes milites & mi- 8
litares

litares ſui dominii ſeniores moriebantur : ita quod per abſentiam illorum jura
parentum ſuorum fuerunt viventibus militaribus tunc exiſtentibus multum in-
cognita,& in ipſis juribus ſæpe claudicabant. Item pro eo, ut ſi aliqui militares
ſuper quacunque re fierent diſcordantes , ita quod ſibi jus Saxonum eligerent
propter præſentiam illius libri, hujusmodi rei & cauſæ pro quibus fuerunt diſcor-
dantes, parere poſſent, ſuis laboribus & expenſis, &c. Uti teſtatur epilogus il-
lius libri cujus meminit quoque *Chron. Oldenb. fol.* 93. Recentior codex Ger-
9 hardi † Comitis Oldenburgici fuiſſe dicitur, qui obiit Anno 1500. Uterque Sa-
xonico idiomate conſcriptus, & Latino textu carens incipit à prologo, Des hilli-
gen Geiſtes Minne/ de ſterckemine Sinne/ &c. magno indicio, rythmos vernacu-
la lingua conceptos, ſibi probe conſtare, in alia dialecto claudicare. Neuter co-
10 dex jus Weichbildicum continet, antiquior quoque nec gloſſam, ſed jus † feu-
dale Saxonicum in eadem lingua Saxonica pro quarto libro Speculi Saxonici ad-
ditum habet. Recentior gloſſam Germanicam habet, ſed ſterilem & brevem,
quippe quæ poſtea aucta eſt. Atque hujusmodi aliquo codice Saxonico uſum
Freher *in tract. de occult. judic.* arguit ſententia, quam ex *libr.* 1. *art.* 2. citat : Na ju-
11 welicker Vogedeye / ſo ſchal juwelick Burmeiſter wrogen dat † Gerichte und blo-
dende Wunden/ &c. Ubi notandum, juxta *gloſſas veteres* Saxonicas Wrugen eſſe
incuſare, Wruger delatorem, Wruginge delationem, ungewrocken/ impunitum,
item Wrock litigioſum. Pro quo ſuperiores Germani Ruge dicunt. Qua voce
Matth. 1. *verſ.* 19. redditur Græcum παραδειγματίζειν, id eſt, diffamare. Sed & Coler.
in deciſ. 107. *num.* 28. dum ad genuinam & primævam verſionem Germanicam pro-
vocat. in qua primum emanavit jus Saxonicum: tacite innuit, eam verſionem
poſtea mutatam eſſe. Ex quibus colligitur, Anno 1336. nec gloſſam juris pro-
12 vincialis † in rerum natura fuiſſe, nec textum juris Weichbildici, quod utrum-
que prior librarius alioquin adſcribere non ſuperſediſſet. Quod inferius pluri-
bus confirmabimus.

Caput XL.

De varietate Legum veterum.

Summaria.

1 *Duplex jus olim in pretio fuit.*
2 *Electio juris arbitraria.*
3 *Lombarda quid ſit?*
4 *Diverſi populi diverſis legibus uſi.*
5 *Legis Salicæ etymologia.*
6 *Lex Salica à Pithœo edita.*
7 *Capitula à Carolo M. addita.*

S *Lex*

8 *Lex Salica ad Principes pertinuit.*
9 *Legis Francicæ dignitas.*
10 *Lex Saxonica, qua Saxones uſi.*
11 *Jus Francicum & Saxonicum ſibi opponuntur.*
12 *Duo Palatini Rhenenſis & Saxonicus.*
13 *Juris Saxonici termini.*
14 *Legum varietas iniquitatis mater.*
15 *Profeſſio qua lege quiſq; vivere velit.*
16 *Legis Saxonicæ Varietas.*
17 *Saxonum plures populi.*
18 *Holſati Saxonibus annumerati.*
19 *Suevi trans-Albiani quinam?*
20 *Jus Suevicum.*

NE vero Carolum M. Imperator. optimum laude ſua privare velle videamur,
ſed certius inveſtigemus, quid quantumque circa ſanctionem juris Saxoni-
ci præſtiterit: operæ pretium eſt, de diverſitate jurium quædam paulo altius re-
petere. Invaluerat à temporibus Longobardorum in Imperio † Romano con- 1
ſuetudo: ut alii quidem ſecundum ſuas proprias leges viverent, alii autem jure ci-
vili Roman. uterentur *cap. un. 2. F. 1. in princip.* Heig. 1. *quaſt. Saxon.* 7. *n.* 48. Ma-
tant. *in ſpecul. diſput.* 2. Quo pertinet conſtitutio Lotharii *libr.* 2. *LL. Longob.* 57. ex
qua deſumtum eſt *cap. ultim. diſt.* 10. ut cunctus populus Romanus interrogetur,
quali lege velit vivere, ut tali † lege, quali vivere profeſſi ſunt, vivant. Item Ot- 2
tonis II. in Comitiis Veronenſ. apud Goldaſt. *tom.* 3. *conſtit. fol.* 310. Quacunque
lege, ſive etiam Romana, in omni regno Italico homo vixerit, &c. Opponuntur
ergo hoc pacto ſibi invicem Lex Romana & Longobardica, quarum illa totum
jus civile Juſtinianeum: hæc omnes Leges Longobardorum comprehendit, &
abſolute Lombarda † dicitur, ad quam ſæpe in uſibus feudorum provocatur, *ut* 3
in tit. 22. *&* 58. *lib.* 2. late Goldaſt. *in prolegom. conſuet. Imperial.* Alvarot. *in proœm. feud.*
num. 17. ſucceſſive alii quoque populi ſuas † habuerunt leges, ſecundum quas 4
judicabantur, ut Franci, Bavari, Suevi, Saxones, *art.* 30. *lib.* 1. *& art.* 33. *lib.* 3. Land-
recht. Francorum duplex fuiſſe videtur, Lex Salica † & Francica. Illius licet 5
variæ etymologiæ tradantur à P. Gregor. Tholoſ. *in prælud. opt. JCti libr.* 1. *cap.* 10.
Heig. 1. *quaſt. Saxon.* 7. *n.* 12. Camerat. *libr.* 1. *medit. hiſtor.* 64. Borch. *de feud. cap.* 2.
n. 23. Pontan. *libr.* 2. *de orig. Franco. ult.* Dreſſer. *de urb. German. fol.* 529. nobis tamen
ſemper placuit germanicam vocem eſſe, cum doctiſſ. Pontano *libr.* 6. *cap.* 17. ita
dictam à palatio, quod Saal vocamus. Quaſi dicas legem Palatinam ſive auli-
cam. Ita enim *in LL. Aleman.* ſala paſſim per domum exponitur. Et Aventin. *libr.* 6.
annal. Boio. Leges Francorum Salbuch indigetat. Inde dicti libri cenſuales Sal-
bücher Rutger Ruland. 2. *d. commiſ.* 5. *cap.* 6. *n.* 12. Huic legi † Salicæ, de qua 6

 multa

multa commentatus eſt Franciſcus Pithæus, cujus diligentiam in eo laudat Lindenbr. *ad lib.* 17. *Ammian.* ſicuti veteri Francorum, majorum Caroli M. conſtitu-
7 tiones inſertæ fuerunt: ita Carolus † M. Legi Longobardicæ & Francicæ ſua
addidit capitula, de quibus Carolus Sigon. *libr.* 4. *de regno Italiæ*, ubi ea Mutinæ aſ-
ſervari ſcribit. Francicam licet cum Salica eandem ſtatuant Heig. *d. quæſt.* 7. *n.* 39.
8 Hotom. *in Francogall. cap.* 10. videtur tamen Lex Salica † potiſſimum ad Reges
& Principes pertinuiſſe, ad quos etiamnum pertinet, teſte Bodin. *lib.* 6. *de Republ.*
num. 745. Francica generaliter ad omnes Francos. Meminit juris Francici Marant. *in d. diſp.* 2. *n.* 2. Unde generali nomine Lex Salica includitur, ut *in cap. ſuper*
9 *Specula, extr. de privileg.* Et qui fortaſſe † dignior fuit Lex Francica Lege Saxonica, ut propterea ob excellentiam Regi tribuatur *in artic.* 54. *lib.* 3. Landrecht. ideo
Francus mulierem nobilem Saxonicam, utpote non lege Francica, ſed Saxonica
10 ſibi † deſponſatam repudiaſſe videatur, *in cap.* 1. *extra de ſponſal.* Sicut ergo in
11 Italia jus civile & Longobard. ita in Germania jus Francicum & † Saxonicum
plerumque ſibi opponuntur, ita ut hoc tractum Saxonicum usque ad mare Balthi-
12 cum: illud tractum Rheni cum Belgio reſpiceret, eique fini duo principales †
Palatini Rhenenſis & Saxonicus conſtituti eſſent, ut vult Freher. *lib.* 1. *orig. Palat.* 3. *& in notis ad libr.* 2. *Petri de Andlo cap.* 10. Arumæ. *diſcurſ.* 3. *ad Aur. Bull. th.* 28. Ita
13 jus Saxonicum etiam Saxoniæ provinciam egreſſum vicinos † populos comprehendit, ut teſtatur Æneas Sylv. *in Europ. cap.* 31. ita *gl. ad art.* 29. *lib.* 1. Der Sachs/ das iſt ein jeder/ so unter Sachſen Recht ſitzt. Sed ut hodie ejus territorium multum ſit reſtrictum de quo Arumæ. *d. loc.* Ex hac legum varietate multæ ſæpe ini-
14 quitates in judiciis † oriebantur, dum quilibet eam amplecteretur legem, quæ
commodis ſuis maxime deſervire videretur. Quandoque etiam ab una lege ad
15 aliam tranſiret, lucri ſpe invitante. Inde illa † abdicatio apud Sigon. *lib.* 8. *de regno Ital.* Ego Maria, quæ profeſſa ſum vivere lege Romana, ſed nunc pro viro meo lege Longobardorum vivere videor, qui profeſſus eſt ex natione ſua lege vi-
16 vere Longobardica. Unde ita conqueritur *Witich.* 1. *annal.* De legum † varietate, inquit, non eſt in hoc libello diſſerere, cum apud plures inveniatur Lex Saxonica diligenter conſcripta. Ubi Henric. Meibom. *in notis* dubitat, an de illa lege Saxonica loquatur Witichindus, quæ apud Joannem Heroldum & Fridericum Lindenbr. extat 18. capitulis diſtincta. Sed Reiner. Reinec. *in notis ad Poëtam Paderborn. ad An.* 805. id pro certo præſupponit, hac interpretatione addita, quod
17 tres † Saxonum populi, ſcilicet, Oſtphali, Angarii, Weſtphali aliis inſtitutis
convenerint, aliis diſcreparint. Et certum eſt, Saxoniæ latiſſimam gentem, ut moribus: ita juribus nonnihil variaſſe. Ita *in artic.* 64. *libr.* 3. Landrecht. refertur, multas eſſe nationes terræ Saxonicæ, quæ ſibi aliena jura competere dicant, ut
18 Holſati, † Hadelerii & Stormeri. Quas tres nationes ab omni retro memoria ſine controverſia Saxonici juris fuiſſe teſtatur Cranz. *lib.* 4. *Saxon.* 23. *& lib.* 5. *cap.* 27. ex Adam. Brem. *in hiſtor. Eccleſ. cap.* 61. niſi quod hic pro Hadeleriis Thit-
marſos

Digitized by Google

marſos collocat, & Stomarios nobiliores facit. Hos omnes Witich. *d. libr.* 1. Suevos Trans-Albianos vocat, qui aliis legibus utuntur, quam Saxones. Sed cur
Suevos? an quia eos Carolus è Suevia in hanc coloniam olim traduxit, † cum 19
Saxones in Franciam transferret? *ſupra cap.* 24. *n.* 18. An quia huc ſucceſſive alii quoque coloni migrarunt, de quibus Helmold. *libr.* 1. *Chron. Sclavic.* 90. quos Saxones generali nomine Suevos, quaſi peregrinos à ſweiffen/id eſt, vagari appellarunt? Reinec. *princ.* 3. *ſyntagm. fol.* 420. De Suevorum † peculiari jure à Saxo- 20
nico diſcreto vide Martin. Cruſ. *in annal. Suev.* Heig. *d. queſt.* 7. *num.* 45. Ad quod fruſtra provocabat Henricus Leo Dux Saxoniæ apud Helmold. *lib.* 2. *cap.* 29. Sed Ecco Repkovius Suevica jura, nihil à Saxonicis diſcrepare dicit, præterquam in proceſſu judiciario & ſucceſſionibus, *art.* 19. *lib.* 1. *art.* 12. *lib.* 2. Landrecht. Cujus rei ratio ridicula redditur *à gl. ad art.* 5. *lib. num.* 5. ab odio Saxonum in Suevos concepto, quippe qui aliquando illorum uxores ſuppoſuerint. *vide artic.* 17. & 18. *libr.* 1. Landrecht.

CAPUT XLI.

De diſtinctione Legum à Carolo M. facta.

SUMMARIA.

1 *Caroli M. providentia.*
2 *Franci duas leges habebant.*
3 *Capitula Caroli.*
4 *Capitulare plurium Imperatorum Conſtitutiones continet.*
5 *Lombarda, an ſit Caroli M.*
6 *Diploma Carolinum Aquisgranenſe cujus ſit generis?*
7 *Caroli M. irritus conatus.*
8 *Saxones leges quaſdam invito Carolo retinuerunt.*
9 *Lotharius Saxo jus civile ſervandum propoſuit.*
10 *Hincmari Remenſis querela.*
11 *Indicia falſitatis.*

CUm ſic ergo diverſi populi ſub uno Imperio Francico diverſis legibus uterentur, Carolus † Magnus Imperator eos in unam conſonantiam redige- 1
re, & diſcrimina jurium auferre, cogitavit quidem, ſed an effecerit, hæret aqua. Sic enim de ipſo ſcribit Eginhard. Poſt ſuſceptum imperiale nomen, cum multa adverteret legibus populi ſui deeſſe. Nam Franci duas † habent leges in plu- 2
rimis locis valde diverſas, (an Salicam & Francicam intelligit?) cogitavit, quæ deerant addere & diſcrepantia unire, prava quoque ac perperam prolata, corrigere. Sed hic nihil aliud ab ipſo factum eſt, niſi quod † pauca capitula & ea im- 3
perfecta legibus addidit. Omnium tamen nationum, quæ ſub ejus dominatu

erant,

erant, jura, quæ ſcripta non erant, ſcribi & litteris mandari fecit. Hæc Eginhard.
& ex eo Lindenbrog. *in Chron. Caroli M. fol.* 212. Heig. *d. quæſt. 7. num.* 42. Illa ſunt
4 capitula † Caroli Magni quibus aliorum ſucceſſorum declarationes & additio-
nes ſimul conjunctæ capitulare Carolinum conſtituunt. *gloſſ. in conſtitut. Friderici,*
hac edictali. §. injuria. in verb. ſecundum leges, tradit Carolum non niſi novem leges in
Lombardia contentas, poſtquam creatus fuerit Imperator, condidiſſe. Item ha-
bet gloſſ. *lat. ad artic.* 82. *libr.* 3. Landrecht. Carolus fecit quaſdam leges in Lombar-
dia per totum, qui etiam poſtea habuit imperium, & fecit novem leges ſive de-
cem, ut in ultima chatta capitularis ſui continetur, &c. Unde nata videtur opi-
5 nio, quaſi liber † Lombardæ, *de quo cap. præcedent. dictum*, à Carolo M. factus
ſit. Huic enim fini *gl. ad cap.* 1. *c.* 33. *quæſt.* 1. citat Alvarot. *in proœm. feud. num.* 17.
Curt. jun. *de feud. c.* 6. *n.* 2. Quod ejusdem eſt generis cum dipmate Carolino da-
6 to † civitati Aquisgranenſi, de quo *ſupra cap.* 35. *n.* 16. ubi ita loqui fingitur Caro-
lus. Legum Saxonum diſtinxi, diſtinctam ſub auctoritate regia & imperatoria
ſtabilivi, non ex mea adinventione vel corde prolatam, ſed communi conſilio à
me renovatam & auctam in melius, &c. Quod ſi verum eſſet, Witichindi querela
7 ſuper † varietate legum opus non fuiſſet. Fuit quidem Caroli bonum conſilium
& conatus laudibilis, ſed id perficere non potuit, ſubditorum pertinacia reniten-
te, à jure & more hereditario majorum decedere nolentium. Ita enim & Fran-
ci novas leges recipere detrectarunt, & volumen legum, quod extat, antiquarunt.
8 Paul. Æmil. *lib.* 3. *de reb. geſt. Franc.* 8. Et Saxones † multa jura etiam contra Ca-
9 roli M. voluntatem retinuerunt. *art.* 18. *lib.* 1. Landrecht. In Italia certe primus †
Lotharius Saxo veterum legum Romanæ Longobardicæ & Salicæ diſſonantiam
ſuſtulit, jubens omnes ſecundum jus civile Juſtinianeum vivere. Heig. *d. quæſt.* 7.
num. 48. Quia ſcilicet hactenus varietas legum adhuc in uſu fuerat, & ſecun-
10 dum illas in judiciis pronunciari conſueverat. Quod ex Hincmari Remenſis †
Archiepiſcopi querelis conſtat, *in tract. de poteſt. regia cap.* 15. ubi de injuſtitia Co-
mitum agit: quando ſperant aliquid lucrari, ad legem convertunt, quando vero
per legem non æſtimant acquirere, ad capitula (Caroli M. & ſucceſſorum) con-
fugiunt, ſicque interdum fit, ut nec capitula plene obſerventur, ſed pro nihilo
habeantur, nec lex. *Hæc ille.* Quomodo ergo Carolus M. gloriari potuit, ſe jus
11 Saxonicum diſtinxiſſe, cum † etiam poſt Caroli tempora confuſio omnis gene-
ris iniquitates & querelas pepererit? Quomodo diſtinctum confirmaſſet, cum
id ſine ſcripto fieri non poterat, jus Saxonicum autem in conſuetudine adhuc po-
ſitum eſſet? Cur id non protuliſſet compilator juris Saxonici ac Speculo ſuo in-
ſeruiſſet; ſi tale quid extitiſſet? Cur id hactenus à nemine prolatum, cum tamen
aliæ leges Alemannicæ & Saxonicæ etiam antiquiores conſervatæ, & ad noſtram
memoriam transmiſſæ ſint? Nimirum, quia ſuppoſititium eſt diploma Caroli-
num Aquisgranenſe, quo ipſi Friderico Barbaroſſæ, ut imprudenter illud
confirmaret, illuſum eſt.

Digitized by Google

CAPUT XLII.

De jure veteri Saxonico non ſcripto.

SUMMARIA.

1 *Lacedæmonij & Romani olim jure non ſcripto uſi.*
2 *Item Longobardi & Saxones.*
3 *Germanorum laus.*
4 *Uſus feudorum.*
5 *Antiqua Saxonum jura conſuetudinaria.*
6 *Ecconis collectio ex quo fonte profecta?*
7 *Judicium per ſortilegium antiquiſſimum.*
8 *Jus duellicum, an à Carolo M. profectum?*
9 *Saxonis Grammatici auctoritas.*
10 *Campionis vocabulum Saxonicum.*
11 *Cimbri notatio.*
12 *Jus duellicum omnibus Germanis commune.*
13 *Feudorum origo Carolo M. antiquior.*
14 *Lex Carolina de ſponſalibus.*
15 *Concilium Triburienſe quando celebratum?*
16 *Jura Saxoniæ à Daniæ Regibus data.*

QUod de Lacedæmoniis † ſcribit Juſtin. *in* §. 10. *Inſt. de jur. nat. Gent. & civ.* ex 1
Plutarcho *in Lycurg.* ipſos ea quæ pro legibus obſervabant memoriæ mandaſſe, & de antiquis Rom. Pompon. *in leg.* 2. §. 3. *ff. de orig. jur.* eos incerto magis jure & conſuetudine uſos, quam lege ſcripta: id veteres Longobardos † & Saxones, utpote fratres obſervaſſe credendum eſt, quippe qui olim jure non ſcripto 2
utebantur & ſolis moribus vivebant, ſed quos ſanƈte ſemper cuſtodiebant. Quod in antiquis † Germanis commendat Tacitus: plus ibi valent boni mores, inquit, quam alibi bonæ leges. Atque hoc apud Longobardos, usque ad Rotharim Regem, qui primus ſcriptas leges edidit, ita obtinuit. Paul. Diacon. *lib.* 4. *de reb. geſt. Longob* 44. Heig. *lib.* 1. *quæſt. Saxon.* 7. *num.* 26. Ita jus feudale † mori- 3
bus introductum dicitur *in* §. 4. 1. F. 1. *& c. un.* 2. F. 1. Goth. Anton. *diſp. feud.* 1. *th.* 1. 4
lit. D. Et *gl. ad art.* 18. *libr.* 1. Landrecht. *in fin.* jus Saxonicum interpretatur antiquam † Saxonum conſuetudinem. Unde Ecco Repkovius in proœm. Speculum ſuum 5
non à ſe inventum, ſed à majoribus transmiſſum eſſe gloriatur, hiſce rythmus:

Diß Recht haben vor alter Zeit/
Unſer Vorfahren hergebracht/
Deren er doch nicht kan gedencken.

O Item.

Item.

Dieſes Recht hab ich nicht erdacht/
Es habens vor Alters auff uns gebracht/
Unſere gute Vorfahren/ ꝛc.

Quomodo Carolus M. *in cap. volumus. 11. quæſt. 1.* approbato *per c. novit, extra. de judic.* dum ſubditos ſuos legum vinculis vel conſuetudinario more uti dicit, ſub hoc proculdubio Saxones, Friſiosque comprehendit. Illarum autem conſuetudi-
6 num, ex quibus Speculum ſuum collegit † Ecco, aliæ etiam Carol: M. ætatem excedunt, aliæ poſtea vel cœperunt, vel ſubſequentium Imperatorum conſtitutionibus aliam formam cœperunt. Quod fieri poſſe conſtat *ex cap. un. 1. F. 13. in*
7 *princip.* Ita judicium † per ſortilegium (ein Waſſer Urtheil) in caſu dubio dicitur, antiquis Saxonibus uſitatum fuiſſe, usque ad converſionem fidei Chriſtianæ ſub Carolo Magno factam. Denn als ſie ſich zum Glauben bekehrten / da lieſſen ſie allerley böſe Gewohnheiten fahren/ die wider GOtt waren. *gloſſ. ad artic. 21. libr. 3.*
8 Landrecht. *n. 8. & gl. ad cap.* 40. Lehnrecht. Ita jus duellicum † Saxonum proprium eſſe à Caroli Magni temporibus, usque ad Fridericum, qui id jus commune fecerit *in titul. de pac. ten. in uſib. feud. ſcribit gl. ad art. 63. libr. 3.* Landrecht. Cum id jus dubio procul in Saxonia ante Caroli M. tempora, imo ante Longobardorum egreſſum valuerit. Cujus rei exemplis plena eſt Alberti Cranzii Dania &
9 Saxonia ex Saxone † Grammatico depromta, ſed cui auctori non multum defert Janus Douſa *lib. 1. annal. Holland.* quippe qui veritatem hiſtoriæ animam neglexit. Notabile eſt, quod legitur apud Paul. Diac. *libr. 4. de geſt. Longob. 16.* de ſervo Carello (Kerl) Gundibergæ Reginæ caſtitatem duello vindicante. In-
10 nuit id vocabulum † Campionis (Kamp) quod Saxonicum eſt, & pugnam denotat. *d. art. 63. lib. 3.* licet cambii vox pro permutatione accipiatur *in §. 2. 1. F. 4. & 22.* neſcio ſi illa quoque Germanicæ originis ſit, ex qua ſupereſt Roßkamb/ Roßteuſcher. Ab hoc campſor Italis pro nummulario Guid. Pap. *deciſ. 287.* Deciſ. Rotæ Genuenſ. 32. Ab illo Kämpffer / id eſt, pugnator. Quæ putatur eſſe
11 notatio † Cymbri, Reinecc. *libr. 3. ſyntagm. hiſtor. fol. 384.* Cum qua in effectu convenit illa Cranz. 1. *Saxon.* 8. apud Germanos cimbri prædones appellantur, quod Strabo de Gallica, Plutarchus de Germanica interpretatur lingua. Douſa *libr. 6. annal. Holland.* Item campio apud Italos, qui pro alio in arenam deſcendit, de quo Paris de Puteo *lib. 5. de duell.* Lancell. *de jure perſon. part. 2. concluſ. 32. & ſeq.* Inde jus duellicum dictum das Kampffrecht/ de quo vide Goldaſt. *tom. 1.* Reichsſatzungen *fol.* 314. Non ergo hoc jus Saxonum proprium fuit, ſed omnibus Ger-
12 manis, † & præſertim Septentrionalibus commune ab antiquiſſimis temporibus: uti etiam ſentit Auguſt. Viſcher *de duell. proviſ. memb. 2. ſect. prior.* Ita quamvis ſub Carolo M. feuda aliam fortaſſe formam acceperint, Vult. *1. feud. 1. n. 4.* & in Germania à Conrado I. initium cœperint, juxta Douſam *libr. 5. annal. Holland.*
13 non ideo tamen † origo Carolo M. tribuenda eſt, cum illa multo antiquior

Longo-

Lo[n]gobardis debeatur *infr. c.* 49. Quod vero Hoſtienſ. *in c.* 1. *extr. de ſponſal.* tradi-
di. Saxones dicere legem de ſponſalibus † ſe à Carolo habere, ea cujusmodi ſit, 14
expediri nequit, niſi de illibata Saxonum generatione, de qua *c.* 46. accipere ve-
lis.. Hoc conſtat concilium † Triburienſe, ex quo *d. cap.* 1. *de ſponſal. deſumtum* 15
eſt, non à Carolo ſed ab Arnulpho Imp. celebratum eſſe, *ſupra cap.* 31. *n.* 12. Atque
ita quoque recte ſentit Heig. *lib.* 1. *queſt Saxon.* 8. *n.* 27. Denique Haraldum quo-
que Daniæ Regem, tam Saxonibus † quam Trans-Albianis & Freſonum genti 16
leges & jura conſtituiſſe, quæ adhuc pro tanti viri anctoritate ſerventur, prodidit
Adam. Brem. *lib.* 2. *hiſtor. Eccleſ.* 19. Quod fortean eo tempore factum, quo Friſii
ſub Danorum Imperio comprehenſi, de quo Douſa *libr.* 3. *annal. Holland.* Si ergo
ex hiſce omnibus juribus, moribus, & conſtitutionibus Principum etiam poſte-
riorum conflatum eſt Speculum Saxonicum, id quomodo Carolo M. adſcribi poſ-
ſit, non videmus.

CAPUT XLIII.

De pacificatione Caroli M. & Saxonum.

SUMMARIA

1 *Univerſalis locutio nihil excludit.*
2 *Juris Saxonici capitula à Carolo edita.*
3 *Carolus Saxones in gratiam recepit.*
4 *Tempus & locus pacificationis incerta.*
5 *In minori ſumma omnes conſentiunt.*
6 *Falſa epocha diplomatum.*
7 *Salza an ad Salam fluvium ſita.*
8 *Sala fluvius Saxoniæ terminus.*
9 *Leges pacificationis non annotatæ.*
10 *Saxones & Franci unus populus factus.*
11 *Saxones in tutelam imperij recepti.*
12 *An provincia Eccleſiaſtica facta?*
13 *Jus Saxonicum à Carolo confirmatum.*
14 *Confirmatio juris habetur pro privilegio.*
15 *Extincto regno extinguitur jus regni.*
16 *JCti erubeſcunt ſine lege loqui.*
17 *Multo magis hiſtorici ſine certo auctore.*

AT inquis, Carolus M. omnium nationum jura deſcribi fecit, teſtimonio
Eginhardi. Ergo etiam Saxonum jura, quia † omne qui dicit nihil exclu- 1
dit, juxta Dd. *in l. à procuratore*, 13. *C. mand.* Si de parte aliqua juris Saxonici, ſive de
præcipuis † capitibus hoc argumentum intelligas, non adverſabimur, neque 2

Digitized by Google

reclamabimus, ſi hæc 18. capitula ab Heroldo edita Caroli M. eſſe dicas. Sed in-
de non ſequitur totum Speculum Saxonicum eſſe Caroli, non magis quam 18. il-
3 la capitula totum Speculum abſolvunt. Id certum eſt ex veris hiſtoriis, † Ca-
rolum finito bello Saxonico, Saxones ſuperſtites in gratiam recepiſſe, certisque
4 pactis & legibus cum ipſis conveniſſe. Quamvis enim locus & † tempus, quo
id factum, æque controverſa ſint: Ita enim *gl. ad art.* 82. *& libr.* 3. Landrecht. com-
mentatur, privilegium Saxonum datum eſſe à Carolo Magno in arce Saſſenbur-
go Anno Chriſti 810. quam ſequuntur Treutler. *vol. diſput. ſelect.* 1. *th.* 10. *lit. A.* Co-
ler. *in orat. de orig. juris Saxon.* Cui epochæ annum adhuc addunt Paulus Eberus,
Fabric. *lib.* 1. *Saxon. univ.* Erp. Lindenbr. *in Chron. Caroli M. fol.* 244. in quo ſcilicet
Carolus M. jus Saxonicum confirmavit. Idem tamen Fabric. *lib.* 1 *ad An.* 808. id
refert Reinec. *ad Poëtam Paderborn. ad A.* 805. Adam. Bremenſ. *cap.* 12. *ad Ann.* 804.
qui eſt 37. regni Carolini: Cæteri annum unum adhuc detrahunt, ut poëta Pa-
derborn *ad A.* 803. cum quo faciunt Spangenb. *in Chron. Saxon. cap.* 86. ubi Salzæ
ad Albim id factum eſſe dicit Lindenbr. *fol.* 218. Zvving. *volum.* 3. *theatr. vitæ hum.*
5 *lib.* 1. tamen cum in minori † ſumma omnes conſentiant. *l.* 27. §. 7. *ff. de recep. arb.*
in anno 803. acquieſcendum erit, cum quo etiam Brotuff. tranſit. Quo ipſo fal-
ſa epocha diplomatum confirmatur, de qua dictum *cap.* 33. cum in hac ipſa pacifi-
6 catione † prætenſa donatio Eccleſiaſticis facta eſſe dicatur. Sed de loco æqui-
7 voco Saltzæ † nihil expediri poteſt. Utut enim hic excludatur Saliſſo juxta
itinerarium *Antonini* inter Argentoratum & Tabernas ſita, quæ vocatur Selß Mar-
cell. *libr.* 16. & ibi Lindenbr. Item Saltzburgum Bavariæ, Romanis Juvanum di-
ctum à Germanico Helffenberg/ ut auguratur Bruſchius Berth. *lib.* 3. *comment.* Le-
8 gul. Hund. *in metrop. Salisburg.* Poëta Paderborn. Salzam ad Salam † fluvium col-
locat, Saxoniæ terminum. *de quo cap.* 5. Lehnrecht. Adem. Brem. *cap.* 2. Lindenbr.
in Chron. Caroli M. fol. 42. Ubi Carolus M. palatium habuit. Ita enim ait ad *A.* 790.

——— prope mœnia venit
Magna Palatina ſedis, Saltz nomine dicta,
Naſcenti vicina Salæ, &c.

Quod ex Adelm. Benedict. Aſtronomo deſumſiſſe videtur, qui hoc iter ita de-
ſcripſit: Rex Wormatia per Mœnum fluvium ad Salæ palatium ſuum in Germa-
nia juxta Salam fluvium conſtructum navigavit: Ubi etiam legatos Nicephori
Imper. Conſtantinop. excepit Carolus, de quibus Egoliſmenſis. Qui venerunt
ad Imper. in Germaniam ſuper fluvium Sala in loco Saltz, & pactum faciendæ pa-
cis in ſcripto ſuſceperunt. Quod ſi Saltzam Thuringiæ urbem hanc opineris, de
qua Dreſſer. *in mill.* 5. *de erb. German.* illa non ad Salam fluvium Thuringiæ ſita eſt,
ſed ad Salzam fluviolum, qui etiam interlabens oppido nomen dedit. Denique
amicus quidam noſter Salveldiam fuiſſe ſuſpicabatur. Atqui nec illa per Salam
naves à Mœno flumine recipit. Itaque in medio id relinquimus, niſi quod veri-
ſimile eſt, ſitum loci fluminum eluvionibus tanto temporis decurſu mutatum eſ-

ſe, eo

Digitized by Google

ſe, eo quod illis Salzam oppidum multum infeſtatum ſcribit Dreſſerus. Atque id
ipſe Poëta Anonym. innuere videtur. Adde Cranz. *lib. 2. Saxon. 21.* Reuſner. *in ope-*
re Baſilic. in geneal. ſtirpis Aſcaniæ. Et fortean in hoc eodem loco celebrata ſunt olim
comitia Salizenſia ſub Pharamundo I. Anno 424. in quibus Leges Salicæ latæ.
Quas producens Goldaſt. *tom. 3. conſtit.* ibi annotat, olim Salcheim dictum in pa-
go Salico. Ut certum ſit hic palatium ſive Salam habuiſſe antiquos Francorum
Reges. A quo fortean fluvius Sala, ut & leges Salicæ denominatæ fuerunt. *ſupra*
cap. 40. n. 5. Quibus † legibus pacificatio cum Saxonibus facta ſit, temera- 9
rium eſt aſſerere, cum eæ annotatæ non ſint, Saxonia, cujus maxima intererat tam
inſignem mutationem æternæ memoriæ mandari, litteratis deſtituta. Vel ſi
annotatæ ſunt, injuria temporum perierint. Id ſaltem ex Eginhardo diſcimus,
Saxones † cum Francis unum populum factum eſſe. Hoc eſt, uno & commu- 10
ni imperio Francico Caroli M. Cæſaris colligatum. Quod ſic expreſſit Poëta Pa-
derborn.

Hoc ſunt poſtremo ſociati fœdere Francis,
Ut gens & populus fieret concorditer unus,
Ac ſemper Regi parens æqualiter uni.

Item Witich. *lib. 1. annal.* Qui olim ſocii ac amici erant Francorum: jam fratres
& quaſi una gens ex Chriſtiana fide facta eſt. Ex quo conſequens eſt, † Saxo- 11
nes in tutelam Imperii receptos, iis fortaſſe legibus, quæ extant *in art. 66. libr. 2.*
Landrecht. Nunc conſiderate antiquam pacem (inquit textus) quam in terra Sa-
xoniæ Imperialis majeſtas (*Caroli M. vel Henrici Aucupis*) ex conſenſu religioſorum,
nobilium, procerum, vaſallorum, proborumque hominum in ea commorantium
confirmavit, &c. Ex quo tamen non ſequitur, ideo Saxoniam in provinciam † 12
Eccleſiaſticam redactam eſſe, ut videtur colligere Adam. Brem. *in hiſtor. Eccleſ. cap.*
8. Quod vero gl. lat. *ad d. art. 66.* ſe refert *ad art. 9. Weichb.* ubi de hac pacificatio-
ne plenius agatur: in eo lapſus eſt uterque gloſſator, quia conſtitutio illa ad Ca-
rolum M. reſpicere non poteſt, ſed ad Henricum Aucupem aliumve ex ſucceſſo-
ribus pertinet. Eſto & hoc, quod in his Comitiis Salzenſibus Carolus Imper.
etiam jura & † conſuetudines antiquas Saxonibus confirmarit, ſed ut multa cor- 13
rexerit, & mutarit, quædam contra voluntatem ſuam reliquerit. *artic. 18. libr. 1.*
Landrecht. Coler. *de orig. juris Saxon.* Quomodo videtur ſentire Cranz. *libr. 1. Sa-*
xon. 30. Saxones in ſuis conſuetudinibus (quas poſtea Speculo Saxonico indide-
runt) cum Carolus Francorum Rex auctoritate, ut ferunt, interpoſita confirma-
ret, mulierum conditionem in multis deteriorem fecere. Atque ita intelligen-
dum eſt, quod ſcriptores tradunt, Carolum M. jus Saxonibus confirmaſſe. Span-
genb. *in Chron. Saxon. cap. 75.* Fabric. *in Saxon. libr. 1* qui tamen id *ad Ann. 811.* refert
ſupra cap. 37. num. 9. Chron. juri Weichb: præmiſſo de Carolo: Er machte auch Schwä-
biſche Recht / und beſtättiget der Sachſen Recht allererſt. Cujuſmodi confirma-
tio † juris proprii pro privilegio haberi poſſet, quod à Romanis bello devicti 14

Digitized by Google

impetrabant, dicti municipes, quaſi muneris participes ac propriis ſuis legibus
15 & magiſtratibus utentes, *leg.* 1. *ff. ad munic.* Gell. *libr.* 16. *noct. Attic.* 3. Arniſæ. *libr.* 1. *polit.* 6. quia alias extincto regno, extincta quoque eſt lex regni ait rectiſſime Bald. *in cap. translat.* 5. *extr. de conſtit.* niſi gloſſator totum Speculum Saxonicum Caroli M. privilegium eſſe vellet. *ſupr. cap.* 37. Cæterum qui plura huic pacificationi ſuperaddunt, ut diximus *cap.* 22. ex ſuo cerebro id depromunt, neque norunt veri-
16 tatem eſſe primum hiſtoriæ requiſitum. Si enim JCti erubeſcunt † ſine lege loqui, juxta ſanctionem *Imperat. in Nov.* 18. *cap.* 1. Jaſ. *in l. præſes provinciæ,* 12. *num.* 3. *verſ. erubeſcimus, C. de transact.* adeo quidem, ut Cagnol. *in l. frater à fratre,* 38. *n.* 260. *ff. de cond. indeb.* qui ſine lege loquuntur, nimis alte volant ſine pennis, & ideo non
17 mirum, ſi veluti Icarus cadant: multo magis † hiſtorico ſine certa auctoritate aliquid memoriæ mandare erubeſcendum eſt, cum remota veritate mendax, fabulator, nugator audiat.

Caput XLIV.

De dignitate & excellentia juris Saxonici.

Summaria.

1 *Jus Saxonicum multa de jure publico continet.*
2 *Exinde quædam in Auream Bullam Caroli IV. relata*
3 *Juris Saxonici & A. B. diſcrepantia.*
4 *Saxones juris publici ſtudioſi.*
5 *Jus publicum privato dignius.*
6 *Elector juris Saxonici defenſor.*
7 *Juris feudalis dignitas.*
8 *Juris Saxonici contemtus.*
9 *Ejusdem durities.*
10 *Auguſti Electoris conſtitutiones declarativæ.*
11 *Juris Saxonici defenſio.*

1 JUris Saxonici dignitas inde elucet, quod multa de jure publico & regali † Imperatoris (qui in Speculo Saxonico abſolute Rex appellatur) Electorum, Epiſcoporum, Principum ac Civitatum continet, quæ in jure civili non reperiuntur. Quod bene animadvertit *gl. ad art.* 54. *lib.* 3. Landrecht. *num.* 2. Hie ſagt er von dem Königsrecht / und von dem Reiche / und hat ſolches genommen aus Königs Caroli des Erſten Satzung / da er das Reich auff die Teutſchen gebracht / welches von dem Keyſer und dem Reich geſchrieben geweſen / welches dann wir in dem jetzigen Keyſerrecht nicht haben / als Accurſ. ſpricht *in* §. *ſed & quod principi,* 6. *verb. lege regia, Inſtit. de jur. nat. gent. & civ.* conſonat Reinhardus *part.* 1. *differ. juris Saxon.* 1. *num.* 10. in jure civili nihil de Gogtaviis diſpoſitum eſſe. Merito autem Accurſ. *d. loc.* hanc

legem

legem regiam propter dignitatem vocat, cujus veſtigia in jure Saxonico † repe- 2
riuntur, ex quo etiam à Carolo IV. in Auream bullam relata & approbata ſunt.
Nam quod *gl. lati. lit. B. ad art. 57. libr. 3.* Landrecht. commentatur alium ordinem
eligendi Imperatorem ſervari † in A. B. Caroli IV. quam in jure Saxonico, ex 3
qua Reinhard. *d. loc. n.* 8. differentiam ſuam mutuatus eſt: illi alio modo obviari
poterat, quam factum ab Arumæ. *diſcurſ. 3. ad A. B. th.* 13. Recte Rutger. Ruland.
4. *de commiſſ.* 1. *cap.* 2. *num.* 1. inter Germanos potiſſimum antiquos † Saxones, ut 4
juris publici ſtudioſos commendat. Quanto ergo † jus publicum, quod ad 5
ſtatum Reipublicæ pertinet, jure privato ſingulorum dignius eſt, *l.* 1. §. 2. *ff. juſt.*
& jure. l. 51. §. *fin. ff. ad L. Aquil.* tanto etiam jus Saxonicum hac in parte jure civili an-
tecellere credendum eſt. Ut non mirum ſi Elector Saxoniæ id etiamnum ſuis in
provinciis mordicus retineat, quippe cujus ut defenſoris juris Saxonici, id con-
ſervari † maxime intereſt. Moller. *ad Conſtit. Saxon. libr.* 2. *cap.* 26. *n.* 4. Rauchb. 6
lib. 1. *quæſt. Saxon.* 40. *n.* 4. Toming. *volum.* 2. *conſil.* 5. Coler. *de orig. jur. Saxon.* pro-
pter approbationem factam *in A.B. Caroli IV. tit. 5. de jure Comit. Palat. & Saxon. Ducis.*
Quod ſi ideo jus † feudale in pretio habetur, quia Principes, Comites ac nobi- 7
les potiſſimum concernit, juxta Zaſ. *in prælud. feud.* Schneid. *in pr. tract. feud.* tum
ea quoque laus ad jus Saxonicum pertinet, quod id ab eodem principio deſcen-
dat, & Longobardi ex Saxonibus proceſſerint. Sed hic contraria ratione, ac pro
viciſſitudine rerum mundanarum † factum eſt, ut jura Saxonica ad infimas par- 8
tes detruderentur, ac paucis in ſubſelliis locum habeant. Quaſi ſcilicet in iis
multa barbara reperiantur, ut ſcripſit Weſemb. *in parat. ff. de petit. hered. in fin.* ſicuti
Andr. de Iſernia *in cap.* 1. §. *fin. de not. feud.* jus Longobardorum jus aſininum indige-
tat. Negari nequit, quin jura Saxonica † in quibusdam caſibus ſint valde du- 9
ra, quod ipſum etiam in jure civili agnovit Ulpian. *in l. proſpexit,* 12. *ff. qui & à quib.*
manu. ut eſt caſus *in artic.* 5. *libr.* 3. Landrecht. quem Coler. *deciſ.* 7. *n.* 29. *p.* 1. dicit eſ-
ſe contra omnia jura mundi, ut propterea etiam per novellas Auguſti Electoris
† conſtitutiones, ad quas commentatus eſt Daniel Mollerus JCtus *p.* 2. *cap.* 26. 10
& alibi ſæpe hujusmodi rigor mitigatus ſit: ſed tamen non ideo univerſum jus
abjiciendum eſt, quia propter unum ictum non cadit arbor, & propter malos pi-
ſces non † rumpimus retia, *cap.* 1. *cauſa.* 23. *quæſt.* 7. Longe aliter ſentiunt Heig. 11
lib. 1. *quæſt. Saxon.* 8. Col. *in orat. de orig. juris Saxon.* Jacob. Scultes. in epiſt. *dedic. an-*
te deciſiones Coleri, & alii interpretes juris Saxonici, quibus ut artificibus in
ſua arte potior fides habenda.

Digitized by Google

Caput XLV.

De ſeveritate juris Saxonici.

Summaria.

1 *Saxonum Lex crudeliſſima.*
2 *Jus Saxonicum crudele.*
3 *Saxones crudeles.*
4 *Septentrionales crudeles.*
5 *Leges hominum moribus accommodandæ.*
6 *Suſpendij pœna Germanis uſitata.*
7 *Etiam pro viliori furto.*
8 *Solidus an pro aureo accipiendus.*
9 *Friderici Imper. pœna.*
10 *Patibulorum frequentia utilis.*
11 *An cadavera in patibulis relinquenda?*
12 *Germanorum caſtitas.*
13 *Saxonum ſevera matrimonia.*
14 *Stupratores olim ſuſpenſi.*
15 *Capitalis pœna frequens apud Saxones.*
16 *Item probatio per duellum.*
17 *Jus duellicum à Papa reprobatum.*
18 *Juramenti delatio frequens.*
19 *Saxonum defenſio.*
20 *In criminalibus, quales probationes requirantur?*
21 *Saxones fidei tenaces.*
22 *Teſtamentum coram duobus Senatoribus conditum valet.*

OPponitur hic, quod Wippo Capellanus Conradi II. ſive Salici *in ejus vita,*
1 Saxonum legem crudeliſſimam † appellat, quam Imperator ipſis ſecun-
dum voluntatem eorum confirmaverit. Quod quidam de ſpeculo Saxonico
2 † accipiunt, quod à Coler. *in deciſ.* 135. *num.* 3. crudelitatis arguitur: ſicuti etiam
gloſſa quædam juris feudalis ad cap. 88. diabolica appellatur ab Henningo Gæ-
3 den *in pract.* referente eodem Col. *deciſ.* 117. *n.* 11. Et certum eſt, Saxones veteres †
eo nomine male audire. Ita enim Salvian. Maſſilienſ. quem refert Beſold. 2. *diſ-
ſert.* 2. 17. Laudando criminando, Saxones efferos crudelitate, ſed caſtitate mi-
randos pronunciat. Rationem reddit Bod. *in meth. c.* 5. à natura regionis, qua
4 Septentrionales † ad crudelitatem impetu ferantur. Verum cum juxta prin-
cipium *Ariſt.* 4. *polit.* 1. *πρὸς τὰς πολιτείας τοὺς νόμους δεῖ τιθέναι. c.* 1. *diſt.* 1. *c.* 10. *& ſeq. diſt.* 12.
5 Saxonesque veteres mortis contemtores eſſent, ideo oportuit malefacta gravio-
ribus

ribus ſuppliciis coërceri. Unde Adam. Brem. *in hiſtor. Eccleſ. cap.* 5. Saxones legi-
bus ad vindictam malefactorum optimis uſos ſcribit. De priſcis Germanis *Ta-*
cit. Distinctio pœnarum pro delicto. Proditores & transfugas arboribus † ſu- 6
ſpendunt. Nemo illic vitia ridet, nec corrumpere & corrumpi ſeculum voca-
tur, &c. Quæ juſtitiæ laus Saxones potiſſimum concernit, quorum terribilis
lex conformis legibus Draconis apud Gell *lib.* 11. *noct. Attic.* 18. *extat in art.* 13. *lib.* 2.
Landrecht. Fur ſuſpendendus eſt. Et hoc ſi quinque ſolidorum furtum fecerit, † 7
ſi minus ſcopis & forpice excorietur & tondeatur. §. *ult.* 2. *F.* 27. Atque ita le-
gendum, non tundatur monet Camerar. *libr.* 1. *medit. hiſtor.* 36. Quod in jure Sa-
xonico ita explicatur, ut ſi furtum minus ſit trium ſolidorum ſcultetus id punire
poſſit in cute & crinibus, zu Haut und Haar/ das iſt/ zur Staupen ſchlagen. Ubi
gloſſa ejus pœnæ ſeveritatem excuſans, licet † ſolidum pro aureo Ungarico ac- 8
cipiat, juxta doctrinam Salicet. *in l.* 2. *C. de nox. act.* tamen Borch. *de pact. cap.* 2.
in 2. *diviſ. n.* 14. ſolidum vulgarem illic intelligi recte docet. Quod propterea
Friderici I. † Imperatoris animam in inferno torqueri credidit Paris de Puteo 9
referente Neviz. *lib.* 1. *ſylv. nupt. n.* 69. merito pro ſomniis vigilantium habet Me-
noch. *lib.* 2. *de arbitr. judic. quæſt.* 295. *n.* 13. Daniel. Moller. *ad lib.* 4. *conſtit. Saxon.* 32.
n. 5. Nam etiam in jure civili furtum in re minima, §. *gallinarum,* 16. & ibi Dd. *Inſt. de*
re. diviſ. & in jure canonico ſimonia pro ſex ſolidis committitur *cap. ex tuæ,* 20. *extra*
de ſimon. Et laudantur eo nomine Reſpublicæ, † quæ hæc delicta noſtro tem- 10
pore nimium frequentia crebris quoque ſuſpendiis vindicant, ſicuti de patibulo
Rubeacenſi in Alſatia, celebratur proverb. Der Galgen zu Rufach hat gut Ey-
chen holtz. Camerar. *libr.* 1. *medit. hiſtor.* 15. Sed & cadaverum † expoſitio utilis 11
eſt propter exemplum, *l.* 27. §. 15. *ff. de pœn. gl. ad art.* 36. *Weichb.* Eberh. Speckhan.
libr. 1. *illuſt. quæſt.* 9. quicquid contra eam diſputet Heig. 2. *quæſt. Saxon.* 37. Quod
vero Tacitus in Germanis commendat, quod ſevera illic † ſint matrimonia, de 12
caſtitate plura Reinec. *part.* 3. *ſyntagm. fol.* 448. id potiſſimum † ad Saxones perti- 13
nere videtur. De illis enim nondum Chriſtianis jam olim ſcripſit S. Bonifacius
Germanorum Apoſtolus *in epiſt. ad Ethobald. Angl.* ſi virgo in domo paterna ſtupra-
ta, vel matrona adulterio polluta fuerit, ſtrangulatam illam cremari: ſtuprato-
rem † vero ſupra ſepulchri foveam ſuſpendi, aut cingulo tenus veſtibus reſciſſis 14
flagellari. Beat. Rhenan. *libr.* 1. *rer. German.* Münſter. *libr.* 3. *Coſmogr.* Lindenbr. *in*
Chron. Carol. fol. 62. Quæ pœna in ſpeculo Saxonico multum mitigata eſt *artic.* 13.
lib. 2. Et ſimile quid de Friſiorum pudicitia ex Ænea Sylvio refert Pontan. *libr.* 6.
orig. Franc. 5. Poteſt hinc colligi, quare Wippo legem Saxonicam crudeliſſimam
vocet: non quod occultum judicium Weſtphalicum denotet, ut quidam opinen-
tur, cum id eo tempore nondum invaluerit: ſed quod in ea lege crebra & uſitata
† capitis pœna fuerit, ut ſentit Meibom. *in not. ad lib.* 1. *Witichind.* In qua diver- 15
ſa ratione utitur lex Salica graviſſima delicta pecuniaria tantum mulcta puniens.
Bodin. 6. *de Republic. ult. num.* 768. Addi huic poteſt † probatio per duellum ad 16

Digitized by Google

quam aſtringebatur actor teſtibus deſtitutus *art.* 63 *lib.*1. Landrecht. Ita enim agit gl.
ad art. 35. *Weichb.* Kämpffen iſt ſonderlich der Sachſen eigen thun / des ſie ſich ziehen
an ihr privilegium, &c. adde gl. *ad art.* 81. *Weichb.* Et ſunt ejus juris veſtigia à Lon-
gobardis in Italiam delata, *in uſibus feud. lib.* 2. *cap.* 27. Quo nihil frequentius il-
lo ſeculo etiam in dubiis juris quæſtionibus. Ita enim quæſtio, an nepotes in
cernenda hereditate patrui in locum parentum ſuccedere debeant, ſub Ottone M.
per gladiatores deciſa eſt, Witich. *lib.* 2. *annal.* Sigeber. Gemblac. *ad A.* 942. Pont.
lib. 6. *orig. Franc.* 17. Cujac. *ad lib.* 1. *feud. tit.* 4. Hotom. *illuſt. quæſt.* 5. Borch. *de feud.*
cap. 7. *m* 1. *mod. acquir. n.* 50. Ex quo relata eſt in jus Saxon. *art.* 5. *libr.* 1. Landrecht.
Et fortean hinc natum, ut quæſtio in jure inextricabilis gladio deciſa dicatur à Ti-
raquel. *de jure primogen. quæſt.* 40. Moller. *lib.* 1. *ſemeſt.* 40. Sed hic articulus juris
17 duellici † cum multis aliis ut crudelis & impius per bullam Gregorii Papæ re-
probatus eſt. Et ante ipſum Cæleſtinus Tertius *in cap.* 2. *extra de cler. pugn.* pra-
vam terræ (Saxonicæ) conſuetudinem vocavit. Plura ſunt ejus generis, de qui-
bus ipſe compilator fatetur *in artic.* 18. *lib.* 1. Landrecht. Saxones ea contra volun-
tatem Caroli M. retinuiſſe. Quale eſt fortaſſe *in artic.* 15. & 18. *lib.* 1. *gl. ad art.* 66.
18 *eod.* de juramento, per quod omnia dicta & facta † etiam notoria diluuntur
Concord. Lehnrecht. *c.* 19. Der Mann mag aller Beſchuldigung beſſer mit ſeiner Un-
ſchuld entgehen/ denn daß ihm jemand überzeugen mag. Ubi gloſſa, nota, inquit,
Diß iſt den Sachſen ſonderlich zugelaſſen zu einem Vortheil / und dem Lande zu ei-
ner ewigen Beſtättigung/ auff daß ſie ſich zum Chriſten Glauben bekehrten. Unde
ſcripſit Hoſtienſis, Saxones habere talem legem, quod fur abjurat furtum dextra,
19 ſiniſtra illud tenens. Male, cum † nec jus civile hac in parte multum abludat
in l. 13. §. 2. *ff. de jurejur.* Neque fas erat furem pro tam vili furto ignominioſa
morte damnari, niſi adeſſet latiſſima defenſio, cum in criminalibus probationes
20 luce † meridiana clariores requirantur. *l. ult. C. de probat.* Alioqui Saxones juris-
jurandi obſervantiſſimos fuiſſe annotat Heigius 1. *quæſt. Saxon.* 8. *in fin.* Sicuti
21 iidem etiam fidei † promiſſorumque tenaces. Unde etiamnum in ſtatutis Lu-
22 becenſ. perduravit, quod teſtamentum duorum Senatorum teſtimonio † robo-
ratum valet, Anton. Coler. *diſp.* 2. *inter diſp. Andr. Gerb.* Nimirum propter auctori-
tatem, qua judici & Scabinis plena fides etiam abſque juramento adhibetur, *art.*
88. *lib.* 3. Landrecht. Coler. *lib.* 1. *deciſ.* 196.

Caput XLVI.

De nobilitate Saxonica.

Summaria.

1 *Jus Saxonicum dignitatem perſonarum curat.*
2 *Ordines non confundendi.*

3 *Qui-*

Digitized by Google

3 *Quilibet ordo ſua propria jura habet.*
4 *Nobiles antiqui hodie ſunt principes.*
5 *Adelingi Longobardorum.*
6 *Liberi & ingenui hodie ſunt nobiles.*
7 *Baronis etymologia controverſa.*
8 *Quænam ſit vera?*
9 *Aequalitas generationis quomodo intelligenda?*
10 *Ejus quatuor conditiones.*
11 *Legitima parentum conjunctio.*
12 *Probatio filiorum in Rheno.*
13 *Natio parentum æqualis.*
14 *Dignitas utriusq; æqualis.*
15 *Nobilis ignobilem ducens nobilitatem amittit.*
16 *Liberorum & ſervorum matrimonia vetita.*
17 *Ex liberis & ſervis nati, cui ordini accedant?*
18 *Liberi deteriorem parentum conditionem ſequuntur.*
19 *Illibata generatio quousq; requiratur?*
20 *Nobilis eſt, qui quatuor majores nobiles ciere poteſt.*
21 *Alij octo avos requirunt.*
22 *Alij ſedecim.*
23 *Germani ſunt germen nobilitatis.*
24 *Leo nobilitatis diſcretor.*
25 *Nobilitas Saxonica præcipua.*
26 *Henricus Auceps nobilitatis Saxonicæ propagator.*
27 *Gothica & Longobardica nobilitas ex Saxonica orta.*
28 *Caroli V. Cæſaris teſtimonium.*
29 *Gallorum criminationes rejectæ.*
30 *Materna nobilitas, an filio proſit?*
31 *Jura Saxonica quatenus ab aliis diſcrepent?*

EXcellentia juris Saxonici præter alia ex dignitate perſonarum † ordinum 1 diſtinctione & familiarum integritate colligitur, quam præcipue obſervatam voluit, *argum. l.* 44. *ff. ædil. edict.* *§. ultim. Inſtitut. de I. N.G. & C.* & pro qualitate perſonarum mulctas definivit. Heig. *lib.* 1. *quæſt. Saxon.* 8. *n.*79. Sicuti enim quatuor ordines Saxonum fuiſſe diximus *cap.* 24. *num.* 4. ita id legibus firmatum, inquit Adam Brem. *cap.* 5. ut nulla pars in copulandis conjugiis propriæ ſortis terminos transferret, ſed nobilis † nobilem duceret uxorem, & liber liberam, & libertus 2 conjugeretur libertæ, & ſervus ancillæ. Si vero quiſpiam horum ſibi non congruentem & genere præſtantiorem duxiſſet, vel liber ancillam, cum vitæ ſuæ damno componeret. Münſter. *lib.* 3. *Coſmogr.* Conſentit Lex Rotharis *libr.* 2. *LL. Longob.*

Digitized by Google

3 *gob*. 9. ſinguli ergo ordines ſua propria † lege utebantur, ut ex Witich. *libr*. 1. *annal*. conſtat. Saxonica gens, inquit, usque hodie triformi genere & lege, præter conditionem ſervilem dividitur. Nobiles erant, quos *Beda* Satrapas, alii primores ac nobiles vocant, Meibom. *in vindic. Billing. fol*. 17. qui nobis hodie
4 ſunt principes † ac domini ſuperiores, Reinec. *de orig. Saxon.* & in antiquis litteris abſolute nobiles intitulantur. Obſervata tamen clypeorum ſive dignitatum diſtinctione, quæ eſt *in art*. 3. *libr*. 1. Landrecht. Niſi illam tum nondum fuiſſe di-
5 cas. Tales apud Longobardos † erant Adelingi, è Saxonum terris progreſſi, & veteri cognatione ipſis conjuncti. Paul. Diacon. *libr*. 1. *de geſt. Longobard*. 16. Ita-
6 que ut cottidie dignitates aſcendunt: ita hodie Principes nobilium, nobiles † liberorum locum occuparunt. Atque his in jure Saxonico quartus clypeus tribuitur, *in d. art*. 3. vocanturque nobiles & liberi domini, Germanice Freyherrn. Sed ut hos quoque ad ſuperiorem ordinem aſcendiſſe intelligas, Comitibus pro-
7 ximos, dictos Edle Herrn. Reinecc. *d. loc. fol*. 14. vulgo Barones. † De cujus vocis etymol. nimium ſe torquent Dd. ut videre eſt ex Borch. *de feud. c*. 5. Vult. 1. *feud*. 4. Tholoſ. *libr*. 6. *de Rep*. 10. Adam Conz. *libr*. 7. *polit*. 17. §. 7. Propius ad ve-
8 rum accedens Pauermeiſt. *lib*. 2. *de jurisdict. Imp*. 11. *n*. 27. † à Germanico Freyen dictos cenſet, quaſi Fraiones & corrupte Barones. Sed ſenſus bonus eſt, notatio non bona. Eſt enim bar antiqua vox Germanica, capacem ſive habilem denotans. Inde compoſita Adelbar/ nobilitatis capax. Quo nomine fuit Adalbero Archiepiſcopus Bremenſis. Licet aliter id interpretetur Freher. *in not. ad Petr. de Andlo lib*. 1. *cap*. 12. Schöffenbar/ id eſt, judicii capax *art*. 12. *libr*. 2. *gloſſ*. ad *art*. 2. *lib*. 1. *n*. 4. Landrecht. *gloſſ. ad art*. 16. & 33. *Weichb*. Werbar/ id eſt, armorum capax. Pontan. *lib*. 6. *orig. Franc*. 10. Sachbar/ pro advocato *in Legib. Salic. titul*. 56. Si quis Sagibaronem, qui ingenuus eſt, & ſe Sagibaronem poſuit, occiderit. Ohrbar/ de qua voce vide Matth. Steph. *libr*. 2. *p*. 2. *de jurisd*. 7. *n*. 50. Mundbar/ unde Mundiburium, Mumbar/ Ehrbar/ ꝛc. Item Barſchalck/ id eſt, ſervus Baronis in privilegio Ottonis M. Cæſaris: ſicuti in concilio Dingelfincenſi de A. 772. apud Legul. Hund. *in metrop. Salisburg*. Adelſchalck interpretantur ſervi Principis. Huic opponitur Loß/ carens. Inde compoſita Echtloß / illegitimus, Rechtloß / juris expers, Ehrloß/ infamis, *art*. 51. *lib*. 1. Landrecht. *art*. 4. *Weichb*. Quomodo *libr*. 1. *LL. Longob. titul*. 15. §. 15. & *ult*. Vox Teutiſcæ linguæ Erilitz per Ehrloß ſive Heerloß interpratari poſſet, niſi commodior videretur notatio à deſertione, de qua Pontan. *libr*. 6. *orig. Franc*. 17. Aſcendit ergo ſucceſſivo tempore in ſuperiorem ordinem Baro. Quomodo Vulteji ſententia *d. cap*. 4. *num*. 14. *ibid*. quod liberum illis ſit Comites fieri, &c. accipi poteſt. Sicuti eorum plures differentiæ invaluere, de quibus Pautmeiſt. *d. cap*. 11. Liber autem & ingenuus pro nobili accipitur ex veteri uſurpatione apud Günth. *lib*. 5. *vide* 194. & ibi Rittershuſ. *in not*. Cu-
9 jus † dignitas in legitima & æquali generatione à majoribus tracta conſiſtit, *artic*. 72. *libr*. 3. Landrecht. Daß er ſeinen Eltern Ebenbürtig ſey / *artic*. 16. *libr*. 1. Landrecht.

Digitized by Google

recht. *art.* 3. *& ibi gl Weichb.* Lehnrecht. *cap.* 21. *ibi.* Der Sohn behält des Vatters
Schilt zu Lehnrecht / ob er ihm Ebenbürtig iſt. *ſupra cap.* 6. *numer.* 11. Hanc ge-
nerationis † æqualitatem quadruplicem ſtatuit *gl. ad artic.* 73. *libr.* 3. Landrecht. 10
Nos ita intelligimus, quatuor requiſita ſive qualitates parentum uniformes ad il-
lam requiri, ita ut una deficiente generatio filiorum vacillet, eorumque jura clau-
dicent. Werden an ihren Rechten beſcholten. *art.* 51. *libr.* 1. Landrecht. Prima eſt
legitima † parentum conjunctio, abſque qua proles fit illegitima, *d. artic.* 51. *ar-* 11
tic. 72. *lib.* 3. Quod olim quoque ad majores pertinuit, quia illos quoque legi-
time natos eſſe oportuit, *gloſſ. in d. articul.* 51. *numer.* 3. Quo pertinet probatio
filiorum in Rheno flumine, proculdubio † vicinis Weſtphalis quoque uſi- 12
tata *ſupra cap.* 6. *num.* 10. De quo more exaudiendus Sidonius Apollinaris *in pane-
gyr. ad Anthemium*:

Excipit hic natos glacies, & matris ab alvo
Artus infantum molles nix Cymbrica durat.

Item illa ſuſpicio Saxonum contra Suevos. *art.* 17. *&* 18. *lib.* 1. Landrecht. Quæ un-
de nata ſit exponit Cranz. *lib.* 1. *Saxon.* 29. Unde legitima & ingenua proles con-
jungitur *in d. art.* 72. quaſi hæc ſine illa eſſe non poſſit. Secunda eſt † natio pa- 13
rentum uniuſmodi. Quia ex Teutonico uno & Sclavico parente altero nata
proles inæqualem generationem trahebat, *d. art.* 73. *libr.* 3. Cujus tamen ratio ab
odio & ſervitute Sclavorum tracta, *art.* 70. *lib.* 3. *& ibi gl.* ad alias nationes Ger-
manicas extendenda non eſt. Nam quæ allata ſunt *ſupra cap.* 40. *num.* 9. ea huc
non pertinent. Tertia † ordinis æqualitas. Si enim pagana aut villica bannito 14
copuletur, proles ex illis genita æqualem generationem non habet, *d. art.* 73. *in
princip.* Eſt Alemannis inveteratus uſus, & longe retro obſervata conſuetudo,
ut Baro copulando ſibi militaris & inferioris generis conjugem, prolem ſuam in-
de creatam degeneret, filiique de cætero Barones minime vocentur, ait P. de
Andlo. *d. lib.* 1. *cap.* 12. Quod communi jure aliter ſe habet, ubi † natus ex pa- 15
tre Principe, Comite, Barone, Nobili: matre vero plebeia patris tamen dignita-
te gaudet. Petrus Fritz. *de nobilit. concl.* 20. Ultima eſt libertas parentum: Quæ
olim apud Saxones usque adeo neceſſaria erat, ut nec liber † ſervam ducere, nec 16
libera ſervo nubere ſine mortis pœna poſſet, *ſupra num.* 2. Quo reſpicere vide-
tur, quod ex vetuſtis legum voluminibus allegatur *in articul.* 2. §. 4. *Weichb.* quaſi
nullus ſe in ſervitutem dare poſſit. Diverſam viam inſiſtebat Lex Salica Roma-
norum morem ſecuta *tit.* 14. §. 4. *&* 11. ubi conſtitutum eſt, ut ſi ingenuus ancillam
vel ingenua ſervum aut litum voluntario conjugio acceperint, ingenuitatem
ſuam perderent, atque una in ſervitium implicarentur. Atque hoc jus mitiga-
ta pœna in Speculum Saxonum tranſiit, ſed ita ut liberi exinde inæqualem gene-
rationem ſortirentur. Et quidem diverſimode. Nam ex conſtitut. Friderici I. † 17
matris conditionem ſequebantur, *art.* 16. *lib.* 1. *art.* 73. *lib.* 3. Landrecht. *art.* 3. *Weichb.*
Quomodo jus civile id obſervat *in l.* 5. *ff. de ſtat. hom. princ. Inſtit. de jur. perſon.* Sed ex

poſteriori Henrici VI. ſanctione liberi deteriorem parentum conditionem ſequebantur. *d. art.* 3. *& art.* 73. Unde gl. *ad art.* 16. *in fin. lib.* 1. Landrecht. Die Lombarten und wir Sachſen ſchlagen den ſchlimſten oder geringern Eltern nach. Und diß Recht hat Biſchoff Wichman von Magdeburg auffgebracht/ꝛc. *Infra cap.* 52. *n.* 4. Quaſi juxta Medicorum principium natura ſemper in deteriorem partem incli-
18 net. Hæc ergo illibata generatio † à libero & ingenuo homine requirebatur, non ſolum parentum, ſed etiam majorum ſuorum, ita ut poſſet demonſtrare ſeine
19 vier Ahnen/ duos avos & duas avias † liberas, *d. artic.* 51. *artic.* 4. *Weichb.* Quomodo apud Romanos ingenui erant, quorum majores ſervitutem nullam ſervierant, Livius *libr.* 9. *decad.* 1. Conan. *libr.* 2. *comment.* 11. Inde definitio nobilis, qui qua-
20 tuor † inſignia (Heerſchilde) partim ex linea paterna, partim ex materna demonſtrare poteſt, ut habet Jus equeſtre Sileſiæ, Es ſol und muß ein Edelman vierſchildig ſeyn/ und beweiſen/ daß er von Vätterlichen und Mütterlichen Adelichen Ahnen gebohren ſey. vide addit *art.* 20. *lib.* 2. Landrecht. Coler. *deciſ.* 203. *num. ult. lib.* 1.
21 Quem numerum alii duplicari † volunt & octo majores requirunt. Fritz. *d. concluſ.* 20. Becht. *de ſecurit. th.* 225. Imo devenit res, ut quo plures majores numerare quis poſſit, eo nobilior & illuſtrior cenſeatur. Quomodo Nicodemus
22 Friſchlinus in ſecundis nuptiis Ludovici Ducis Würtembergici ſedecim † ejus adavos & totidem adavias illuſtres eleganti carmine 4. libris comprehenſo de-
23 duxit. Hæc eſt nobilitas Germanica à qua Germani † ut verum germen nobilitatis commendantur, per gl. *in c. quorundam, diſt.* 54. cujus fiducia Henricus Co-
24 mes Holſatiæ † Leonem in ſe concitatum in caveam reduxit, quaſi Leo nobilem ab ignobili ſanguine diſcernere ſciat, Cranz. *libr.* 9. *Saxon.* 24. ſed quam juri & moribus Saxonum debent. Ita enim *gl. ad art.* 81 *lib.* 3 *num.* 2. Saxones vo-
25 cat † nobiles & illuſtres, Die Edele werthe und hochgebohrne Sachſen. Et Witich. *lib.* 1. *in princip.* Saxones gentem antiquam & nobilem vocat. Inde dicti Adelingi primus Saxonum ordo, de quo *ſupra c.* 24. *n.* 4. Item nomen fœmininum Adelheidis, de quo Roſvvita poëtria Ottonis M. conjugem alteram celebrans:

Cui nomen clarum dictavit ſumma parentum
Nobilitas, illam digne vocitans Adelheidam.

Item Naucler. *gener.* 34. teſtatur, quod Saxonum præcipua ſit nobilitas in Germania, adde *proœm. Chron. Oldenb.* Cujus aliquot familiæ illuſtres recenſentur *in proœm. Specul. Saxon.* plures à Spangenberg. *in ſpeculo nobilitatis.* Licet Bodin. *in meth. cap.* 9.
26 eam Henrici † Aucupis ætatem egredi nolit. Quod de Witikindæo ſtemmate non concedunt noſtri. Id certum Henricum Aucupem plurimum auxiſſe nobilitatem Saxonicam. Heig. 1. *quæſt. Saxon.* 2. *n.* 62. Becht. *de ſecurit. d. th.* 125. ſed ut novos homines illi inſeruiſſe credendus non ſit. Id enim arguit lex ipſius, qua ad torneamenta neminem accedere voluit, niſi ex quatuor avis aviiſque nobilibus prognatum Reinh. Comes Solmenſ. *in libell.* Von des Adels Urſprung. Mün-
27 ſter. *lib.* 3. *Coſmog.* Sed & † Longobardica & Gothica nobilitas ex hoc eodem

genti-

Digitized by Google

gentilium ſuorum fonte profluxit, quæ per Italiam, Galliam & Hiſpaniam latiſſimas propagines ſparſit. Thuan. *libr.* 1. *hiſtor.* Quam licet Bodin. *d. cap.* 9. ut à barbaris profectam elevet: tamen † Carolus V. nobilitatem totius Europæ à Gothis exortam dicere, ſibique id laudi ducere ſolitus eſt, teſte Levin. Lemn. *in proœm de occult. nat. mirac.* Item Bodin. *libr. 6. de Republ. 5. num.* 744. diſputat liberos 28
nullum † nobilitatis decus à matris origine ſibi vindicare poſſe. Et Tholoſ. 29
lib. 6. de Rep. 11. *n.* 13. Germanos eo nomine rectè ſugillat. Sed illud ita accipi oportet, ſi pater ſit † ignobilis. Tunc enim materna nobilitas filiis parum prodeſt. Cæ- 30
teroquin patris nobilitati materna nobilitas in liberis plurimum addit, prout bonum bono additum ſemper illud præſtabilius facit. *l. polit.* 4. *l.* 75. §. 2. *ff. de verb. obl.* Quod poſt Ariſt. 1. *Rhetor.* 5. pluribus confirmat Simon. Simon. *de vera nobilit. c.* 13. *n fin.* Fritz. *d. concl.* 20. Hæc ergo ſunt jura Saxonica † quæ, quo ad ſtatum & 31
dignitatem perſonarum ſcilicet, plurimum à legibus aliarum provinciarum diſcrepare dicit *artic.* 2. *Weichb. in fin.*

Caput XLVII.

De differentia juris Saxonici civilis & Pontificij.

Summaria.

1 *Juris civilis & Saxonici differentia.*
2 *Quædam differentia concordari poſſunt.*
3 *Ecce Repkovius contra Pontificem ſentit.*
4 *Speculum Saxonicum Pontifici inviſum.*
5 *Articuli aliquot à Gregorio improbati.*
6 *Gregorius ille quis fuerit?*
7 *Reprobatio in concilio Baſilienſi repetita.*
8 *Buxtorfii & D. Block contrariæ diſputationes.*
9 *Speculum Saxonicum, an ſit approbatum à Papa?*
10 *Jus Saxonicum quando valeat?*

Jus Saxonicum quot modis à jure civili † diſcordet, utriusque juris periti ſatis 1
luculenter oſtenderunt. Sunt enim in medio differentiæ *Chriſtophori Zobelij, Ludovici Fachſii & Benedicti Reinhardi JCtorum Saxonicorum, Chriſtophori Romani* opera nuper conjunctim editæ. Quarum quædam commoda interpretatione concordari cum † jure civili poterant, ſi non hic placeret contrariam rationem ini- 2
re, ac *ἐναντία* conſtituere, quæ in jure civili tantum *ἐναντιοφανῆ* finguntur. De diſſonantia juris Saxonici & Canonici nemo eſt, qui verba faciat. An quia id in mentem non venit? An quia operæ pretium non putant JCti, & Saxonicum Canonico comparant, ut muſcam elephanto? cui ne contra hiſcere quidem audeat? Atqui confidentior † animoſior eſt Saxo *in art.* 3. *lib.* 1. *in fin. ipſo Imper. Juſtit. in l.* 8. 3

C. de

C. de ſum. Trinit. & ut bonum imperii civem decet, Imperatoris jura jam tum velli-
cari cœpta, quantum tempora illa ſinebant, ſtrenue propugnat, *in d. art. 3. libr. 1.*
art. 57. lib. 3. & paſſ. Ob quam cauſam librum ſuum Romæ, non admodum gratum
4 futurum † præſenſit Ecco *in præfat.* Ich ſtehe zu Rom wie ein Wild/das die Hun-
5 de beſſen an/ꝛc. Neque defuit eventus, quando Gregorius Papa articulos † aliquot
Speculi Saxonici, & inter illos *d. artic. 3. & 57.* tamquam juri divino & canonico
contrarios reprobavit. Extat diploma *poſt Specul. Saxon. ſine anno & die*, ut utrius
ſit, sciri nequeat. Veriſimile eſt, à Gregorio Nono primum editum, ſed à Gregorio
6 Decimo poſtea † renovatum, in quo inter alia narratur, quod in Saxonia & non-
nullis aliis partibus, quædam deteſtabilia ſcripta legum, Speculum Saxonicum
vulgariter appellata, apud nonnullos, tam nobiles quam plebeios reperiantur,
quæ judices & incolæ partium earundem omiſſis Canonibus, aliisque ſcripturis
ſacris competentibusq; naturæ & civilibus legibus ac bonis moribus procul pul-
ſis, à longis citra temporibus obſervarint, & obſervent etiam de præſenti, &c. Ap-
7 probavit cenſuram poſtea Eugenius IV. in Concilio † Baſilienſi Anno 1431.
Cranz. *libr. 11. Saxon.* 20. Coler. *in orat. de jure Saxon.* Improbavit eosdem articu-
8 los etiam † D. Tammo Buxtorfius, additis rationibus, ſed cui reſpondit D. Ru-
dolphus Block Profeſſor S. Theologiæ Pariſienſis, cujus utriusque ſcripta ex-
9 tant. Quid ergo ſtatuendum eſt, de eo † quod ſcripſit *gl. ad d. art. 3. lib. 1. num. 11.*
quod Speculum Saxonicum Pontifici Romano ſemel placuerit? An id forte in-
telligendum, de pacificatione Caroli M. & Saxonum, in qua eorum jura confir-
mata ſunt? *ſupra cap. 43.* Rectius fortaſſe diceretur, fruſtra impetrari conſenſum
10 illius, cujus diſſenſus nihil operatur. Itaque quod de jure † civili ſtatuunt Dd.
idem etiam de jure Saxonico dicendum, ut ubi jus Canonicum à jure Saxonico
diſſentit: illud ad terras Eccleſiæ remittatur, iſto in terris Saxonicis retento, per
ea quæ habet Honded. *part. 2. conſult. 72. num. 13.* vide addit. Zobel. *ad art. 36. lib. 2.*
in Landrecht. *in fin.*.

CAPUT XLVIII.

De tempore & occaſione Speculi Saxonici collecti.

SUMMARIA.

1 *Jura Saxonica à moribus inchoata.*
2 *Libri juris Saxonici ſucceſive nati.*
3 *Lotharius Imper. jus civile diſcendum propoſuit.*
4 *Lotharij Saxonis obitus.*
5 *Gratianus Decreti compilator.*
6 *Quando vixerit?*
7 *Guelphorum & Gibellinorum factiones.*

8 *Accur-*

Digitized by Google

8 *Accurſius quando vixerit ?*
9 *Gregorius IX. Decretalium collector.*
10 *Friderici Barbaroſſæ JCti.*
11 *Ejusdem conſtitutiones.*
12 *Auth. habita, cujus ſit?*
13 *Ecco Repkovius Speculi Saxoni auctor.*
14 *Quo tempore vixerit ?*
15 *Ecconis Repkovij laus.*

HActenus oſtenſum eſt, quomodo jura † Saxonica è moribus orta, à Caro- 1
lo M. inchoata, & ab Impp. ſubſequentibus ſucceſſive mutata & interpo-
polata ſint. Collectio autem ejus juris diu poſt demum in manus ſumta eſt, &
quidem à diverſis auctoribus. Sicuti enim juris civilis & Canonici libri non uno
eodemque tempore † emerſerunt, de quibus vid. *proleg. Vultej. de juriſpr. Rom* ita 2
nec juris Saxonici. Occaſio autem ita ſe habet. Cum Lotharius † Imperator 3
natione Saxo jus civile Juſtinianeum ex bibliothecis Italiæ erutum, in ſcholis pu-
blice legendum propoſuiſſet, *ſupr. c. 41. num. 9.* ſuaſu Irnerii ſive Werneri Saxonis
JCti, qui authenticas Codici inſeruit, non Ann. 1150. ut incaute ſcripſit Forſter.
libr. 3. hiſtor. jur. civil. 6. cum eo Lotharius jam dudum † in vivis eſſe deſiiſſet, 4
ſed Anno 1132. quo à Papa Romæ coronatus eſt, legesque Romanas in Apulia in-
ventas Piſanis donavit, Spangenberg. *in Chron. Saxon. cap. 219.* Philip. *lib. 4. Chron.*
Helvic. *in Chronol. Chron. juri. Weichb. præfix.* Bey dieſem Keyſer ſind die geſchrieben
Recht wieder an den Tag kommen / die vorhin lang verborgen geweſt / alſo daß man
kein geſetzet oder verordnet Recht zuvorn gehabt / biß zu ſeinen Zeiten. Gratianus
Monachus æmulatione ductus † Decreto colligendo manus admovit, circa A. 5
1142. ut ipſe innuere videtur *in §. forma. 2. q. 6.* licet † circa A. 1150. id abſolutum 6
& publicatum fortean fuerit. Quomodo exaudiri poterit *gl. ad d. §. forma,* Mar-
tin. Polon. & Forſter. *d. loc. cap. 7.* Ab illo tempore invaluerunt Guelphorum
† & Gibellinorum factiones in Italia, quorum illi cum Canoniſtis Pontificis, iſti 7
cum legiſtis Cæſaris partes propugnabant, maxime ſub Friderico II. & Gregorio
IX. frequentes. Cranz. *lib. 8. Saxon. 8.* Platin. *in Gregor. 9.* Ciſner. *in orat. de Frideric.*
2. Johan Marius Belga *de ſchiſmat. & concil. c. 16.* De quibus proprium tractatum
ſcripſit Bartolus de Saxo ferrat; ex quo quædam in Sylvam nupt. retulit Joan. Ne-
viz. *lib. 4. n. 160. & ſeqq.* Quo tempore etiam † Accurſius gloſſator vixit. Ca- 8
rio. *libr. 3. Chronic.* Item Gregor. IX. per † Raimundum Capellanum ſuum po- 9
ſtea Cardinalem, quo Legato contra Fridericum Secundum uſus eſt, teſte Matth.
Pariſio *apud Wolf. cent. 14. lect. memorab.* epiſtolas decretales collegit, quas in Bulla
de Anno 1230. Academiis Bononienſi & Pariſienſi publice explicandas propo-
ſuit. Sed & † Fridericus Barbaroſſa cum celebres JCtos in conſilio ſuo habe- 10
ret, veluti Bulgarum, Martinum, Jacobum & Hugolinum Anteceſſores Bono-

Q niæ,

niæ, Cujac. *ad* 1. *feud.* 12. Rittershuſ. *ad Günth. libr.* 8. *verſ.* 561. multas bonas leges
11 nobis tradidit, ut dicit Alvarot. *ad titul. de pac. tenen. in princ.* Qualis eſt † conſtitutio *de pace tenenda.* 2. F. 27. *de prohibita feudi alienatione.* 2. F. 53. ac omnes illæ, quæ ſub nomine Friderici I. continentur, ac à Cujac. *in lib.* 5. *feudorum* rejectæ ſunt, præſertim cum eædem extent apud ejus temporis ſcriptores Ottonem Friſing. Ottonem de S. Blaſio, Radevicum Güntherum & Abbatem Urſpergenſ. Ejus-
12 dem eſt etiam, non Friderici Secundi celebris & ſtudioſis maxime grata *auth.* † *habita. Cod. ne filius pro patre.* in comitiis apud Roncalias anno 1158. edita, ut contra alios firmant Heig. *p.* 2. *quæſt. Saxon.* 11. *n.* 2. Matth. Stephan. *de jurisd. lib.* 3. *p.* 2. *cap.* 7. *num.* 1. *& ſeqq.* Eorum ergo exemplo & hortatu Hoieri Comitis à Falcken-
13 ſtein incitatus Ecco à † Repkovv. nobilis Saxo jura quoque Saxonica provincialia (Landrecht.) in Speculo Saxonico colligere aggreſſus eſt, uti ipſe teſtatur *in proœm.* ſed cui imprudens Epocham nullam addidit. Itaque Melchior Goldaſt.
14 *in præfat. Spec. Saxon.* ſub Ottone IV. laborem hunc † inchoatum, & ſub Friderico Secundo finitum exiſtimat. Cui hactenus aſſentitur Heigius 1. *quæſt. Saxon.* 8. ubi circa hoc tempus Compilationem Speculi Saxonici factam eſſe pluribus probat. Illudque à Friderico Secundo Imp. confirmatum A. 1213. in Comitiis Merſe-
15 burg. tradit Spangenb. *in Chron. Saxon. cap.* 247. † Repkoviorum familiam adhuc in Saxonia perdurare teſtatur Heig. *d. loc.* Ecconem virum juſtum vocat *gloſſ. antiq. ad art.* 19. *lib.* 1. Einen rechtfertigen Mann / atque ita concludit: So bleibt Ecke des Rechts Pflantzer / und ich (Gloſſator) Begieſſer / GOTT aber der Waſthumb / juxta illud 1. *Corinth.* 3. *verſ.* 6. Paulus plantat, Apollo rigat, Deus dat incrementum.

CAPUT XLIX.

De jure feudali Saxonico.

SUMMARIA.

1 *Variæ opiniones de origine feudorum.*
2 *Veri eorum auctores Longobardi.*
3 *Longobardorum ſedes prope Albim.*
4 *Longobardorum notatio.*
5 *Longobardi origine Saxones.*
6 *Longobardi inſtituta Saxonica in Italiam deduxerunt.*
7 *Vocabula Longobardica ſunt Saxonica.*
8 *Feudi notatio.*
9 *Fodrum quid?*
10 *Feuda, Treuga, Reiſa quid?*
11 *Vaſalli etymologia.*
12 *Vaſſus quid?*

13 *Fal.*

Digitized by Google

13 *Valvaſoris origo.*
14 *Jus feudale & provinciale ſæpe allegantur.*
15 *Non etiam jus municipale, ut poſterius.*
16 *Elector Saxoniæ quo jure vivat?*
17 *Proceſſus juris Saxonici qualis?*

CUm de feudorum origine variæ ſint † opiniones Doctorum, aliis eam ad 1
clientelas Roman. *ut Cujac.* aliis etiam ad Nimrodum monarchiæ Babyloni-
cæ auctorem referentibus, ut Niell. 1. *diſput. feud.* 1. tum illa verior & communior
eſt opinio, quæ à † Longobardis feudorum initia proceſſiſſe ſtatuit, late Heig. 2
1. *quæſt. Saxon.* 1. *ſupra cap.* 42. *num.* 13. Illi autem origine Saxones fuere, è regione
Saxoniæ prope Albim † in Italiam progreſſi. Goth. Anthon. *diſput.* 1. *feud.* *th.* 1. 3
lit. C. A qua etiam appellati ſunt Longobardi hoc eſt ſecundum dialectum † 4
Saxonicam: Von der langen Borde. Philip. Melancht. *lib.* 3. *Chron.* Gothofr. Ant.
d. loc. Recte ergo Weſemb. *de feud. cap.* 3. *num.* 2. Longobardos † Saxones vo- 5
cat: licet alii quoque vicini populi ſe ipſis in Italiam profecturis aggregarint.
Goth. Anthon. *d. th.* 1. *lit.* E. Non ſolum autem inſtituta † & conſuetudines 6
ſuas in Italiam intulerunt, ubi cum jura Romana & Gothica inveniſſent, ex illis
procul dubio utilia aſſumentes, & in ſuum uſum transformantes: ſed etiam lin-
guam Saxonicam cum latina miſcuerunt. *ſupra cap.* 38. *num.* 11. Unde ipſa regio Ita-
liæ Longobardia & corrupte Lombardia dicta. Conſtat id ex multis vocabulis
† juris Longobardici ac feudalis, quæ vel pura puta ſunt Saxonica, vel Saxoni- 7
cam originem redolent. Illius generis ſunt apud Paul. Warnefrid. alias Diac. *lib.*
1. *de geſtis Longobard.* Feld pro campo, *lib.* 1. *cap.* 18. Scalen pro patera *lib.* 2. *cap.* 6. &
& *in LL. Longobard. libr.* 3. *titul.* 14. phara, id eſt, Vahr und Habe/ pro familia, *libr.* 6.
cap. 8. Arg pro callido, &c. Hujus generis ſunt feodum, ab Italis eo in eu conver-
ſo † feudum, à Saxonico Foden/ id eſt, nutrire. Beuſt. *in leg. admonendi. num.* 874. 8
Rittershuſ. 1. *feud.* 1. *quæſt.* 12. Ita enim in antiquis chartis feodum ſcriptum legi-
tur, ſicuti leodes pro leudes Goldaſt. *in not. ad Burchard. cap.* 8. *tom.* 1. *ſcript. Aleman.*
A qua origine eſt etiam † fodrum, id eſt, Futter und Mahl. §. *nobis autem. in extra-* 9
vag. de pace Conſtant. Günth. *lib.* 8. *verſ.* 573.

Id quoq; quod fodrum vulgari nomine dicunt.

Qui vero feudum à Feide. † deducunt, non intelligunt eam vocem per ſe ſeor- 10
ſim ſubſiſtere. Ita enim *in LL. Longobard.* faida pro hoſtilitate, faidoſus pro hoſte
accipitur, ut & Guerra ſive Werra pro bello, Treuga pro induciis, *rubr. & cap.* 1.
extra de treug. & pac. à Germanico Trewe. Belgæ Treues vocant. Reiſa, *in
conſtitut. Frider. de pac. tenend.* pro itinere. Vaſalli † notatio à Faſeln/ quod eſt par- 11
ce nutriri, quamvis reſpondeat feudo, ſicut maſſa pro villa armentaria, ein Maſt-
hoff: verior tamen videtur etymologia à Vaſſen/ id eſt, ligare: quia per inveſti-
turam vaſallus ſolenni ſtipulatione ita alligatur domino, ut ejus fiat mannus ſive

 homo

Digitized by Google

homo proprius. Hotom. *in diſput. feud.* 3. Vult. 1. *feud.* 4. *num.* 14. Witich. *lib.* 3. *annal.* Berengarius manus filii ſui Adelberti ſuis manibus implicans, renovata fide coram omni exercitu famulatui Regis ſe cum filio ſubjugavit. Unde *libr.* 2. *LL.*
12 *Longobard.* 42. *& paſſ.* Vaſalli promiſcue † vaſſi dicuntur. Heig. 1. *quæſt.* 2. *n.* 76. licet proprie vaſallus diminutivum vaſſi eſſe videatur, quaſi vaſſulus. Vaſalli
13 compoſitum eſſe videtur, valvaſor. † Niſi id corruptum credere malis à Saxonico Vorweſer ſive Vorwalter/ paucis litteris immutatis. Plura ne hic de vocabulis addamus, prohibet inſtituti ratio. Itaque jus feudale Saxonicum, non multo poſt jus provinciale compilatum eſt, ut propterea etiam illud 4. liber Speculi
14 Saxonici à nonnullis conſtituatur. Utriusque juris provincialis † & feudalis crebra paſſim fit mentio, *ut in art.* 6. 14. 25. *lib.* 1. *art.* 63. *lib.* 3. *& paſſ.* Landrecht. Sed & multa juris feudalis capita in Speculo Saxonico reperiuntur, *d. artic.* 14. *artic.* 18. *lib.* 3. Ex quibus colligitur illo tempore jus municipale nondum extitiſſe, ſed
15 poſtea demum collectum eſſe. Neque enim in jure provinciali, † neque feudali ulla ejus juris fit mentio. Ipſum jus Weichb. *artic.* 10. ſe cæteris aggregat. ibi Nach Weichbilden Recht/ und nicht zu Landrecht. Ubi gloſſa: Ihr ſolt wiſſen zwi-
16 ſchen Weichbild und Landrecht dieſe Unterſcheide/ ꝛc. De Electore † Saxoniæ movet quæſtionem Arumæ. *diſcurſ.* 3. *th.* 3. numne ſecundum jus Saxonicum regulari ac judicari debeat? Ubi ulterius quæri poſſet, an de jure provinciali vel feudali
17 id intelligendum. Sane circa proceſſum † jus feudale non attenditur. *p.* 1. *differ. jur. Saxon.* 2. *fol.* 63. Sed juris provincialis proceſſum laudat Coler. *in orat. de orig. Saxonic.* De quo vide poſt Coler. *deciſ. numer.* 19. & latius Chiliani Reguli *practicam.*

Caput L.

De collectione juris feudalis.

Summaria.

1 *Jus feudale Friderico Cæſari tribuitur.*
2 *Quis eo nomine intelligatur?*
3 *Nomen gentilitium Staufenſe unde natum?*
4 *Fridericus II. à Papa depoſitus.*
5 *Gloſſa Speculi Saxonici à Zobelio aucta.*
6 *Fridericus II. juris feudalis auctor.*
7 *Fridericus mulierum fautor.*
8 *Jus provinciale & feudale, utrum prius?*
9 *Uſus feudorum, cujus ſint?*
10 *Feudorum collectores.*
11 *Philibertus Epiſcopus.*

12 *Ger-*

Digitized by Google

12 *Gerhardus Capagiſtus.*
13 *Quintus liber feudorum recentior.*
14 *Fridericus II. multarum legum auctor.*
15 *A Pontifice approbatarum.*

SIcut juris provincialis origo Carolo Magno *ſupra cap.* 37. ita juris feudalis col-
lectio Imperatori † Friderico Staufenſi tribuitur, *à gl. ad art.* 14. *lib.* 1. *art.* 82. 1
& ſeq. libr. 3. Landrecht. *proœm. juris Saxon. feudal.* Darumb ſo hat der hochgelobt und
hochgeborn dieſes gegenwertigen Buchs Außgeber Keyſer Friederich von Stauffen/
ꝛc. Et hoc quidem propius ad veritatem accedit, quam illud. Sed tamen multa
hic occurrunt, quæ declaratione indigent. Primo enim † de nomine *Melchior* 2
Goldaſtus controverſiam facit, dum eo modo Fridericum primum dictum Barba-
roſſam, modo ſeipſum corrigens Fridericum II. denotari autumat. Quamvis
vero nomen gentilitium † à familia Hohenſtaufenſi non minus ad patrem, quam 3
ad filium pertineat, ſicuti Barbaroſſæ hunc titulum tribuit Matth. Stephan. *de ju-
risdict. lib.* 3. *part.* 2. *cap.* 7. *n.* 1. *& ſeq.* tamen certum eſt in jure Saxonico eo nomine
Fridericum Secundum deſignari. Ita *Chron. juri Weichb. præfixo.* Nachdem was Key-
ſer Friederich von Stauffen zum Keyſer gekohren Anno 1213. Et gl. *ad art.* 57. *lib.* 3. *n.* 4.
Landrecht. Hierumb iſt Keyſer Friderich von Stauffen † abgeſetzt worden/ *ut in cap.* 4
de ſentent. re jud. in 6. Is autem Fridericus Secundus ab Innocentio Quarto in Con-
cilio Lugdunenſi excommunicatus & depoſitus, *d. cap.* 2. Ciſner. *in orat. de Frider. II.*
Quamquam antiquior † gloſſa hoc epitheton Friderico alicubi tribuit, ut *ad ar-* 5
tic. 75. *lib.* 3. alicubi omittit, ut *in d. art.* 75. *& ad art.* 14. *lib* 1. *n.* 4. illa verba: Key-
ſer Friederich von Stauffen/ deſunt. Ut hæc & multa alia hiſtorica à Zobelio
addita eſſe appareat. Cæterum de jure feudali Saxonico non ambigendum, quin
hic Fridericus Secundus ejus † ſit auctor. De eo enim teſtatur Spangenb. *in* 6
Chron. Saxon. cap. 247. quod Saxonibus jus feudale dederit, & Speculum Saxoni-
cum auxerit. Et *gl. ad art.* 75. *lib.* 3. dum textum de poſſeſſione mulierum in feudis
ex jure feudali Saxonico adducit, ejus auctorem Fridericum Secundum facit, ibi:
Diß Recht hat Keyſer Friederich von Stauffen geſetzt/ damit die werthen † Frawen 7
zu begnaden. Imitatus credo Juſtiniani humanitatem, qui ex conſilio Theodo-
ræ conjugis multa privilegia muliebri ſexui indulſit. Et quamvis hinc dicen-
dum videatur, Speculum Saxonicum jure feudali Saxonico † antiquius eſſe, 8
gl. ad artic. 78. *lib.* 3. *art.* 14. *lib.* 1. quæ tamen utrobique ad Carolum M. reſpicit,
tamen cùm ſub eodem Friderico II. utrumque jus collectum ſit, neceſſe eſt, unum
alterum non magno intervallo ſubſequi. Quid autem de jure feudali commu-
ni, ſive de uſibus † feudorum ſentiendum, an illorum quoque collectio Fride- 9
rico II. debebitur? Dd. Feudiſtici ad primum referre malunt. Et certum eſt
conſtitutiones aliquot Friderico Barbaroſſæ accepto ferendas, de quibus dictum
cap. 48. *num.* 10. Ex † collectoribus juris feudalis celebrantur Philibertus ſive 10

 † Fulber-

11 † Fulbertus (Bieſebart oder Bulbart) Epiſcopus Carnotenſis, 2. *feud.* 6. c. *de forma*, 22. *q.* 5. qui tamen ante Fridericum circa A. C. milleſimum vixit, à D. Maria virgine (de cujus laudibus libellum edidit) tempore ægritudinis viſitatus ipſiusque lacte recreatus, ſi credimus Vincent. *in Specul. libr.* 25. *cap.* 15. Obertus de Orto
12 (Obhbart vom Ort) 2. *feud.* 1. & Gerhardus Capegiſtus † Niger Conſul Mediolanenſis (Gerhard Kopwiſch der Schwartze) 2. *feud.* 28. Borch. *de feud. cap.* 2. *n.* 28. Qui duo licet Friderici I. temporibus vixerint, Goth. Anton. *diſp. feud.* 1. *th.* 1. *lit.* I. Heig. 1. *quæſt.* 1. *num.* 34. tamen non ideo collectio uſuum feudalium ſub eodem Friderico I. facta eſt. Matth. Steph. *d. lib.* 3. *p.* 2. *cap.* 7. *n.* 1. ſiquidem *in* §. 1. 2. *feud.* 5. Imp. Fridericus bonæ memoriæ appellatur. Ergo jam tum mortuum eum fuiſſe
13 oportet. Atque hoc indubium eſt, quoad libr. 5. feud. quippe in quo etiam † ſubſequentium Impp. & Pontificum conſtitutiones recenſentur. Goth. Anthon. *diſput. feud.* 1. *th.* 1. *lit.* G. Et collectionem juris feudalis ſub Friderico Primo nondum factam eſſe expreſſe teſtatur Günther. *libr.* 8. *verſ.* 590. *ubi vide* Rittershuſ. *in notis*:

> *Mox de communi feudorum jure, quod illa*
> *Perſpicuis nondum ſcriptis expreſſerat ætas,*
> *Has dedit, & ſcripto juſſit noteſcere leges.*

14 Itaque hæc quoque collectio Friderico II. tribuenda † erit, quippe de quo teſtatur Pandulph. Collen. quod mores feudorum collectos in ſcholis à Doctoribus explicari juſſerit. Ludolph. de Babenb. *de cœlo veter. princ. cap.* 2. *in fin.* & *cap.* 10. Ciſner. *in orat. de Frider. II.* Item Collenut. *libr.* 4. *hiſtor. Neap.* multas, inquit, leges tulit, de fide Chriſtiana, & Eccleſiæ libertate conſervanda, de Italia tutanda, de fovendis agricolis nautis atque litterarum ſtudiis, quibus ſingulari ſtudio ſemper favit, ſuntque omnes hæ leges Juſtiniani Codici inſertæ atque approbatæ. Intelligit autem Friderici 2. *conſtit. de ſtatutis* adverſus Eccleſiam & Eccleſiaſticas per-
15 ſonas, quæ extat poſt uſus feudorum, approbata † per Bonifacium VIII. *in c.* 7. *de hæret. in* 6. Alvarot. *in d. princ.* ex qua authenticæ quædam in Codicem relatæ ſunt, *ut auth. caſſa. C. de S. S. Eccl.* Ciſner. *in d. orat.* Quod valde mirum alicui videatur, approbatas à Papa leges, quarum ſit auctor reprobatus. Niſi quia illæ in favorem Eccleſiaſticorum latæ.

CAPUT LI.
De auctore juris municipalis.

SUMMARIA.

1 *Juris municipalis collectio, cui tribuenda.*
2 *Otto II. quare Rufus dicatur?*
3 *Otto Magnus Magdeburgi conditor.*
4 *Ejusdem privilegia.*

5 *Comi-*

Digitized by Google

5 *Comitia Stela celebrata.*
6 *Diploma Ottonis M. adulterinum.*
7 *Hieronymi Treutleri error.*
8 *Ottonis II. diploma ſuſpectum.*
9 *Non enim nulla confirmatio.*
10 *Vera Magdeburgenſium privilegia.*
11 *Jus Weichbildicum Speculo Saxonico recentius.*
12 *Weichbild eſt epitome Speculi Saxonici.*
13 *Multa ex Speculo Saxonico deſumſit.*
14 *Ibidem citantur Ottonis IV. Conſtitutiones.*
15 *Otto II. an Marchionatum Finarienſem Aledramo dederit.*
16 *Chronicon juri Weichbildico præfixum.*
17 *Conſulum & proconſulum dignitas recentior.*
18 *Ordo & methodus juris municipalis.*
19 *Privilegium Ottonis, an privilegio Carolino deroget?*

IUris municipalis ſive Weichbildici origo Ottoni † Secundo, quem Rufum 1
vocant, aſſcribitur *à gloſſ. ad art.* 82. *lib.* 3. *num.* 8. Landr. *art.* 42. *Weichbild.* Da man
der Stadt Magdeburg erſtlich gab Weichbilden Recht / und beſetzet die mit des ro-
then Königs Otten Willen / da gab man ihr ſelbſt diß Recht nach ihrer eigen Will-
kühr. Addit *gl. ad art.* 13. *Weichb.* quod palatinatus Maggdeburgenſis ab eodem Ot-
tone Rufo inſtitutus & 28. viris ornatus ſit. *Chron. juri Weichb. præmiſſ.* Bey des
Rothen Keysers Otten zeiten / bawet man den alten Thumb zu Magdeburg / und
gab da den Thumbherrn Canonicken Recht. Er gab auch den Herrn der Stadt
Weichbild Recht / nach dem erſten Köning Carolo, mit der witzigſten Rath / und
nach ihrer ſelbſt Wilkühr. Rubei autem † titulum (qui tamen aliis ſcriptori- 2
bus familiaris non eſt) ex eo conſecutus ſcribitur Otto Secundus, quod perfidos
aliquot comprehenſos in convivio decollari juſſerit, ex Honor. *florileg. centur.*
Magd. 10. *cap.* 16. Niſi ſuſpicari malis Friderici Barbaroſſæ qualitatem huic Ot-
toni per errorem attributam. Alii ejus parenti Ottoni † Magno jus hoc ad- 3
ſcribunt, quippe qui non ſolum urbem Magdeburgenſem condidit, ac in Metro-
polin erexit, Sigeb. Gemblac. *ad A.* 939. Cranz. *libr.* 3. *Saxon.* 24. *& libr.* 14. *cap.* 14.
Theod. à Niem. *in nemore Univerſ. tract.* 6. *cap.* 33. Sed urbi etiam jus municipa-
le, vulgo Weichbild. dictum conceſſit Coler. *in orat. de orig. juris Saxon. gl. ad art.* 10.
Weichb. Keyſer Otto † ſtifftet die Stadt Magdeburg / und beſtättigt da den Städ- 4
ten / die aus Magdeburg geſtifftet wurden / Weichbilds Recht. Nach dieſem ward
zum Köning gekohren der rothe Köning Otto / der beſtättiget zu Magdeburg das
Weichbilds Recht mit der Weiſſeſten Rath / nach ihrer ſelbſt Wilkühr / und hieß daſ-
ſelb Recht / aus den Sachſen Spiegel nehmen und ausziehen / und ſetzte dazu das in
dem Sachſen Spiegel ſo lauterlich nicht geſetzt was. Factum hoc eſſe tradunt in

† Co-

Digitized by Google

5 † Comitiis Stelæ celebratis A. C. 937. juxta *gl. ad d. artic.* 10. *Weich.* Spangenb. *in*
Chron. Saxon. cap. 27. Cranz. *lib.* 3. *Saxon.* 24. ubi litteras adhuc extare aſſerit, qui-
bus teſtetur Imperator, quas novæ urbi immunitates dederit. Conſtitutio au-
tem Ottonis M. de A. 947. extat Latinè *tom.* 1. *Conſtit.* Goldaſt. *fol.* 215. *& ſeq. & in*
fin. poſt Weichbild. Latinum de A. 948. Germanice *poſt Speculum Saxon. de An.* 940. item
ante Sächſiſch Weichbild *de A.* 999. ut ex hac epochæ varietate primo aſpectu fu-
cus appareat. Quamvis enim Stelæ in villa ad Ruram fluvium è regione Wer-
denæ Monaſterii in Weſtphalia ſita circa hoc tempus (de quo tamen variant ſcri-
ptores) celebratus ſit conventus ab Ottone M. in quo de varietate legum contro-
verſia incidit, teſte Witich. *libr.* 2. *annal.* cui adde Sigeb. *ad An.* 941. tamen de jure
Weichbildico tum nondum nato, altum illic ſilentium fuit. Certe diploma ipſum
6 haut dubie † falſum & adulterinum eſt, cum tot ſint ejus menda, ut ſanari nul-
lo modo poſſit, demonſtrante id Petro Heig. *libr.* 1. *quæſt. Saxon.* 8. *num.* 38. Co-
natur quidem illud ſalvare Colerus *in orat. de jure Saxon.* epocham corrigens: ſed
eam criticam non admittit *gl ad art.* 82. *lib.* 3. Landrecht. ubi hoc privilegium Ot-
tonis 180. annis poſt illud Carolinum de Anno 810. datum eſſe contendit. Qui
numerus in Anno 990. excurrit, quo Otto M. jam dudum defunctus fuit. Eo-
7 dem modo Hieron. † Treutler. *volum.* 1. *ſelect. diſput.* 1. *th.* 10. *lit. A.* deceptus à di-
plomate juri Weichbildico præmiſſo, jus Saxonicum ab Ottone I. Anno 999.
confirmatum ſcribit. Niſi forte pro primo tertium intelligit. Ut taceatur, quod
res in illo contentæ cum tempore pugnent. Itaque cautus *Henricus Meibomius* in-
ter diplomata Ottonis M. poſt Witichindi annales id dignatus eſt. Quæ enim
de erectione Eccleſiæ Magdeburgenſis in metropolin ejusque dotatione addu-
cuntur, facta A. 971. juxta Abbat. Stadenſ. ea ad urbis jura non pertinent. Sed
8 & alia Ottonis II. conſtitutio † de Ann. 978. extat apud gl. *in d. artic.* 10. *Weichb.*
Goldaſt. *tom.* 1. *conſtit. fol.* 225. in qua Magdeburgenſibus confirmantur omnes li-
bertates & privilegia ab Ottone M. conceſſa. Sed cum hoc quoque diploma
tempore prius ſit, illo Ottonis patris, ac ſuper primo utpote falſo fundetur: &
9 ipſum quoque ſuſpectum redditur, cum id quod non eſt, confirmari † nullo
modo poſſit, Heig. 1. *quæſt Saxon.* 13. *n.* 64. Hartm. Hartm. *in miſcell. obſ.* 3. Adde
10 rationem *ſupra cap.* 17. *n.* 11. Poteſt eſſe, quod † Magdeburgum ab aliquo Ot-
tonum privilegia ac immunitates quasdam acceperit: ad quæ Magdeburgen-
ſes provocant in ſcripto tempore obſidionis emiſſo Ann. 1549. cujus meminit
Thuan. *libr.* 6. *hiſtor.* ſed non ideo prædicta diplomata genuina ſunt. Certum
11 enim eſt Weichbildi † hujus collectionem non ſolum temporibus Ottonis II.
ſed etiam Speculo Saxonico multo recentiorem eſſe, ſiquidem ex hoc multa mu-
tuatus eſt Weichbildi collector. Quod ipſe gloſſ. *ad artic.* 10. *fatetur*. Quin imo,
inquit, illa, quæ in Speculo Saxonico obſcure habebantur, hic clarius enodavit.
12 Speculum autem Saxonicum poſt An. 1200. demum compilatum eſt. Unde †
Weichb. epitomen eſſe Speculi Saxonici atteſtatur gl. *ad art.* 1. *Weichb.* Col. *in orat.*

de jure

Digitized by Google

de jure Saxon. Sed & auctor Weichb. *in art.* 2. §. 4. ad antiquos legum Codices provocans, & ſic intervallum temporis non minimum innuens, Speculum Saxonicum denotare videtur. Ex illo enim *art.* 44. *libr.* 3. hauſit ſententiam † de imperio 13
Babylonico, quam pluribus explicat *art.* 6. *&* 7. *Weichb.* ſed ab Albert. Granz. jugulatam, ut diximus *c.* 37. *n.* 4. Ita † cum *in art.* 55. 84. *& ſeq. Weichb* referantur 14
Ottonis IV. conſtitutiones, qui circa A. 1200. regnavit, & An. 1208. Francofurti leges quasdam innovavit, *Chron. Slav.* Lindenbr. quomodo id jus ab Ottone II. ejusve Cancellario trecentis annis ante colligi potuit? Sicuti in ſimili diſputat Menoch. *in reſponſ.* 2. *cauſ. Finarienſ. art.* 4. *n.* 13. Marchionatum † Finarienſem in 15
Italia ab Ottone II. A. 967. Aledramo Saxonico conceſſum feudalem non fuiſſe, quia illo tempore feudorum jura & conſuetudines nondum editæ fuerunt. Extat Chronicon † Epiſcoporum Magdeburg. juri Weichbildico præmiſſum, quod 16
ſupra citavimus, in Impp. Rudolpho & Alberto, item Rudolpho à Dingelſtet Epiſcopo deſinens. Ex quo colligere eſt, ſi non ab eodem utriusque auctore, eodem tamen tempore jus Weichbild collectum eſſe. Non ſolum enim iidem termini & res utrobique uſurpantur, ſed etiam *gloſſ. ad artic.* 10. expreſſe ſe refert *ad Chron. iſtud, ibi:* Als ihr oben wol vernommen habt / in der Chronick. Et poſtea: Und hievor in unſer Chronick genant und geſetzt ſeyn. Quod ſi ita non eſt, tamen gloſſ. Chronico recentiorem eſſe oportet, quia aliàs allegare non poſſet. Crebrà hic fit † mentio Conſulum & Proconſulum (quo nomine Senatores deno- 17
tantur) ut *in art.* 19. *&* 43 *Weichb.* qui in civitatibus Saxonicis ſerius invaluerunt, Scabinis, quibus primitus adjuncti fuerunt, pedetentim ſuppreſſis. Ut ex his dicendum videatur, Weichbild circa A. C. 1300. demum vel etiam ſerius collectum eſſe. Quicquid ſit, collector in colligendo jure hoc municipali † iisdem 18
veſtigiis cum Eccone à Repkovv inſiſtit. Sicuti enim hic jura provincialia Saxonum, quaſi per manus tradita, & poſteriorum Imp. conſtitutionibus confirmata vel immutata Caroli M. privilegium vocat. *ſupr. c.* 37. *n.* 2. ita ille jura municipalia urbi Magdeburgenſi, à primo vel ſecundo Ottone fortaſſe conceſſa, & ſubſequentium Imperatorum conſtitutionibus ſubinde aucta & interpolata Ottoni Ruſo tribuit, omniaque jura municipalia hujus Ottonis privilegium facit, *art.* 12. *&* 139. *in fin.* antiquitatem ſcilicet juri ſuo inducendam, originem non à Conſtantino Cæſare ſaltem, ſed ab ipſo imperio Babylonico fabulosè referens *in art.* 6. *&* 7. *late gloſſ. ad articul.* 1. *Weichb.* ubi diſputat, quod hoc † Ottonis privilegium po- 19
ſterius, non deroget privilegio Carolino antiquiori, ſed illi aliquid addat. Quod de ipſo Speculo Saxonico & jure Weichb. intelligendum eſt.

Caput LII.

De Burchardo à Mangelfeld Cancellario.

Summaria.

1 *Otto à Mangelfeld Weichbildi auctor.*
2 *Sequeſtrator pro Cancellario.*
3 *Idem gloſſator Speculi Saxonici.*
4 *Gloſſam in carcere compoſuit.*
5 *Ejusdem Gloſſotoris* ἀνιστορησία.
6 *Adalgagus Epiſcopus Bremenſis Cancellarius Ottonum.*
7 *Goldaſti correctio examinatur.*
8 *M. Gervaſius Ottonis IV. Cancellarius.*
9 *Alij ejusdem Ottonis Cancellarij.*
10 *Ejusdem auctoris inſcitia.*
11 *Gloſſatoris impudentia.*

OTtonem Rufum Cæſarem in colligendo jure Weichbildico uſum eſſe ope-
1 ra Burchardi † à Mangelfeld, Sequeſtratoris ſacri palatii ſcribit *gl. ad artic.*
2 10. *&* 139. *in fin. Weichb.* Quod officium pro Cancellarii † munere accipiunt
Cranz. *lib.* 2. *Saxon.* 21. Brotuff. *lib.* 1. *Chron. Merſeburg.* 10. Coler. *in orat. de jure Saxon.*
3 Eundem Burchardum † gloſſatorem quoque Speculi Saxonici vulgo faciunt,
quippe qui ad mandatum Ottonis Rufi caveæ incluſus gloſſas ſuas compoſuerit.
Ita tradidit *d. gl. ad art.* 10. cujus verba Germanica adſcribemus: Keyſer Otte der
Rothe / beſahl ſeinem quæſtori ſeines heiligen palatii, daß er das Weichbild aus
dem Sachſen Spiegel ziehen ſolte / der was genant Burchert von Mangelſeld / und
was Profeſſor ſacræ Theologiæ, und Dominus Legum, und Doctor Decretorum,
der muſte von des Keyſers Geheiß wegen / den Sachſen Spiegel comentiſiren / und
ſeine Satzung beweſen mit Legibus und Canonibus. Und das muſte er thun in ei-
4 ner † Gefängnüß / und alſo ward diß gegenwertig privilegium auch von ihm geſetzt
mit dem comment. Auch ſetzt er den Richtſteig / Gercke aber von Kerraw der voll-
wortet den / ꝛc. Gloſſam hanc referunt & ſequuntur Zob. *in addit. proœm. Spec. Saxon.* Heig. 1. *q. Saxon.* 8. *num.* 34. ubi commentationem hanc ad A. C. 978. refert.
5 Col. *in orat. de jure Saxon.* Atqui hæc gloſſatoris ἀνιστορησία † craſſiſſima eſt, ne-
que cum temporibus convenit, quæ etiam Heig. *in d. q.* 8. *n.* 41. impoſuit. Cum
enim ipſum Speculum Saxonicum circa Ann. 1200. demum cœperit, *ſupra c.* 48.
quomodo id à Cancellario Ottonis Rufi gloſſari? imo cum jus Weichb. centum
adhuc annis Speculo recentius ſit, *c. prac.* quomodo id ab eodem Cancellario tre-
centis annis ante collectum eſſe potuit? Neque ullibi in Hiſtoriis reperitur Bur-
6 chardum hunc Cancelllarium Ottonis II. fuiſſe. Quin potius † Adalgagum
Archie-

Digitized by Google

Archiepiſcopum Bremenſem, Ottonis M. & ſucceſſorum Cancellarium fuiſſe,
annotavit Cranz. *lib.* 4. *Saxon.* 12. *&* 23. Ad hæc usque tempora, inquit, perve-
nit vir grandævus, & qui per annos quinquaginta trium Ottonum Imperatorum
curias ſequeretur Cancellariam adminiſtraret, & multa quæ extant, Imperato-
rum nominibus decreta & conſtitutiones concepit. Hauſit autem illa Cranz.
ex Adam. Brem. *cap.* 56. *&* 67. *hiſtor. Eccleſ.* Eaque occaſione Adalgagus hic ali-
quot diplomata Eccleſiæ ſuæ impetravit, quæ extant *apud Lindenbrog.* Sed & Ot-
tonis II. diploma de An. 973. datum Monaſterio Gandersheimenſi apud Meibom.
poſt annales Witichindi. VVilligiſus Cancellarius vice Roberti Archicapellani ſub-
ſcripſit. Itaque Melchior Goldaſt. *in præfatio Juris Saxon.* Burchardum † hunc 7
Ottonis IV. Cancellarium facit, ut ſit error numeri, non nominis. Atque ſic
quoque Weichbildi collectio Speculo Saxonico antiquior eſſet, cum contra-
rium ſit verum. Deinde apud Theod. à Niem. *lib.* 2. *de ſchiſmat.* 19. *legitur*, Otto-
nis IV. Cancellarium fuiſſe Magiſtrum Gervaſium † Tilberienſem, Oratorem 8
Arelatenſem, qui ad ejus ſolatium conſcripſit librum, qui intitulatur Otia Impe-
ratoris. Ubi ſeipſum appellat in regno Arelatenſi Imperialem Marſcallum. Ex
quo libro parænesin dehortatoriam ad Imperat. Ottonem citat Henricus Mei-
bomius amicus noſter *in apolog. pro Ottone* 4. *fol.* 64. An autem propter ſupremos
Cancellarios, Electores ſcilicet Eccleſiaſticos, alius Cancellarius Gervaſio huic
ſuperadditus fuerit, aliusve in officio ipſi ſucceſſerit in hiſtoria Ottonis IV. ſatis
luculenter deſcripta, nullus occurrit. Meminit † quoque Cancellarii Ottonis IV. 9
Camerar. *lib.* 1. *medit. hiſtor.* 6. *in fin.* an is fuerit Conradus Epiſcopus Herbipolen-
ſis? quem Cancellarium vocat Cranz. *lib.* 7. *Saxon.* 16. credo Philippi Cæſaris, an
Spirenſis regni Cancellarius? Cranz. *d. lib.* 7. *c.* 31. alii evolvant. Quicunque ve-
ro auctor † Weichbildi fuit, certe eruditio ipſius magnifico titulo non reſpondet. 10
Non ſolum enim in hiſtoriis latiſſimum defectus campum (Mangelfeld) intrat, de
quo Cranz. *lib.* 2. *Saxon.* 21. ubi utrumque & Speculatorem & gloſſatorem tempo-
rum imperitum nominat, ſed etiam in Theologica principia incurrit, dum veri-
tatem biblicam *Gen.* 10. imprudens refutare annititur *art.* 6. *&* 7. Ut neſciam, ſi
huic auctori competat titulus Profeſſoris ſacræ Theol. & Doctoris Decretorum,
(quæ Ottonis II. tempore nondum fuerunt) quem ipſi tribuit *gl. ad d. art.* 10. &
ex ea Coler. *in d. orat. de jure Saxon.* Cui inſcitiæ gloſſator † impudentiam 11
addidit, falſas narrationes latius extendens, ut merito gloſſæ Weich-
bildicæ non multum tribuat Heig. 1. *q.* 3. *n.* 65.

Digitized by Google

CAPUT LIII.

De gloſſatore Speculi Saxonici.

SUMMARIA.

1 *An unus auctor gloſſæ Speculi Saxonici & Weichbildi?*
2 *Gloſſator Eccone Repkovio poſterior.*
3 *Fridericus Staufenſis quis?*
4 *Wichmannus Archiepiſcopus Magdeburgenſis.*
5 *Joannes Semeca gloſſator Decreti Gratiani.*
6 *Albertus Auſtriacus quando vixerit?*
7 *Burchardus Archiepiſcopus Magdeburgenſis.*
8 *Joannes Andreas gloſſator decretalium.*
9 *Liber ſextus Decretalium quando publicatus?*
10 *Gloſſator, quot annis Eccone poſterior?*
11 *Gloſſa Speculi Saxonici unius eſt auctoris.*
12 *Tammo Buxtorfius Apoſtillator.*
13 *Zobelius gloſſam locupletavit.*
14 *Gloſſatoris inſcitia à Cranzio reprehenſa.*

POteſt quidem eſſe Burchardum à Mangelfeld, quicunque etiam fuit, & au-
1 ctorem † eſſe juris Weichbildici & gloſſatorem Speculi Saxonici, qui utrum-
2 que opus ſucceſſive ediderit, ſed ita ut certo ſtatuamus, eundem Eccone † com-
pilatore Speculi longe poſteriorem eſſe. Quod etiam Heig. *ind. q.* 8. *n.* 60. anim-
advertit. Quia gloſſator *in art.* 75. *lib.* 3. *num.* 3. de temporibus Ecconis quaſi anti-
quis & jamdudum præteritis loquitur, ibi: zu Her Ecken Zeiten. *in artic.* 65. *in pr.*
vero. quaſi de ſuo tempore & ſynchronis, ita *gl. ad art.* 35. *n.* 3. *art.* 87. *&* 88. *n.* 2. *in*
3 *pr. libr.* 3. Landrecht. allegat conſtitutiones aliquot Imperatoris Friderici † de
Stauffen. Quo nomine gentilitio non Fridericum Primum, ſed Secundum in-
4 telligi diximus *cap.* 50 *n.* 2. De Wichmanno † Archiepiſcopo Magdeburgenſi Fri-
derci I. coætaneo diximus *c.* 37. *n.* 8. De quo verba *Chronici Weichbild. tit. de Henrico*
VI. hic aſſcribere viſum eſt. Bey ſeinen Zeiten war ein Biſchuff zu Magdeburg/
der hieß Weichman/ der hätt ein Voit/ (*proculdubio ex hoc facto ob vota ruſticorum ſal-*
vatus) der ſetzet das Recht/ daß ein jeglich Wend von ſeiner Huffen neun Pfenning
dem Biſchuff hat geben müſſen/ als er ein Weib namb/ der Oberſt Her nahm den
dritten Theil/ und den zweiten Theil namb der Erbher/ und ein Magd gab ein Schil-
ling/ als ſie ein Mann namb. Er thät auch das Recht ab/ daß ein eigen Mann bey
einem freyen Weib keine freye Tochter mochte gewinnen. &c *ſupra cap.* 46. *numer.* 17.
ita *ad art.* 1. *lib.* 1. *num.* 3. citatur decretalis Alexandri III. *ex cap. cauſſam, extra qui fi-*
lij ſint legitim. ubi etiam dicitur, ließ das Decretum und die Decretales, &c. Cum

tamen

tamen publicatio decretalium facta ſit Anno 1230. Ita *ad art.* 28. *libro* 2. *num.* 8. allegatur Joannes † Teutonicus, der alte Teutſche Doctor / qui eſt gloſſator Decreti 5
Gratiani, & circa Annum 1270. ſcripſit. Cranzius. *lib.* 8. *Saxon.* 27. *ſup. cap.* 30. *num.*
8. Quæ tamen gloſſa in antiquis Codicibus deeſt. Ita ſæpiſſime provocatur ad
conſtitutiones Imperatoris Alberti † Auſtriaci de duello *artic. ſexageſimo tertio, in* 6
fin. ubi ſimul fit mentio Marchionis Ottonis ut coætanei. Et ad *articulum ſexageſimum quartum, item articulum octuageſimum quartum libri tertij in princip.* Item *gloſſa ad articulum* 8. *Weichb.* Extat conſtitutio Alberti integra 14. capp. comprehenſa poſt
Weichbild & Lehnrecht gloſſatum. Albertus autem Imperator, cujus fit mentio
in clem. Romani, de jurejur. Anno 1298. ad Imperium promotus, biennio tantum illi
præfuit. Cranz. *lib.* 11. *Saxon* 30. Ita *ad art.* 65. *lib.* 3. *n.* 2. gloſſa commentatur, quod
articulum iſtum diverſimode intellexerint viri prudentes, nempe Burchardus † 7
Archiepiſcopus Magdeburg. Otto Comes Falckenſtenius, Volradus à Dunleben,
& Conradus à Ruslavv, ubi Zobelius in annotat. bene obſervavit, Burchardum
hunc è familia Dominorum à Scrapelavv. (Comitatus eſt antiquiſſimus oppignoratus poſtea Comitibus à Mansfeld. Spangenb: *in Chron. c. Saxon. cap.* 317. & à
Ludolpho Archiepiſcopo Epiſcopatui Magdeburgenſi incorporatus, *Chron. Weichbild. in Philipp. Cæſare.*) occiſum eſt Magdeburgi Anno 1325. Quod verum eſſe
teſtatur Spangenberg. *d. loc. cap.* 281. Unde *gl. antiqua* ipſum vocat den ermordeten
Biſchuff. Epitaphium ejus vide *in Chron. Slavico incerti auctoris:* Hic jacet omnis
homo &c. Ejusdem Burchardi ſententia citatur *ad art.* 9. *lib.* 1. *num.* 5. Landrecht.
Atque hos eſſe veteres Interpretes Juris Saxonici, annotat Goldaſt. *in proleg. Spec.
Saxon.* ita *ad art.* 57. *lib.* 3. allegatur *c.* 2. *de re judic. in* 6. & ib. gloſſ. Joannis † Andreæ, ut & ejusdem *gl. ad. c. ad apoſtolicæ in art.* 54. *libr.* 3. Is autem gloſſam ſuam 8
Bononiæ in ſchola publicavit An. 1321. *Chron. Slav. incerti auct.* & anno 1348. obiit
Forſter. *lib.* 2. *hiſt. juris Rom.* 26. *n.* 12. Ita Electio Papæ allegatur *in art* 59. *lib. num.* 4.
ex c. ubi majus. de elect. in 6. Ergo liber † ſextus decretalium tum publicatus fuit. 9
Quod factum eſt à Bonifacio Papa Anno 1299. *Chron. Slav.* Ex quibus omnibus
ſequitur gloſſatorem hunc † Eccone compilatore ultra centum annos recen- 10
tiorem eſſe. Quomodo ergo is Ottonis II. Cancellarius eſſe potuit? Utrum
autem opus, gloſſa Speculi, an textus Weichbildi ſit antiquior hic in medio relinquitur. Niſi quod gloſſa antiquior nullibi jus Weichbildicum allegat, cum ad jus
provinciale & feudale Saxonicum ſæpiſſime provocet. Ubi & hoc notandum,
gloſſam juris † Saxonici non unius auctoris eſſe, ſed ſucceſſive auctam & locu- 11
pletatam. Prima gloſſa ſimplex fuit, paucis allegatis infarcta, ut non opus fuerit,
propterea Burchardum Mangelfeldium carceri includi. Acceſſit poſtea Tammo † à Buxtorff. de quo *ſupr. c.* 47. *n.* 8. Ejus apoſtillam laudat quidem Coler. 12
deciſ. 67. *n.* 33. ſed tamen in multis improbat Chriſtophorus † Zobelius JCtus, 13
qui etiam noviſſimam manum gloſſæ adjiciens, eam pluribus additionibus & allegatis locupletavit. Idem Zobel. *in addit. ad gl. art.* 19. *lib.* 1. *in fin. ibi:* Ich könte

 auch

auch ſagen/ ich thäte ſolches darumb / daß weiland böſe Leute diß Recht mit falſchen Deutungen ſehr verkehrt haben. Intellige (inquit Zobel.) Dominum noſtrum Gloſſatorem Burchardum à Mangelfeld U. J. D. &c. An ſic ergo gloſſator ſeipſum reprehendit? Itaque Buxtorfium putamus eſſe auctorem gloſſæ hiſtoricæ,
14 cujus † inſcitiam Cranz. *non uno in loco, libr.* 1. *cap.* 29. *&* 30. *lib.* 2. *cap.* 21. perſtringit, qui ad Zobelii ætatem non acceſſit. Cujusmodi enucleatio temporis ad quid proſit, poſtea patebit.

Caput LIV.

De inſtitutione occulti judicij VVeſtphalici.

Summaria.

1 *Inſtitutio occulti judicij, an Carolo M. debeatur?*
2 *Aeneas Sylvius primus ejus opinionis auctor.*
3 *Eum alij ſcriptores ſequuntur.*
4 *Aeneas Sylvius quando vixerit.*
5 *Unde erorem ſuum hauſerit.*
6 *Carolus M. à crudelitate abhorruit.*
7 *Occultum judicium crudeliſſimum.*
8 *Werneri Rolevvinckii notatio ridicula.*
9 *Mindæ urbis notatio.*
10 *Barbara inſtituta ſuis auctoribus probroſa.*
11 *Leonis Papæ conſilio inventa.*
12 *Fabulæ quandoq; pluribus hiſtoriis accommodantur.*
13 *Inſtitutio occulti judicij contradictoria.*
14 *Oſtphali Carolo diutius reſtiterunt, quam Weſtphali.*
15 *Ceſſante cauſſa ceſſare debet effectus.*

Connexitatis & inſtituti ratio poſtulare videtur, ut de ſecretis judiciis Weſt-
1 phalicis communis error refellatur. Horum enim inſtitutio † cum vulgo ad Carolum Magnum referatur: tum ejus opinionis primus ſive inventor ſive re-
2 lator Æneas Sylvius Cardinalis † Senenſis, poſtea Papa Pius *in Europa capite* 49. ita ſcriptum reliquit. Carolus Magnus multa cum Weſtphalis prælia geſſit, eosq; magnis afflixit cladibus, coëgitque Chriſti religionem amplecti, relicto idolorum cultu. Quam cum ſæpius abnegaſſent, nec jusjurandum adverterent, ut metu pœnæ rebellionem compeſceret, occultos inſtituit judices, quibus poteſtatem dedit, ut quam primum deieraſſe aliquem comperiſſent, aut fidem fregiſſe, aut aliud aliquod flagitium commiſiſſe, mox illum ſupplicio afficerent, ubi primum comprehendi poſſet, nulla citatione prævia, aut defenſione præmiſſa &c. Pri-
3 mum eſſe hunc & antiquiſſimum ex hiſtoricis, † qui hanc rem tangat, fatetur Mar-

Marquardus Preherus *in tractatu de occultis judiciis.* quem in ſuos libros poſtea tranſcripſerunt Joannes Trithemius in Chronic. Spanheim. Felix Faber *libr.* 1. *hiſtoriarum Suevorum.* 7. Aventin. *libr.* 4 *annalium Bojorum* Paulus Æmilius *libro* 2. *&* 3. *hiſtoriarum Francorum.* Egnat. *libr.* 1. *capit.* 1. Zvvinger. *volum.* 5. *theat. vit. human. lib.* 3. *in fin.* Joan. Boëm. *libr.* 3. *de morib. gent.* 14. Cranz. *libr.* 2. *Saxon.* 21. Münſter. *libro tertio Coſmogr.* Werner. Rolevv. *libr.* 2. *de laud. antiq. Saxonum.* 6. Chytræus *libr.* 3. *Saxon.* Spangenberg. *in Chron. Saxon. cap.* 85. Lindenbr. *in Chron. Caroli Magni fol.* 219. *& alij.* Vixit autem † Æneas tempore Friderici Tertii Imperatoris promotus ad Pon- 4
tificatum A.C. 1458. Quo tempore cum hujusmodi judicia † irrepſiſſent, ve- 5
ſimile eſt Scabinos eorum, ut dignitatem ſui judicii ex antiquitate commendarent, eoque prætextu crudelitatem palliarent, originis Carolinæ opinionem & famam credulo vulgo impreſſiſſe, cum ea ſit falſiſſima. De Carolo Magno † 6
enim *atteſtatur Eginhard.* quod ab omni crudelitate ita abhorruerit, ut numquam ei vel minima injuſtæ crudelitatis nota à quoquam ſit objecta. Atqui † oc- 7
cultum hoc judicium crudeliſſimum ſimul & iniquiſſimum eſſe dicemus *cap.* 57. Teſtatur id etymologia † aliàs ridicula Werneri Rolevvinck. *dict. c.* 6. ubi dicit, 8
Saxones id jus veme dixiſſe, quaſi We-mi, id eſt, væ mihi, utpote animo conſternati pro tam ſevera conſtitutione palam ſancita. Quæ eodem loco habenda eſt, quo illa Mindæ urbis † notatio à Saxonica voce VVedekindi Min-din apud 9
Cranz. 1. *methrop.* 4. *&* 9. *ſupra capit.* 28. *num.* 3. eum Mindæ nomen antiquius etjam Reginoni ad Annum 798. ſit notum. Injuriam itaque Carolo Magno faciunt, qui tam barbara † inſtituta ipſi tribuunt. Et magis † Leoni Papæ, cu- 10 11
jus conſilio Carolum eo prolapſum fingit Rolevvinck. *d. cap.* 6. Legato enim Caroli nihil reſpondit Papa, ſed ſurgens in hortulum ivit, & zizaniam cum tribulis colligens, ſupra patibulum, quod de virgis fecerat, ſuſpendit. Quomodo olim Periander Thraſibulo apud Ariſtot. 3. *polit.* 9. Tarquinius pater filio apud Livium *lib.* 1. hujusmodi arcana, ſed tyrannica conſilia dederunt. Et ſimiles nugas Carolo Calvo, & Joanni † Pontifici adfictas diluit Janus Douſa *libr.* 5. *annal.* 12
Holland. Ut has quoque fabulatorem alterum ab altero mutuatum appareat. Et quomodo hæc inſtitutio contradictionem non † implicat, cum illa liberalitate; 13
de qua egimus *cap.* 22. Carolus Magnus ex ſingulari favore univerſam Saxoniam libertate donavit, eamque Eccleſiaſticis tantum ſubeſſe voluit. Idem tamen ſingulari odio occulta judicia ad opprimendos Saxones inſtituit. Si dicas, hæc in VVeſtphalia tantum obtinuiſſe, illam in Oſtphalia, licet generalitas verborum reclamet; tamen rationem reddere cogeris, quare magis in VVeſtphalia, quam in Oſtphalia † ſive Saxonia crudelia hæc judicia vigere voluerit, Carolus, 14
cum illa citius ad fidem converſa, & ad obſequium deducta, iſta diutius reſtiterit, & ſæpius pacem ruperit. Ad quam objectionem licet Rolevv. *lib.* 2. *de laud. Weſtphal.* 11. reſpondere nitatur, quod quidam putent, Carolum nimis dure & inhumaniter populum VVeſtphalicum gravaſſe, ipſisque impoſuiſſe leges acerrimas, &c. tamen is

men is principium petit, & nihil agit. Quod ſi Carolus propter pertinaciam Saxonum judicia iſta inſtituit, ut volunt illi · ceſſante cauſſa, poſtea ceſſare † debuit effectus, ſicut *gl. ad art. 19. libr. 1.* Landrecht. diſputat: Wann ein Ding vergehet/ worumb man was thut/ ſo höret daſſelbe auch mit auff. *l. cum principalis. 178. ff. de reg. jur. l. non dubium. 5. C. de legib. c. cum ceſſante cauſſa. extr. de appell.* cum contrario modo invaluerint, & multiplicata ſint judicia iſta, Saxonibus jamdudum ad obſequium & fidem Chriſtianam deductis.

15

CAPUT LV.

De Comitatu Weſtphaliæ.

SUMMARIA.

1 *Interpretatio verborum Friderici III.*
2 *Imperatori quatenus in hiſtoriis credendum?*
3 *Verba narrativa, quatenus obligent?*
4 *JCti ſæpius in hiſtoriis peccant.*
5 *Judicia Germaniæ & Saxoniæ uniusmodi.*
6 *Arcanum Caroli de multiplicatione Comitum.*
7 *Comitum officium.*
8 *Diploma ſuper inſtitutione Trutmanni Comitis ſuſpectum.*
9 *Formula diplomatis aliunde petita.*
10 *Tremonia ſedes judicij.*
11 *Trutmanniæ vocabulum æquivocum.*
12 *Comitatus Trutmanni, an per totam Weſtphaliam diffuſus?*
13 *Dithmarus Mollerus ſcriptor Tremonienſis.*
14 *Pagus quandoq; latior fuit comitatu.*
15 *Pagus Freſia plures Comitatus complexus.*
16 *Comitatus abſolute* Graffſchafft *dictus quinam?*
17 *Ducatus Weſtphaliæ Eccleſiæ Colonienſi ceſſit.*
18 *Comitis Marcani jura in civitate Tremonienſi.*
19 *Tremonia libera Imperij civitas.*
20 *Illinc jus olim peti ſolitum.*
21 *Palatinatus etiam* Graffſchafft *dicti.*
22 *Comitatus in Weſtphalia multiplicati.*
23 *Freigrafii occulta judicia pepererunt.*

1 AT enim, inquis, Imper. Fridericus † 3. *in reformat. ſua c. 7.* originem hujus judicii Carolo M. diſerte adſcribit, hiſce verbis: Als daß von anbegin durch den Heiligen Keyſer Karel den Groſſen unſern Vorfahrn am Reich/ gemacht/ geordnet und geſetzt iſt. Quibus fidem non adhibere, piaculum eſſe videtur. Non diſputabimus

tabimus hic, quatenus Imperatori in hiſtoriis † fides habenda, de quo vide Fri- 2
der. Tilem. *in diſcurſ. philolog.* licet Dd. ipſi inter verba JCtorum narrativa & aſſerti-
va diſtinguant, vide Eberhard. *in top. legal. in loc. 95. n. 9.* Schifferdeck. *lib. 1. tract. 11.*
q. 8. ad Anton. Fab. Forſt. *de interpret. juris lib. 1. c. 5.* ita ut verba narrativa † nullam 3
obligationem vel diſpoſitionem inferant, *l. Titia cum teſtamento. 14. §. Lucius. 6. de leg. 2.*
Paril. *conſ. 30. num. 41. lib. 2. & conſ. 367. n. 30. lib. 3.* Bero. *conſ. 171. n. 10. vol. 2.* Cra-
vet. *conſ. 29. num. 7.* Neque id in medium proferemus, quoties JCti in † Jure 4
magnæ auctoritatis, in hiſtoriis aliisque diſciplinis craſſe impingant, de quibus
diximus *in tract. de inſul. c. 6.* Quod in compilatore & gloſſatore oſtendit Cranz.
lib. 2. Saxon. 21. ubi dicit juribus ab iis introductis, non narrationibus fidem adhi-
bendam. Idem accidiſſe Accurſio diligentiſſimo gloſſatori: Imo etiam Tri-
boniano, ſi non Juſtiniano ipſi quos veriores Interpretes huic notæ non eximunt.
Hoc tantum reſpondemus, Imper. Fridericum III. rectum judiciorum uſum ſive
formam in Saxonia à Carolo M. inſtitutam intelligere. Ea autem primitus † 5
non alia in Weſtphalia, quam in omni Germania fuit. Hoc tantum arcano uſus
eſt Carolus, quod comitatus † illic multiplicarit, & de diverſis exteris nationi- 6
bus & regionibus, ſcilicet quoſdam de Gallia, aliquos de Francia occidentali, nec
non quam plurimos de alta Alemannia, & nonnullos alios, de quibusdam aliis
mundi plagis oriundos proceres & potentes, de quibus confidebat, in dominos &
rectores antiquæ Saxoniæ deputarit, &c. ut ex Auctore Anonymo diximus *c. 27.*
n. 9. Comitum † autem ſive judicum officium extat *in capitulari Caroli*, cum apud 7
Goldaſt. *tomo 3. conſtit. fol.* 142. ubi ſancitur, ſi aliquis Saxo hominem comprehen-
derit abſque furto (re furtiva) quomodo id in judicio, vel in campo, vel ad cru-
cem determinari debeat. Quamvis vero diploma † aliquod Carolinum de in- 8
ſtitutione primi Comitatus in Weſtphalia proferatur, in quo Trutmannus Comes
à Carolo M. ordinatur, ut reſideat in curte ad campos in mallo publico, ad univer-
ſorum cauſſas audiendas, vel recta judicia terminanda, isque advocatum in tota
Saxonia fideliter agat, ſuperque vicarios, & Scabinos, quos ſub ſe habet, diligen-
ter inquirat, &c. tamen illud ſuſpectum videri diximus *cap. 33. n. 5.* cum Anno dati
diplomatis 788. Saxones nondum devicti eſſent. Quod tamen illic pro vero &
certo præſupponitur. Sed & formula, † qua diploma illud utitur, in aliis quo- 9
que litteris reperitur, ut inde deſumpta eſſe videatur. Ita enim legitur *in anti qui-*
tatibus Goldaſti *tomo 2. cap. 99.* cum reſideret Unfredus vir illuſter Rætiarum Co-
mes in curte ad campos in mallo publico ad univerſorum cauſas audiendas, vel
recta judicia terminanda &c. Interim poteſt eſſe, quod Trutmannus † Comes 10
in Weſtphalia à Carolo Magno conſtitutus ſit, ejusque judicii ſedes primaria &
originaria fuerit in loco Trothmanni, ut vocat Witichindus Monachus *libro ſe-*
cundo annalium, ubi poſtea urbs extructa à primo Comite Trutmannia, ſive Dort-
mundt latine Tremonia denominata ſit. Tretmond vocat Cranz. *libro tertio Saxon.*
16. Quamquam id nomen aliis quoque locis commune eſt. Ita enim locum

S Cæſa-

Digitized by Google

11 Cæſaris proprium Trotmannum † nuncupatum Otto II. Eccleſiæ Aquenſi con-
ceſſit, de quo Petrus à Beeck *in Aquisgr. cap. 9.* qui etiam *c. 11.* meminit Trutman-
niæ in partibus Selandiæ, hodie eluvionibus aquarum abſorptæ. Extat quoque
edictum Henrici II. de Anno 1009. datum Trumanniæ apud Goldaſtum *d.
tom. 3. conſt. fol. 311.* Qua de varia lectione ac ſcriptione nominis vide Meibom.
12 *ad libr. 2. Witich.* Cujus urbis antiquitates † deſcripſit Dithmarus Mollerus,
13 † ſed à nobis nondum inſpectus. Itaque dubito, ſi per totum pagum VVeſt-
phalorum, ut vocatur *in vita S. Auctoris Trevirenſis.* ſe extenderit Comitatus hic,
cum plures pagi inter Rhenum & Viſurgim memorentur ab Adelm. Benedict.
ad A. 784. neceſſario fuiſſe in regione vaſta & porrecta, colligat Meibom. *de pagis
Saxon. in fin.* Quamvis vero ejus ævi ſcriptoribus pagus pro comitatu indifferen-
14 ter plerumque accipiatur: tamen † pagus latior fuit comitatu, plures Comi-
15 tes recipiens. Vide Freher. *lib. 1. orig. Palat. 5.* Ita pagus Freſia † dicitur à VVili-
bald. *in vita S. Bonifacij.* cujus tamen plures comitatus fuerunt, de quibus Meibom.
d. loc. Siccama *ad leges Friſicas. fol. 144.* Ubbo Emm. *de libert. Friſio. in pr.* Janus Douſa
16 *lib. 5. annal. Holl.* Unde etiam obſcurum eſt, Comitatus † Weſtphaliæ, qui in
antiquis monumentis abſolute Graffſchafft nuncupatur, utrum de Tremonien-
ſi, an de alio intelligi debeat. Ita enim *in legenda S. Annonis Colonienſis lib. 1. cap. 18.*
ex Lambert. Schaffnaburg. *ad Ann. 1075.* Pontifex duas Monachorum congrega-
tiones addidit, unam in regione Weſtphalium, in loco qui dicitur Grafſcaff/ &c. ubi
legendum eſſe Graffſchafft/ conſtat ex Mariano Scoto & Trithem. *in Chron. Hirs-
aug. ad A. 1064.* Monaſterium Graffſchafft/ in Weſtphalia Magn. *Chron. Belg. de S.
Annone*, quot cœnobia condiderit. Quartum in Weſtphalia in loco qui Grau-
ſchap/ (alii Graffſchap/ corrupte pro Graffſchafft) appellatur. Atque hic Comi-
17 tatus poſtea in † Ducatum Weſtphaliæ ſublimatus, poſt Henricum Leonem
proſcriptum, Eccleſiæ Colonienſi ceſſit, de quo Bruſchius & Merſæus *in Philippo
Archiep. Colonienſ.* Cranz. *lib. 6. Saxon. 39. & lib. 11. c. 31.*
18 Eſtque hinc, quod Comes de Marca † adjutus armis Archiepiſcopi Colon.
in eam urbem jura quædam ſibi vindicavit. Cranz. *lib. 10. Saxon. 12.* Item quod
19 Fridericus Archiepiſcopus Tremoniam † urbem imperii à Carolo IV. Imp. ambiit,
quaſi ejus Comitatus ſedem præcipuam. De qua teſtatur Theod. à Niem. Epi-
20 ſcopus Verdenſis *in Nemore unionis tract. 6. c. 33.* quod ſuo † tempore comprovin-
ciales in caſibus juris dubiis deciſionem inde petere ſoliti fuerint. Ex veteri in-
21 ſtituto ut videtur. Cæterum plures quoque Comitatus abſolute † Graffſchafft/
dicti reperiuntur. Præſertim ubi Palatini habitabant. Freher. *lib. 1. orig. Palat. 2.*
Quidquid ſit, unus an plures Comites in Weſtphalia à Carolo M. conſtituti fue-
22 rint, certum eſt, ſucceſſivo tempore illos non ſolum multiplicatos, † ſed etiam
23 dignitate & poteſtate diſcretos fuiſſe. Quorum illi qui liberi Comites ſive †
Freigrafii dicti ſunt, Anno Chriſti 1400. plus minus poteſtate ſua abuſi, occulta
judicia nobis pepererunt, cauſſamque reformandi Imperatoribus dederunt.

Caput

CAPUT LVI.

De Sicambrorum origine, moribusq́;.

SUMMARIA.

1 *Zaſii opinio.*
2 *Sicambri Weſtphalorum populi.*
3 *Sicambri è Cymbris egreſſi.*
4 *Unde dicti ſint?*
5 *Antiqua inſtituta plorumq́; barbara.*
6 *Sicambrorum crudelitas.*
7 *Francorum Sicambri humaniores.*
8 *Sicambrorum nomine etiam Franci veniunt.*
9 *Figmenta ſcriptorum Gallicorum.*
10 *Hunibaldus ſuppoſititius ſcriptor.*
11 *Fabuloſa Saxonum origo ex Alexandri M. reliquiis.*
12 *Delbruggenſes Weſtphaliæ populus.*
13 *Barbara conſuetudo ſuſpendendi fures non convictos.*
14 *Fures Medicis ad anatomen conceduntur.*
15 *Jus inchoandi proceſſum ab executione.*
16 *Frenum in cauda equi collocare.*

SUnt alii, quibus occulta hæc judicia altius repetere volupe eſt, veluti Udalrico † Zaſio, qui *in l. imperium. 3. ff. de juriſd.* originem judiciorum Weſtphalicorum 1
ad Sicambros † Weſtphaliæ populos, ſine operoſa cognitione in facinoroſos anim- 2
advertentes refert, quem ſequitur Pauermeiſt. *lib. 2. de juriſd. imper. 10. n. 4.* Fortaſſe auctoritate Avent. *lib. 3. annal. Boior.* qui id jus Sicambrorum vocat. Caſparus Torringer (inquit) Henricum Lantshutenſem in jus Sicambrorum (quod Weſtphalorū vocant) trahit, &c. Sicambri † autem à Cymbris egreſſi. Reinecc. *p. 3. ſyntagm.* 3
hiſtor. fol. 390. quorum etymologiam dedimus *c.* 42. *n.* 11. qui Cymbrica † Cher- 4
ſoneſo relicta alio migrantes, & circa Vahalim conſidentes in locis illis, quæ nunc Geldrenſes & Clivenſes incolunt. Joh. Grammagus *in campin. c.* 1. Sicambrorum nomen obtinuerunt, quaſi Seekämpffer / id eſt, Cymbri maritimi, juxta Philipp. Melancht. *lib. 4. Chron. in pr.* ſive quaſi Siegkämpffer / id eſt, victorioſos pugnatores, juxta Pontan. *libr. 1. orig. Franc. 9.* ſive quaſi paludicolæ, à Saxonica dialecto Sick / quæ locum depreſſum & aquoſum denotat, juxta Reinecc. *d. loc.* De iis Sidonius:

Detonſus Vahalim bibit Sicamber.

Et Propert. lib. 4.

Ille paludoſos memoret ſervire Sicambros.

Quod ſi verum eſſet, nihil aliud obtineretur, quam quod Ariſtot. 2. *polit.* 8. docet:

 anti-

5 antiquitas † leges valde rudes & barbaras eſſe. De Sicambrorum enim crude-
6 litate † prodidit Oroſ. *lib. 6. hiſtor.* 21. quod mulieres quoque eorum deficientibus
telis, vel qualibet re, qua velut telo uti furor poſſet, parvos filios colliſos humi in
hoſtium ora jacere ſolitæ ſint, in ſingulis filiorum necibus bis parricidæ. Unde
Horat. 4. *carm.* 2. ut feroces, & *Od.* 14. cæde gaudentes, Juven. *ſat.* 4. torvos, alii
aliis epithetis ornant. Quos cum ſociis deprehenſos in ſuo territorio Romanos in crucem egiſſe, Dion. *lib.* 54. ac viginti centurionibus concrematis, hoc velut ſacramento bellum ſumſiſſe, ut ex præda ſibi captivos eligerent, ſcribit Florus *lib. 4. hiſtor. ult.* Nimirum ut eorum ſupplicio oculos paſcerent Sicambri. Et forteân ad hoc pertinet verſus Ovid. 4. *triſt.* 2.

Illo, qui ſequitur, dicunt mactata miniſtro,
Sæpe recuſanti corpora capta Deo.

Ut non mirum, ſi præter jus duellicum: de quo *d. c.* 42. dictum à populo crudeli, & nondum ad mitiores traducto, crudelia quoque judicia profecta ſint. Quod
7 ſi ad Francorum † Sicambros hæc inſtituta referre velis, Weſtphalicis iſtis multo
8 humaniores, quia hoc generali nomine Franci olim † appellati ſunt. Pontan. *lib. 2. de orig. Franc.* 3. ex quibus fuerunt quatuor viri prudentes Legis Salicæ conditores *ſupr. cap.* 40. *n.* 5. Cujus originis nec ipſos Reges Francicos puduit, Tholoſ. *in ſyntagm. lib.* 45. *cap.* 3. *num.* 6. & *ſeqq.* Münſter. *libr.* 2. *Coſmogr. in Gall.* Ita enim Charibertum Regem Francorum alloquitur Fortunatus:

Cum ſis progenitus clara de gente Sicamber, &c.

tamen hiſce in medio relictis, certum eſt, quæ de reliquiis exercitus Trojani è Si-
9 cambria regione Thraciæ, ex quibus Franci ſint orti, † afferuntur à Gallis ſcriptoribus *Gagumo*, *Paulo Aemilio & aliis*, ea ut indocti ſeculi figmenta irrideri, poſt Hermannum Comitem Neuvenar. à Marquardo Frehero *in notis Andlois libr.* 1. *cap.* 15. Cranz. *lib* 1. *Saxon.* 16. Pontano *libr.* 2. *Orig. Franc.* 5. & *libr.* 3. *cap.* 2. & 3. ubi ea-
10 rum fabularum auctorem Hunibaldum † intra trecentos annos vixiſſe, demonſtrat. Quomodo ergo de rebus mille annis & ultra ante geſtis ſcribere potuit?
11 Quibus ſimilia ſunt illa de origine Saxonum ex † Alexandri Magni exercitu, apud Witichium *lib.* 1. *annal. in princip art.* 44. *lib.* 3. Landrecht. Quæ poſt Cranz. *lib.* 2. *Saxon.* 31. Reinecc. *de orig. Saxon. fol.* 10. riſu quoque excipit. Et de Suffridi Petri ejusque ſuffragatorum nugis Friſicis jam ſæpe dictum. Quod ſi ab antiquis hiſce Sicambris uſurpata ſunt olim hæc judicia, quomodo ab his ad ſolos Saxones penetrarunt? Quomodo non à Carolo M. abrogata, cum alias pravas conſuetudines amputaret? Hodie communis fama narrat, uſurpatum id jus à populo
12 Weſtphaliæ feroci & indomito, in diœceſi Paderbornenſi, qui Delbruggenſes † dicuntur. Quos ex Allobrogibus illuc migraſſe exiſtimat Reinecc. *p.* 2. *ſyntagm. fol.* 229. & *in append. prima ad Helmold. in princ.* Illis enim imputatur, quod in pro-
13 verb. abiiſſe refert Freher. *de occult. judic.* reos † primum in furcam tolli, deinde de illorum admiſſis aut innocentia demum inquiri ſolere. Meibom. *in demonſtrat.*

Saxo-

Digitized by Google

Saxoniam etiam ante Hermannum Billing. Ducem habuiſſe, inter opera *Andr. Knichij in princ.* genti cuidam Arctoæ exprobrat, quod fures accuſatos in crucem agere, & illis extinctis primum quid & quantum deliquiſſent, inquirere ſolita ſit. Addunt alii, ſuſpenſum, ubi de innocentia conſtiterit, id honoris conſequi, ut exemtus patibulo honorifice ſepeliatur. Qui aliàs furum † cadaveribus ha- 14
betur, Medicis ad anatomen conceſſis. Menochius 2. *de arbiter. jud. quæſt.* 3. *caſ.* 185. *n.* 10. Speckhan. *lib.* 1. *quæſt.* 8. Colerus *lib.* 1. *deciſ.* 147. *n.* 20. Sed de quo gloſſator diceret: à tali honore libera nos Domine. Ex hac irrationabili conſuetudine proculdubio irrepſit jus † barbarum in Weſtphalia, quo ab executione 15
proceſſum inchoare licuit. Hering. *de fidejuſſ. cap.* 15. *n.* 26. Quod Practici vocant habenam † in cauda equi collocare. 16

CAPUT LVII.

De abuſu occulti judicij.

SUMMARIA.

1 *Uſus abuſu prior.*
2 *Chiliani Reguli proceſſus.*
3 *In facto manuali ſine citatione proceditur.*
4 *Factum manuale quid ſit?*
5 *In notoriis ceſſat citatio.*
6 *Banniti* Vogelfrey.
7 *Damnati libro inſcripti.*
8 *Præcones* Fronbotten *quinam?*
9 *Occulta judicia, unde nata?*
10 *Speculo Saxonico poſteriora.*
11 *Occultum judicium antiquis ſcriptoribus ignotum.*
12 *Judicium ſine citatione crudele.*
13 *Deus proceſſum à citatione inchoat.*
14 *Joannes de Francofordia ſcripſit contra hæc judicia.*
15 *Chiliani Reguli conſenſus.*
16 *Reformationes occulti judicij.*
17 *Receſſus Imperij prohibitivi.*
18 *Juſtitia indicativa quænam?*
19 *Novis morbis nova quærenda remedia.*

DIctum eſt, occultum hoc judicium ex legitimo Saxonum judicio natum, eoque etiam recentius eſſe, quia † abuſus ſemper præſupponit uſum. Oc- 1
caſionem hujus mutationis tradidit nobis Chilianus Regulus † *in ſuo proceſſ. crimin.* qui etiam extat poſt Specul. Saxon. Zobelii, *tit.* Von der Acht oder Verfeſtung. 2

in princip. Erſtlich iſt zu mercken/ das etwan ein unrechter Gebrauch mit der Acht oder
Verfeſtung eingeführet worden/ als nehmlich/ daß man ſtracks einen/ der da etwas
übels in den Gerichten begangen/ ohn alle citation, oder Fürgebott und Ladung ver-
3 ächtiget oder verfeſtet hat. Und der Mißbrauch † iſt daher gefloſſen/ daß die Ge-
richts-Verwalter/ die Sachſen Recht/ welche man alhie auff dem Sächſiſchen Bo-
den gebrauchen muß/ unrecht verſtanden haben/ die da ſagen von der handhafftigen
That/ und ſo man einen Todten/ der erſchlagen iſt/ vor Gerichte bringt/ die hand-
haffte That/ das iſt den Mord oder Schaden ſelbſt ſiebend beweiſe/ ꝛc. Intelligit au-
4 tem *artic. 66. lib. 1.* Landrecht. ubi de facto † manuali ſive criminali agitur. Quod
ita definitur, cum delinquens in facto, hoc eſt in flagranti crimine deprehenditur,
art. 35. lib. 2. Landrecht. *gl. ad art. 38. Weichb. Gloſſa Germanica ad d. art. 66. ita explicat.*
Handhaffte Thate/ welche ſo offenbahr iſt/ daß man ſie mit den Augen ſehen/ und mit
der Hand greiffen könne. Quo caſu cum reum id factum negare non poſſe puta-
rent, qui forte fuga ſibi conſuluerat, cœperunt eum abſentem & non citatum
condemnare & proſcribere: Quaſi ſcilicet delicto notorie conſtet, ut citatione
5 † nulla ſit opus. Mynſ. *6. obſ. 6. num. 6. & 7.* Quod poſtea etiam ad alia malefi-
cia und über mächtige That/ tractum videtur, ita ut condemnati & proſcripti
6 ubivis locorum impune occidi poſſent. Quales ſunt hodie banniti † Vogel-
frey/ de quibus Gail. *lib. 2. de pac. publ.* 1. extra omnem protectionem poſiti, Cyn.
in l. 1. C. de natur. liber. Innuit id formula ſententiæ condemnatoriæ apud
Chilia *d. loc.* Wir denunciiren und erklären alſo/ daß er aus den Friede in den Un-
frieden geſetzt/ und ſein Leib und Leben wie eins Vogels in der Lufft ſey jederman ge-
7 meine. Unde ita damnatus † in librum inſcribebatur, ejusque executio mino-
ribus Scabinis committebatur. Qui ignarus ſuæ damnationis ubicunque reper-
tus eſſet, ſupplicio afficiebatur, juxta Æneam Sylv. de libro ſingulari in hunc
uſum judiciis adhibito comprobat conſtitutio Alberti Cæſaris poſt jus feudal.
Saxon. *tit.* Von des Keyſers Hoffrichter: Er ſol auch haben und nehmen alle ge-
wette/ die uns gewettet und ertheilet werden/ und derer die aus der Acht kommen/ und
ſol haben einen ſonderlichen Schreiber/ der da beſchreiben ſoll alle die in die Acht kom-
men/ und die Sachen/ darumb ſie darein kommen ſeyn/ ꝛc. Quos minores Scabi-
8 nos vocat Sylvius, ſunt præcones, id eſt † Fronbotten/ quaſi Friedbotten/ de
quorum jure agitur *in art. 56. & 61. libr. 3.* Landrecht. *& ibi gl.* Dicuntur etiam Pe-
delli, unde hodiernum Bedel/ item Bedolia, Bedeley/ quam vocem crebro uſur-
pat Chron. Sclavicum *Lindenb.* Quod autem illi licuerit reum etiam in alieno
territorio perſequi, ſtabiliri videtur *articul. 68 libr. 1.* Landrecht. *& artic. 41. Weichb.*
Denn ſo frag er eines Urtheils/ ob er den Friedbrecher iendert ankäme/ ob er ihn nicht
beſtättigen möge von Rechtswegen. Quia vero in occulto † id faciebant præco-
nes ſive bedelli, ne damnatus aufugeret, inde videtur occulti judicii appellatio
invaluiſſe. Quod legitimum non eſſe, vel nomen & profeſſio arguit, cum non
qui bene, ſed qui male agit, lucem fugiat. *Johann. 7. v. 4.* Eſtque hinc illa tacitur-
nita-

nitatis adjuratio, qua conſcii initiantur, de qua Æneas & Aventin. *d. loc.* perinde
ut Romæ olim in ſacris nocturnis bacchanalium. Sed quæ jure meritoque Se-
natus diſturbavit, Liv. *dec.* 4. *lib.* 9. Cum ſic ergo ex pravo intellectu juris Saxoni-
ci, unde multa mala oriri oportebat, occultum hoc judicium profluxerit; ſequi-
tur, quod † ante editionem Speculi Saxonici illud nondum natum fuerit, ſed poſtea 10
demum cœperit. Unde etiam nullibi in jure Saxonico ejus ſit mentio, quæ præ-
termitti non potuiſſet, ſi à Carolo M. vel Speculi Saxonici collectio, vel occulti
judicii inſtitutio profecta fuiſſet. Sed neque in antiquis annalibus Caroli M.
aut ſubſequentium Imperatorum ulla † ejus juris morisve veſtigia occurrunt. 11
Niſi quatenus de proſcriptione abſentium jam diximus. Itaque quam hoc judi-
cium † crudele ſit, malitia hominum excreſcente, ex eo intelligi poteſt, quod 12
abſentes non citati, non auditi ad mortem condemnabantur, contra omnia jura
mundi, *l. 5. l. 11. ff. de pœn. l. 8. ff. de quæſt. l ult. C. de probat.* Grævæ. 2. *concluſ.* 110. *in*
princ. imo contra primum proceſſum à Deo † quamvis omniſciente cum Ada- 13
mo in paradiſo celebratum *Gen. 3. verſ. 9. cap. cum Deus 2. quæſt. 1.* Abb. *in cap. 1. de*
cauſa poſſeſſ. & propr. & cap. cum olim. extra de re jud. Teſtatur id Joannes † de Fran- 14
cofordia, qui circa A. C. 1430. claruit *in tractatu contra Scabinos occulti judicij*, Feime-
ros appellatos, à Marq. Frehero edito, ubi poſt 11. concluſiones ex jure divino
contra hujusmodi judicia inductas ſubjicit, hoc debere attendere diligentiſſime
quosdam, neſcio quomodo vocatos, (inquit) qui dicunt ſe habere à Papa (ne-
ſcio quomodo fuerit dictus) & etiam à quodam Imperatore Carolo (ut ajunt)
auctoritate ſuſpendendi homines, ſine prævia diſcuſſione, & non juridice, ut fieri
debet, convictos vel confeſſos, &c. Conſentit Chilian. † Köning. *d. loc.* Denn 15
es folget nicht/ der Todte iſt zugegen / derwegen hat der Mann/ den Schaden gethan/
der beſchuldiget wird. Hinc etiam diverſæ reformationes † horum judiciorum 16
ab Imperatoribus & Principibus ſuſceptæ ſunt. Qualis eſt Theodorici Archie-
piſcopi Colonienſis ordinatio à Sigiſmundo Imper. confirmata A. 1439. quæ ex-
tat inter Reichsſatzungen Goldaſti. Imp. Friderici III. de Anno 1442. Maximil. I.
de Anno 1495. & aliorum Impp. Quas ſummavit Freherus *in d. tract.* Denais *in*
jure Camer. tit. 161. Quibus adde Receſſum † imperii Anno 1521. Wormatiæ ce- 17
lebratum, & eodem anno Spiræ repetitum, quem allegat Chilan. *d. loc.* Daß man
hinförder ohne rechtförmige vorgehende citation und Ladung keinen Mann verfeſten/
noch in die Acht thun ſol. Et videtur hæc fuiſſe juſtitia † indicativa, ob quam 18
præter alia gravamina ruſtici ſeditioſi (dicti Bundſchuch) rebellarunt An. 1493.
Wimpheling. & Guillim. *de Epiſcop. Argent.* Quæ omnia arguunt occulta hæc judi-
cia ex abuſu orta, eo demum tempore invaluiſſe, quo reformationes Imperato-
rum contra illa ſuſceptæ ſunt, ex quo naturaliter evenit, ut novis † morbis in- 19
gruentibus, nova quoque remedia invenire oporteat. *Nov.* 74. *in pr.*

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT LVIII.

De proceſſu criminali veterum Saxonum.

SUMMARIA.

1 *Saxonum ſeveritas.*
2 *Proceſſus ſummarius criminalis.*
3 *Proceſſus militaris.*
4 *Citatio eſt de ſubſtantia judicij.*
5 *Nemo ſine cauſæ cognitione condemnandus.*
6 Freyrecht *quale?*
7 *Henrici Leonis proſcriptio.*
8 *Caroli M. judicium criminale contra Saxones.*
9 *Ottonis M. judicium criminale.*
10 *Pœna deportandi canes.*
11 *Judicium criminale publice celebratur.*
12 *Pœna capitalis violatorum pacis.*
13 *Lex Francica, an Saxonica ſit mitior?*
14 *Comes Wernigerodenſis ad frenum equi ſuſpenſus.*
15 *Comes Eberſtenius pedibus ſuſpenſus.*
16 *Probatio per duellum.*
17 *Contumacia per moram augetur.*
18 *Effectus banni.*
19 *Bannum eſt ſuperius vel inferius.*
20 *Bannum relaxari poteſt.*
21 *Emenda actori, judici mulcta debetur.*
22 *Mulcta pro dignitate judicum conſtituitur.*
23 *Solidi Saxonici quantitas.*
24 *Bannum ante ſolutionem mulctæ non ſolvitur.*
25 *Formulæ criminales.*

1 SAxones ſeveris legibus ac pœnis † maleficia coërcuiſſe diximus *c.45.* Quam-
2 vis vero ſummario † proceſſu, levato velo & ſine ſtrepitu judicii ea perage-
3 rent, eo modo, quo hodie † militaria delicta puniuntur, quod vulgo Maleſitz-
4 recht dicimus, de quo vide diſput. Georg. Obrechti: tamen † citationem &
cauſæ cognitionem, utpote ſubſtantialia judicii, intermiſſa eſſe, nemo ſibi per-
5 ſuadeat. Ita enim habet lex Carolina: ut nullus præſumat hominem ad judi-
cium mittere, niſi judicatum fuerit. Et *artic. 66. libr. 3.* Landrecht. Nulli reo vita
auferatur, niſi legitime convicto. Neque una citatione contenti erant, ſi reus ab-
ſens eſſet, ſed eam ter repetebant. Maxime in gravioribus delictis. Ita enim ait

art. 67.

art. 67. *libr.* 3. qui pro violentia inculpatur, ter citabitur. Man ſol ihm Tage dingen. *& art.* 41. *Weichb.* So muß man den Friedbrecher verheiſchen/ zu Ein/ zum Andern/ und zum Dritten mahl bey ſeinem Nahmen. Auctor † Reinckes *lib.* 1. *cap.* 14. 6

Si Hern idt is wahr/ hir is mannich raht/
Als were min ohm Reineke noch ſo quadt/
So ſchal men doch Frygrecht dragen/
Men ſchal en drudde werff vordagen/
Als men einen freyen Manne plecht/
Kumpt he denne nicht/ ſo gah dat Recht/
So is he ſchuldig aller der dingk/
De men hir klaget vor dem Koningk.

Quæ latino carmine non ſatis apposite reddidit Hartm. Schopper. *de aſtutia vulpeculæ.* Sed optime adduxit Freherus, ad hoc, quod etiam libera judicia citationem & cauſæ cognitionem receperint. Exemplum nobis præbet Henrici Leonis Ducis † Saxoniæ proſcriptio, quam ſic deſcribit Cranz. *libr.* 6. *Saxon.* 38. Impe- 7
rator (Fridericus) procedens in concionem de more proceres ſciſcitatus eſt, ſententiam quærens, quid mereretur, qui legitime evocatus tertio contumaciter abeſſet. Cui ex ſententia principum reſponſum eſt, quod dictante juſtitia omni ſit honore deſtituendus, ut proſcriptione publica judicatus, & Ducatu & omnibus careat ab Imperio beneficiis, &c. Ex quibus intelligitur, judicem, etiam ſupremum, non ex ſua, ſed ex aſſeſſorum ſententia accuſatum condemnaſſe. Ita
Carolus † M. Saxones perduelles legaliter ad mortem condemnavit *ſupra cap.* 24. 8
num. 17. Ita Imper. Otto M. † Eberhardum Francorum Ducem condemnavit 9
centum talentis (pro libris) æſtimatione equorum omnes principes militum, qui eum ad hoc facinus adjuvarant, dedecore canum, quos portabant, usque ad regiam urbem, quam vocitamus Magdeburg. & poſtea: Theodoricum & tres amitæ illius filios, qui Tancmaro manus junxerant (alludit ad confœderationem, de qua *ſupra cap.* 49. *num.* 11.) lege Francorum damnatos ſtrangula fecit deficere. De eodem judicio Roſvvita *in paneg.*

Auctores tanti condemnavitq; piacli,
Suſpendens quosdam ligno reprobis reparate,
Quosdam de patria mandans diſcedere cara.

Inter hos fuit ipſe Dux Eberh. in urbem Hildesheimenſem aliquandiu relegatus.
De pœna † deportationis canum nobilibus & militaribus imponi ſolita ſunt 10
exempla alia apud Otton. Friſing. *lib.* 2. *de geſt. Frider.* 28. Günth. *lib.* 2. *Ligur. verſ.* 206. Arnold. Lubec. *lib.* 7. *cap.* 2. Dodechin. *in append. ad* Marian. Scot. *ad A.* 1155. Cranz. *libr.* 3. *Saxon.* 6. Tholoſ. *libr.* 31. *ſyntagm.* 37. *num.* 5. Cujac. 11. *obſ.* 22. Camerar. *libr.* 3. *medit. hiſtor.* 95. Condemnatio autem fiebat publice in conventu ſive curia indicta † Cæſare pro tribunali ſedente, principibus & militaribus aſtantibus. Ita 11
enim teſte eodem Witich. *libr.* 2. Hadaldus Cæſaris Ottonis cubicularius ad Gi-

ſelbertum Lotharingiæ Ducem miſſus, imperium, inquit, tibi regale facio præ-
ſente populo, tribunali Regis condicto die præſentari, aut certe hoſtem te ſcias
judicari. Quid autem eſt, quod Theodoricus eum ſociis lege Francorum ad ſu-
12 ſpendium † damnatus, cum pacis publicæ violatores lege Saxonica gladio cæ-
derentur, *art.* 13. *lib.* 2. Landrecht. Quam pœnam ipſe quoque Cæſar Otto obſer-
vavit. Witich. *lib.* 2. cæteri inſidiatum conſcii in alteram hebdomadam differun-
tur, & ſecundum leges (an Saxonicas) ſceleribus ſuis meritas pœnas ſolventes
capite cæduntur. Roſvvita poëtria.

Quidam judicio condemnantur capitali,
Quidam de patria longe pelluntur amanda.

13 Quomodo ergo lex Francica † mitior? quomodo Saxonica crudelior eſt? *ſupra*
cap. 40. Niſi forte pœna cum tempore mutata eſt. Nam ſubſequentibus tem-
14 poribus Theodoricus Comes Wernigerodenſis † quod pacem juratam fregiſſe
diceretur, ſolenni iudicio ad ſuſpendium condemnatus equi freno alligatus eſt.
Cranz. *lib.* 10. *Saxon.* 7. Et ſimile exemplum ſuſpenſi ad equi capiſtrum præfecti
habes apud eundem Cranz. *libr.* 10. *Saxon.* 30. ut ſcilicet ſententiæ ſatisfieret, &
15 tamen dignitati perſonæ parceretur. Imo Albertus Dux Brunſuicenſis † Co-
mitem de Eberſtein ſibi rebellem & ſacramenti violatorem erecta trabe juſſit ſu-
pendi per pedes, ut exquiſito cruciatu vitam finiret, qui execrabile ſcelus in do-
16 minum ſuum commiſiſſet, Cranz. *libr.* 8. *Saxon.* 21. Quod ſi probatio † dubia
eſſet, res duello permittebatur, *ſupra cap.* 45. *num.* 16. Ita Concil. Dingelfing. tem-
pore Caroli M. celebratum apud *Legulei. Hund.* De pugna duorum, quod Weha
ding/ vocatur (Wehrding an Wetteding) ut prius in ſortiantur (cruce ſignentur)
quam parati ſunt, ne forte carminibus, vel machinis diabolicis, vel magicis arti-
bus inſidientur. Ut fortaſſe hoc vocarit jus Sicambrorum Aventin. *ſupra cap.* 46.
17 *num.* 2. quaſi Das Kampfferrecht. Abſentibus autem † & proſcriptis etiam pœ-
nitentiæ locus erat, qua ceſſante, non minus pœna quam contumacia cum tem-
pore creſcebat. Unde *gloſſ. ad articul.* 5. Weichb. Acht iſt eine Beſeſtigung/ und
18 welcher Mann alſo in die Acht kompt/ in dem erſten † Jahr iſt er Anrüchtig/ in
dem andern iſt er Ehrloß/ das iſt alſo zu vernehmen/ ob er in die Königliche Acht
19 mit Recht gebracht wird. Nam ex inferiore banno † tandem in ſuperius (in des
Reichs oder Könings Acht) aſcendebatur, quo notati nullibi ſecuri erant, per
totum imperium Rom. Moll. *ad lib.* 4. *Saxon. Conſt.* 13. quamquam hodie occiſio
banniti non perinde permiſſa eſt Gail. 2. *de pac. publ.* 5. *n. fin.* Denique redimere
20 ex banno ſe poterat † condemnatus, ſi & adverſario & judici ſatisfaceret. In
21 judicio enim Saxonico reus duplicem pœnam præſtat, † mulctam judici emen-
dam vero actori, *artic.* 53. *lib.* 3. Landrecht. Wette gibt man dem Richter/ Buſſe aber
22 dem Klager/ Chilian. Köning. *in pract. cap.* 138. *n.* 2. Quo major autem & † di-
gnior erat judex, eo quoque gravior mulcta erat. Regis ſuprema mulcta ſexa-
ginta ſolidorum. Bey Konings Bann dingen iſt das höchſte gewette/ da man dem
Richter

Digitized by Google

Richter 60. Schilling wettet. *gl. ad art. 59. lib.* 1. *art. 61. libr.* 2. *& art. 63. libr.* 3. Landrecht. Solidus † autem pro aureo Ungarico accipiendus erit, qui duobus ſexagenis antiquis (zwo alte Schock) æſtimatur Moller. 1. *ſemeſt.* 37. *& p.* 4. *conſtit. Saxon.* 32. *n.* 10. Aliorum judicum minores mulctæ recenſentur. *libr.* 3. *artic.* 64. *& ſeq.* 23
Abſque cujus mulctæ præſtatione bannum † non ſolvebatur. Ita enim habet 24
Conſtitutio Alberti Imper. *in* §. Die vierdte Satzung: Wir gebieten auch daß kein Richter jemand in die Aacht thun ſol / anders denn offenbahrlich / und auch niemand darauß laſſen / er nehme denn erſtlich gewißheit / daß dem Klager gebeſſert wird / nach des Landes Gewohnheit / und was ein Richter gewettet wird (von den die aus der Aacht kommen) daß er daſſelbig gar nehme. Formulas criminales, † quibus rei 25
in judiciis vel accuſantur vel defenduntur, non adſcribimus, cum multæ earum etiamnum obtineant. Notabilis eſt Joannis Vaſmeri Conſulis Bremenſis condemnatio *in Chron. Bremenſ. MS.* cujus epitaphium lapidi inſcriptum prope urbem conſpicitur.

Caput LIX.

De judicio vemico ac libero.

Summaria.

1 *Judicia vemica ab occultis differunt.*
2 *Diſſenſus auctorum circa lectionem.*
3 *Scabini Feimeri dicuntur.*
4 Fehmen *quid ſignificet?*
5 Witte *Germanis prudentiam denotat.*
6 *Druidum notatio à fide.*
7 *Vox vetiti judicij corrupta.*
8 *Verbum* Wetten *unde derivetur?*
9 *Vemen* Gericht / Freyſtuel / Frending / *ſynonyma.*
10 *Dies Martis judicio criminali deſtinatus.*
11 *Freigrafii judiciorum domini.*
12 *Ludovici Bavari conceſſio.*
13 *Judicia libera etiam alibi quam in Weſtphalia celebrata.*
14 *Unde dicta?*

Occulta judicia ſcriptores etiam vemica † nominant, eo quod hæc in illa 1
ſucceſſive degenerarint. Alioqui diſcerni debent, cum vemica legitima & antiquiora, non in Weſtphalia tantum, ſed in omni Saxonia celebrata legantur. Sed in vocis hujus critica hiſtorici † non magis, quam in ſignificatione conve- 2
niunt. Æneas Sylvius judicium vetitum vocavit, ſed quem ejusve librarium ex ignorantia vocis Germanicæ lapſum eſſe oſtendit Freherus *in d. tract. de occult. judic.*

Digitized by Google

Itaque licet ipſe olim putarit legendum vitutum : tamen eam opinionem corrigens legit vemum aut vemium, maxime propter verſionem Chronici Colonienſis, quod verba Æneæ ita reddidit : Datſelve Gericht weret noch hüde zu Dage/ und heiſcht dat heimliche Gericht offt die Veme. Atque ita Vemen Gericht/ Vomenrecht/ paſſim in diplomatibus Cæſarum reperitur, ſicuti Scabini à Trithemio
3 & Joanne de Francofordia Feimeri † appellantur. Münſter. juxta verſionem germanicam Scheffen oder Vaymar. Quandoque etiam conjungitur utraque vox, *ut in Chron. Colon* Vemeſcheffen. Qui ab *Aventino* conſcii, ab *Eraſmo Roterod.* certi dicuntur. Male hoc, cum Germanis ſint Wiſſende. Freher. *d. loc.* ubi hoc vo-
4 cabulum à Germanico Saxonibus tamen ignoto † Femen / quod eſt deſpumare derivat. Quia per illud judicium provincia à malis hominibus purgatur. *l. 13. ff. de off. præſ.* Quomodo Palinge. *in Capricorn. metaphorice*:

Tunc iterum immundas deſpumat Juppiter ollas.

Contra Henricus Meibom. *in Irmenſ. Saxon. cap.* 12. priori conjecturæ Freheri in-
5 hærens legendum cenſet vitium aut † Wittium, ab antiquo Witti, quo Germani prudentiam denotant, teſte Lipſio *cent. 3. epiſt. ad Belgas.* 49. Conſonat ridicula
6 notatio † Druydum à Vyden ſive Weihen, quod eſt conſecrare. Quam à Suffrido Petri inventam fulcire conatur Hamcon. *lib. 2. Friſiæ. fol.* 201. cum veriorſit Reineccii à Truten, id eſt, fide. Meibomii lectio propius ad verum accedit, una
7 littera i in e mutata. Eſt enim vox † vetiti judicii, *ab Aenea Sylvio* Italo, dialectum Saxonicam non aſſequente corrupta, pro Saxonico Wetten/ quod eſt mulctare. Inde Gewette/ mulcta. Quam vocem Itali ſuo more in Guadiam cōvertentes pro ſponſione accipiunt. Stracha *de ſponſ. in pr. n. 3.* ſicuti ex Saxonico Gewehr/ facta eſt Guaranda, de qua agitur *in art. 14. lib. 3.* Landr. Dan. Moll. *lib. 1. Conſt. Saxon.* 5. Neq; procul
8 abludit notatio *gl. ad art. 64. lib. 3. n. 2.* Das Wörtlein † wette/ heiſt ſo viel/ als weh thun/ ab illa Rolevvinckii, Wehmi / *ſupr. cap. 54. n.* 8. Atque hinc judicii vemii etymologiam recte peti *ex c. præced.* conſtat. Quaſi dicas, Wette Recht/ Wette-
9 ding/ Wettegericht. Dicitur etiam ſedes † libera, Freyſtuel/ Frey Gericht/ promiſcue Gobelin. *in Coſmodrom. ætat. 11. cap.* 4. Ding / in antiquo vulgari ſonat judicium, prout patet in his vocabulis, Holtgeding/ Frygeding. Et quia judicium
10 mortis gentiles attribuebant Marti, dies Martis † apud gentiles Teutonicos, Dingesdag/ dicebatur. Et in ſignum iſtius judicium quoddam occultum concernens pœnam morte puniendorum in certis caſibus, in partibus Weſtphaliæ præcipue die Martis celebratur, quod quidem judicium incolæ Friding appellant. Hæc ille. Principes qui domini ſunt, judiciorum iſtorum Stuelherrn / judices
11 vero † Freygraffen/ appellantur *in reformat. Friderici III. Francofurti edita Anno* 1442. Tobias Paurmeiſt. *libr. 2. de jurisd. imper.* 10. *n.* 4. Cæteri Aſſeſſores freye Schef-
12 fen/ Freher. *d. loc.* Ludovicus Bavarus † Anno 1332. Ottoni Epiſcopo Mindenſi concedit, Ein frey Hertzogdom in dem Stifft tho Minden/ und Freygerichte/ darinnen tho ſittende under Konings Ban / nach Vemerechte/ als in dem Lande Weſtphalen

pfalen Recht iſt am wertlichen Richte von unſer und unſer Nachkommen wegen/ ꝛc. ut habent verba diplomatis *in tomis Piſtorij*. Ita Carolus IV. Theodorico Epiſcopo Mindenſi concedit duas liberas ſedes, quæ proprie & vulgariter Vemeding nuncupantur, &c. Francofurti An. 1334. Sed & Rupertus Salentinum Frigavium ſeu Comitem liberum in ſede Freyheholenor vulgariter nuncupata, ſitu in dominio Zuſchen conſtituit, eumque de dicta ſede Freygraviatus inveſtiit, &c. Marpurgi A. 1410. Extant diplomata apud Freher. *de occult. judic.* Ex quibus planum fit, non in Weſtphalia tantum jus vemium obtinuiſſe, ſed † etiam alibi in Germania cum 13
Theodorico Mindenſi tale jus detur, quali Ducatus Aſcaniæ & Weſtphaliæ gaudent. Et in diœceſi Moguntinenſi supereſt territorium das Freygericht dictum.
Quare autem libera † judicia dicta ſint, quæri poteſt? An quia extra ordinem & 14
voluti ſoluta legibus exercentur, ut vult Freher. *d. loc. fol. 3*. Atqui hominem ſine lege judiciis præficere, eſt belluam præficere? teſte *Ariſtot. 3. polit.* 11. Quod Imperatores numquam fecerunt. An quia in his judiciis liberi tantum homines judicabantur? Atqui delinquentes ſine diſcrimine huc trahebantur. An quia liberi tantum homines his præſidebunt, & quidem viri graves & recti amantes. Quod fieri debuiſſe ſcribit *Sylvius*? Atqui id aliis quoque judiciis commune eſt. An denique libertus ad juriſdictionis amplitudinem, per integram provinciam diffuſam referenda erit? De quo cogitandum cenſeo.

CAPUT LX.

De Privilegiis contra judicia libera.

SUMMARIA.

1 *Bannum regium per totam provinciam extenditur.*
2 *Privilegia exemtionum à ſede libera.*
3 *Privilegium Aquisgranenſium.*
4 *Spirenſium.*
5 *Francofurtenſium.*
6 *Fridbergenſium.*
7 *Ratiſbonenſium.*
8 *Moguntinenſium.*
9 *Magdeburgenſium.*
10 *Goslarienſium.*
11 *Mindenſium.*
12 *Friſiorum.*
13 *Liberi Comites nomine Cæſaris jus dicunt.*
14 *Cæſari omnia judicia vacant.*
15 *Exceptio incompetentiæ, an Cæſari opponatur?*
16 *Germanorum privilegium.*

Digitized by Google

17 *Comes Svvartzburgicus conſervator privilegij.*
18 *Privilegiorum conditio.*
19 *Repreſſaliæ quando permiſſæ?*
20 *Jurisdictio Frygraviorum reſtricta.*
21 *Cauſſæ ad hæc judicia pertinentes.*

1 CUm judicia libera per totam provinciam † vel Comitatum bannum regium ſive jurisdictionem ſuam Cæſaris nomine exercerent, eoque nomine
2 ſubditi extra patriam evocati gravarentur cœperunt Eccleſiæ † ac civitates exemtionem à judiciis provincialibus ſive à ſede libera ſingularibus Imperator.
3 privilegiis impetrare. Ita Aquisgranenſes † gloriantur, ſe privilegium habere, ne cives alibi quam coram Scabinis aut Senatu conveniantur, Rutger: Ruland. *p. 1. lib. 5. de commiſſ. 4. n.* 41. Ita Alex. IV. Papa Anno 1260. civibus Spiren-
4 ſibus † privilegium dedit, quod trahi extra civitatem Spirenſem ad judicium inviti non poſſent, quamdiu parati eſſent coram ſuo ordinario de ipſis conquerentibus ſtare juri, Lehman. *lib. 5. Chron. Spirenſ. 97.* Item Adolphus Cæſar Ann. 1297. ipſis hanc gratiam duximus liberaliter concedendam, (inquit) videlicet, quod eos vel aliquem ex eis extra civitatem ſuam evocari ad nos vel judicium noſtrum qualecunque per quempiam nolumus, quamdiu parati ſunt in civitate ſua, de ſe querulantibus juſtitiam exhibere. Lehman. *libr. 5. cap. 125.* Quod ab aliis Imperatoribus ſucceſſive confirmatum, ita Rudolphus I. Imper. Anno 1291. ci-
5 vitati † Francofurtenſi privilegium dedit, quod nullos ipſos vel aliquem ipſorum pro ullis bonis vel debitis extra civitatem Francofurtenſem poſſit aliqualiter citare vel evocare, niſi prius in civitate Francofurtenſi ſibi fuerit juſtitia denegata: Confirmatum poſtea ab Adolpho Anno 1294. aliisque ſubſequentibus Impp. Cumque eo non attento civis quidam Colonienſis cives Francofurtenſes Norimbergæ coram Judice & Senatu aulico (Reichshoffgericht) accuſaſſet, illique privilegium ſuum allegaſſent: Cæſar Sigiſmundus conſultus reſpondit, Francofurtenſes jure & privilegio ſuo gaudere debere, actore ad Scultetum Francofurtenſem (des Reichs Schultheiſſen) remiſſo. Factum id Anno 1431. v. Hiſtoriſchen Verlauff der Stadt Franckfurt. Idem Rudolphus I. eodem anno ſimile
6 privilegium civitati † Fridbergenſi dedit, quod nullus ipſos vel aliquem ipſorum modo duellico ſeu per viam duelli extra civitatem Fridberg citare poſſit vel debeat evocare, niſi prius in civitate Fridberg ſibi fuerit Juſtitia denegata. Quod ipſum alii quoque Impp. confirmarunt, v. Gründlich Bericht von der Statt Friedberg Freyheit. *p. 1.* Wehner. *tom. 6. ſymphor.* ubi aliæ quoque civitates ſimilia privi-
7 legia habentes recenſentur. Ita Fridericus II. Anno 1230. civitati † Ratiſponenſi privilegium dedit, quod cives cogi non debeant venire ad aliquod judicium extra civitatem & quod concivis concivem ſuum ejusve res extra civitatem detinere non debeat, querimoniam contra ipſum movendo, niſi prius conque-
ſtus-

Digitized by Google

ſtus fuerit civitati & juſtitia ſibi denegata fuerit. *Legul. Hung. in metrop. Salub. p.* 1.
Ita ab Adalbetto Archiepiſcopo † cives Moguntini habitantes intra muri am- 8
bitum hoc jure donati ſunt, ut ad nullius advocati placita vel exactiones extra mu-
rum expetantur &c. Extat diploma *de An.* 1135. *tom.* 1. *Urſtiſii.* Ita Magdeburgenſes
† Anno 1341. à Sigiſmundo Cæſare hoc jus conſecuti ſunt: ut nemo cujuscun- 9
que conditionis ſit, civis vel ſenator Magdeburg. ſeparatim vel conjunctim ad tri-
bunal Cæſareum, vel ad Cameræ judicium citetur, neque ad aliud, quam ad Epi-
ſcopale judicium civile vocetur, niſi in caſu denegatæ juſtitiæ, Dreſſer. *de urb.*
German. Sed & Goslarienſes † dicuntur habere privilegium, quod non debeant 10
ad aliena judicia vocari, ſed in palatio Cæſarum in urbe conveniri. Cluten. *in ſyl-*
log. rer. quotid. theſ. 26. *lit. D.* In genere † Carolus IV. clericos à judiciis liberis 11
abſolvit A. 1377. Ne quis clericum, vel pro cauſſa criminali vel civili in judicium
ſeculare, & ſpecialiter ad judicium Freyding/ trahere præſumſerit, &c. Extat *inter*
privileg. Mindenſ. apud Piſtor. Denique huc pertinent pacta † Friſiorum de An. 12
1447. apud Ubbon. Emm. *lib.* 23. *rer. Friſ.* Percrebuerat ea tempeſtate mos apud
ordines iis locis, ut qui cum altero litem haberent, querelas ad vicinos Principes
deferrent, litterasque conficerent, quibus accuſati ad tribunal peregrinum extra
Friſiam citarentur. Id grave viſum & patriis legibus libertatique contrarium in-
terdictum eſt. Ita & Arragonenſes coram alio, quam ſuo judice ſe juri ſiſtere non
tenentur Thuan. *lib.* 104. *hiſtor.* Hæc ergo privilegiorum conceſſio arguit jure
communi, & regulariter aliud obtinuiſſe, omnesque imperii ſubditos liberis ju-
diciis ſubfuiſſe, ſaltem in ſua quemque provincia. Cujus ratio in eo poſita vide-
tur, quod liberi † Comites judicia ſua ſub banno regio & Cæſaris nomine ex- 13
ercebant, *artic.* 52. *lib.* 3. Landr. Bannum autem regium pluribus in illa provincia
non competebat. *art.* 63. *libr.* 3. Landrecht. Et Cæſari ubicunque † veniret, ju- 14
dicia patebant, *art.* 60. *eod.* Quia ubi loquitur judex ſuperior, ibi tacere debet in-
ferior, monitu Baldi, Mynſingeri 6. *obſ.* 8. Coler. *libr.* 3. *de proceſſ. execut.* 7. *num.* 36.
Itaque ipſi exceptio fori vel incompetentiæ † non facile objici poteſt. Certe 15
non olim. Quod Henrici Leonis condemnatio arguit, qui ad curiam Cæſaris
evocatus fruſtra opponebat, ſe in Suevia natum, non niſi in terra nativitatis ſuæ
deſtitui debere. Cranz. *lib.* 6. *Saxon.* 38. Hoc tamen ita obtinuit, ſi modo intra
Germaniæ terminos curia indiceretur. Generaliter enim Alemanniæ † Princi- 16
pes privilegiis communitos ſcribit Cranz. *libr.* 10. *Saxon.* 39. quod non teneantur
in locis extra Imperii limites comparere. Cujus privilegii conſervator fertur eſ-
ſe Comes † Svvartzburgenſis. Cæterum ſupra dicta privilegia hanc conditio- 17
nem † recipiebant, ſi cives in ſua urbe vel territorio ſeſe juri ſiſterent. Qua de- 18
ficiente nihilominus alibi conveniri poterant. Denegata enim juſtitia non ſo-
lum ſuperioris jurisdictio fundatur, Gail. 1. *obſ.* 28. ſed etiam † repreſſaliæ per- 19
mittuntur, Gail. *de pignor. c.* 2. *& de arreſt. c.* 9. Ut videatur hoc caſu judicia libe-
ra etiam extra provinciam vigorem ſuum habuiſſe. Cum vero occulta judicia
per

Digitized by Google

10 per totam Germaniam & ad † quasvis cauſſas jurisdictionem ſuam extendere præſumerent, quod Æneas Sylvius reprehendit: Fridericus Imper. eorum præ-
11 ſumtionem compeſcuit, ſanxitque ne quis illuc vocetur, niſi ex † cauſſis eo pertinentibus, (aus vemvrougen Sachen) & æquo jure nusquam uſurus, juxta Denaiſium. Formula litterarum avocatoriarum ad occultum judicium extat in Leyenſpiegel/ *p.* 2. ubi etiam recenſentur cauſſæ & maleficia ad hoc judicium pertinentia, ſub hac conditione: Wo man anders einen ſonſt nicht zu Ehren und Rechte bringen mag. Quæ hodie pleraque beneficio Cameræ Imperialis aliam formam receperunt.

CAPUT LXI.

De differentia judicum.

SUMMARIA

1 *Judex primaria judicij perſona.*
2 *Tres ordines magiſtratuum.*
3 *Ducatus Saxoniæ Witichindo datus.*
4 *Caroli M. tempore dignitates ſimplices.*
5 *Comites & miſſi jus dicebant.*
6 *Comitum jurisdictio, quàm late pateat?*
7 *Comitatus & pagus ſunt relata.*
8 *Comites abuſive etiam Satrapæ dicti.*
9 *Comitum ſedes.*
10 *Etiam liberæ civitates ſuos Comites habuerunt.*
11 *Comes judicij præſes.*
12 *Germanicè Gravio dictus.*
13 *Comes banno regio inveſtitus.*
14 *Bannus regius merum imperium denotat.*
15 *Judices pro qualitate cauſſarum.*
16 *Judex, an litigantibus dignitate inferior.*
17 *Scuto bellico carens inter militares judicare nequit.*
18 *Duces, an olim jus dixerint?*
19 *Cæſar quando judex?*
20 *Maxime de feudo regali.*

CUm inter tres perſonas, quæ judicium conſtituunt, *c. nullus.* 4. *q.* 4. judex
1 primum locum † merito teneat, de eo quoque aliquid addendum. Anti-
2 quiſſima eſt † magiſtratuum diſtinctio, qua Regem Duces, & hos Comites inſequuntur. Hos enim tres ordines Gregorius M. Papa *in litteris ad Sabinum Apocriſiarium* perſcripſit. Heig. *p.* 1. *queſt. Saxon.* 2. eorumque gradus ſecundum ſcuta mili-

militaria diſtincti erant. *articul. 3. libr.* 1. Landrecht. *& art.* 1. Lehnrecht. Qui ſicuti in
Italia apud Gothos & Longobardos, in Germania apud Francos & Alemannos
uſitati fuerant. Heig. *d. quæſt.* 2. ita in Saxonia devicta à Carolo M. relicti ſunt.
Ducatus enim Witikindo Saxoni † & poſteris conceſſus eſt. Vide Reinec. & 3
Meibom. *de Ducatu Saxon. inter oper. Knichy.* Unde ſicuti Carolinorum tempore
† dignitates tituliqué ſimplices adhuc erant: ita in legibus & privilegiis illius 4
temporis tantum fit mentio Ducum & Comitum, *ut in LL. Alemann. cap.* 1. *&* 27.
tom. 2. *antiq. Aleman.* Goldaſt. Comites autem & † Miſſi Cæſaris nomine juris- 5
dictionem omnem exercebant, multas recipiebant, ex iis ſe ſuſtentantes, reſiduum
fiſco inferebant. *cap. Caroli tit. qualiter præcipit.* §. 5. Knich. *in encyclop. cap.* 1. Eorum
poteſtas per diſtrictum † extendebatur, qui pagus dictus (vulgo Gow/ Gorte) 6
quandoque etiam à Comite denominabatur. Meibom. *de pagis Saxon. in princip.* Ita
in diplòmate Ottonis M. conceduntur Eccleſiæ Aquenſi curtis Galmina † ſita 7
in pago Haſpengewe/ pro quo Comes Inio jure concambii reponit loca quædam
in pago Luihgonnis/ in comitatu Richarii, item in pago Muſchfewe in comitatu
Ermenfredi, item in pago Analgow in comitatu Erberhardi, &c. Petr. à Beeck *in
Aquisgran. cap.* 9. Pagus autem plerumque unum, quandoque etiam plures ha-
bebat Comites, † *ſupra cap.* 55. *n.* 14. quos *Beda Anglicus*, Satrapas, alii primores & 8
nobiles Saxonum, Poëta Paderborn. *in annal. Caroli M. lib.* 1. etiam Duces abuſive
appellat:

Sed variis diviſa modis plebs omnis habebat
Tot pagos, quot pene Duces.

Knich. *in encycl. cap.* 1. Qui tempore Caroli M. cum nullæ adhuc eſſent urbes Sa-
xoniæ, in villis † ac curiis (Hoffe) *ſupra cap.* 34. *num.* 3. poſtea conditis urbibus, 9
illic ſedes ſuas habuerunt, ac per pagos juriſdictioni ſuæ ſuppoſitos, jus dixerunt.
Freher. *libr.* 1. *orig. Palat.* 5. Quod eleganter explicavit Beat. Rhenan. *libr.* 2. *re-
rum German.* quem ſequitur Kyriand. *in annal. Trevir. part.* 7. *&* 13. ubi non ſolum
epiſcopales, ſed etiam liberas imperii civitates ſuos habuiſſe Comites † demon- 10
ſtrat. Conſentit Lehman. *lib.* 2. *Chron. Spirenſ.* 18. *ibi:* Stadt hat man geheiſſen eine
groſſe Gemeine / in welcher ſampt den gantzen Gow ein Biſchuff und ein Graff im
nahmen eines Teutſchen Konings Geiſt: und Weltliche Oberkeit verwaltet/ ꝛc. Hic
ergo Comes † judicio præſidebat, quia judices antiqua lingua Saxonica Gra- 11
viones † dicebantur. Paul. Warnefr. *lib.* 5. *de geſt. Longob.* Brotuff. *lib.* 1. *Chron. Mer-* 12
ſeb. 9. Gothofr. *inc.* 1. *libr. feud.* 10. P. Heig. 1. *q. Saxon.* 2. *n.* 44. Tob. Paurm *libr.* 2.
de jurisd. Imp. 10. Matth. Steph. *libr.* 2. *de jurisd. p.* 2. *c.* 4. *n.* 19. Andr. Knich. *de jure
territ. c.* 1. *n.* 40. *& c.* 4. *n.* 52. Hotom. *in lex feud. in verb. Comites.* Cluten. *in ſyllog. rer.
quotid. theſ.* 26. *lit.* H. Peucer. *libr.* 5. *Chron.* Reinecc. *in tract.* Von des Adels herkom-
men *fol.* 139. *& in ſyntagm. hiſt. p.* 3. *fol.* 446. Gründlich bericht von der Stadt Fried-
berg. *p.* 1. *punct.* 1. *num.* 271. Pontan. *libr.* 6. *orig. Franc.* 14. Ita in *LL. Ripuar. tit.* 53. *&
paſſ.* Gravio *judicem denotat.* Item *gl. ad art.* 12. *libr.* 2. *n.* 8. Landrecht. Graffe iſt nach

Alten Sächſiſchen Teutſchen ſo viel als ein Richter. Itaque mirum quid Cranz.
lib. 2. *Saxon.* 31. ſibi velit, quando de temporibus Caroli Calvi agens ait, Comi-
tum nomen illa ætate in hac provincia erat incompertum. Niſi pro eo Gravio-
nis nomen uſurpatum exiſtimat. Alioquin officium ipſum tum fuiſſe demon-
13 ſtravimus *c.* 27. Hic autem Comes † ſub banno regio judicabat, quippe quem
non niſi Rex (ita Imper. vocatur in jure Saxonico) concedere poterat. *articul.* 64.
14 *libr.* 3. Landrecht. Coler. *lib.* 2. *de proceſſ. execut.* 1. *num.* 125. Bannus autem regius †
erat jus gladii, id eſt, merum imperium. *l.* 3. *ff. de jurid.* ſive criminalis jurisdictio
gl. lati. ad d. art. 64. *lit. D. & lib.* 2. *art.* 61. *in addit. ad gl. n.* 4. bey Koninges Bann din-
gen eſt habere merum imperium. Atque ita Joh. Dauth. *in hypot. ſect.* 9. bannum
regium explicat. Item Matth. Steph. *de jurid. p.* 2. *libr.* 2. *c.* 4. *n.* 41. vulgo Blut-
15 bann/ Halsgericht. Col. *d. c.* 1. *num.* 122. Itaque hic ordo obſervatus, ut cauſæ †
majores etiam majoribus in judiciis agitarentur, neque judices dignitate inferio-
res eſſent illis, qui judicabantur. Per rationem Gail. 1. *obſ.* 29. *num.* 2. Quo per-
tinet, quod de Ottone M. ſcribit Witich. *lib.* 2. *annal.* noluiſſe ipſum cauſam Prin-
cipum inter arbitros tractari, ne ſcilicet viri nobiles & ſenes populi in honeſte tra-
ctarentur. Ut non omnino irrationabilis ſit Feudiſtarum opinio, ſi vaſallus Co-
16 mes † litiget cum Domino, quod tum etiam Pares curiæ ad minimum Comi-
tes eſſe debeant. Jacob. de S. Georg. *de feud. in verb. & dicti vaſalli. num.* 10. Certe in
jure feudali Saxonico id expreſſe conſtitutum eſt *cap.* 2. §. 2. *c.* 78. §. *ult. c.* 34. §. 10.
17 We deſs † Heerſchildes darvet/ de mach nemands ordel ſchelden/ de den Heerſchild
heſft. *vide p.* 1. *differ. jur. Saxon.* 1. *num.* 11. Quomodo de nobilibus Galliæ ſcribit
Thuan. *lib.* 125. *hiſt.* ipſos non niſi coram Paribus ſuis cauſam dicere cogi. facit *art.*
18 65. *libr.* 3. Landrecht. Duces ſub Carolo M. judicaſſe dubitari poteſt, cum †
certum ſit eos ab initio rei militari tantum intentos fuiſſe. B. Rhenan. *libr.* 2. *rer.*
Germ. Joach. Vadia. *libr.* 3. *de colleg. & monaſt.* Niſi forte potentiores eſſent, liti-
gantes, ut Comitis poteſtas non ſufficeret. Ita enim *in LL. Aleman. c.* 3. Si eſt ta-
lis perſona, quam Comes in placito, vel centenarius, vel miſſus Comitis diſtrin-
gere non poteſt, tunc eum Dux legitime diſtringat. Sequenti ævo ipſi in pro-
vinciis ſuis judicia celebrarunt. Ita fit mentio trium judiciorum, Comitis, Ducis,
Regis, *in metrop. Salisburg.* Legulej. Hund. *par.* 1. *fol.* 343. Ita Fridericus Marchio
(tamquam Landgravius Thuringiæ) in villa Metilhuſen/ vocatis judicibus terræ
pro tribunali ſedit, volens Erphurtenſes ſententialiter condemnare. An. 1330. *Hiſt.*
Landgrav. Thuring. cap. 84. *tom.* 1. Piſtor. Ubi antea Rudolphus Imp. judicium cri-
minale exercuerat Cranz. *lib.* 8. *Saxon.* 34. Inter Principes autem Cæſar ipſe jus
19 dicebat, quia ipſe eſt judex † conſtitutus ſuper vitam cujuslibet & propium &
feudum. *c.* 35. §. 1. Lehnrecht. Quomodo locum Eginhardi de Carolo M. intelli-
gendum eſſe diximus *c.* 8. *n.* 12. Ita & ipſe & Otto M. judicio criminali præſedit,
ſupr. cap. 58. *n.* 8. & 9. Ita Rudolphus Cæſar propter diſcordiam Alberti Landgra-
vii & filiorum ejus in Thuringia pro tribunali ſedens criminale judicium exercuit,

A. 1290.

A. 1290. ut jam dictum, *Hiſtor. Langr. Thuring. cap.* 82. Eoque deſcendit conſtitutio juris feudalis, quod ſolus Imperator inter † Principes ſit judex competens, *cap. un. apud quem vel quos.* 1. F. 18. ſaltem de feudo regali *cap. un.* 2. F. 34. *& ibi* F. F. Vult. 2. F. 2. *num.* 9. Borch. *de feud. c.* 10. *n.* 1. Roſenth. *c.* 12 *concl.* 1. *& ib. alleg.* 20

Caput LXII.

De Diſtinctione Comitum.

Summaria.

1 *Comitum diverſa officia.*
2 *Eorundem dignitates diverſæ.*
3 *A temporibus Henrici Aucupis.*
4 *Quatuor ordines Comitum.*
5 *Burggravij Comites civitatum.*
6 *Govvgravij poſtea etiam Freigravij dicti.*
7 *Landgraviorum jurisdictio latior.*
8 *Landgravij & Pfaltzgravij differunt.*
9 *Landgravij quando cœperint?*
10 *Marchiones quando inſtituti?*
11 *Quatuor Marchiones Germaniæ.*
12 *Duces in Saxonia multiplicati.*
13 *Primogenitus olim in principatu ſucceſſor.*

DIctum eſt Caroli M. temporibus unum Ducem Saxoniæ ac Comites unius generis ordinisque fuiſſe. Quamvis enim officia Comitum † in aula Imperatores diverſa fuerint, quorum aliquot recenſet Monachus Sangall. *lib.* 2. *de geſtu Caroli*, nempe Comitum Stabuli, Comitem (qui tamen præcipuus fuit) palatii, magiſtrum regiæ & magiſtrum cubiculi, quorum ille eſt præfectus aulæ ſive Gaſtaldus (Gaſthalter / Hoffemeiſter) hic Camerarius, (Kämmerer) Et de Ottonis M. coronatione Witich. *libr.* 2. *annal. in princ.* Duces vero miniſtrabant, Lothariorum Dux Giſelbertus, &c. tamen diſtinctæ dignitates † & nomina Landgraviorum, Marchgraviorum, Burchgraviorum & Govvgraviorum, de quibus *gl. ad artic.* 53. *libr.* 3. Landrecht. *FF. ad cap. un. quis dica. Dux.* tum nondum invaluerant. Illud enim ab eo demum tempore contigit, quo ſub Imperatoribus † Saxonicis civitates & oppida condi, hominesque & incolæ multiplicari cœperunt. Quomodo etiam ſentire videntur Heig. 1. *quaſt.* 2. *num.* 51. Knich. *in Encycl. cap.* 1. Adam. Contz. *lib.* 7. *polit.* 17. §. 2. *in fin.* Sed & poteſtas Comitum minor, neque hereditaria erat ſub Carolo M. ſicuti ipſi quoque tituli ſimplices. *ſupra cap.* 13. *n.* 7. Qua de re eleganter diſſerit Janus Douſa *lib.* 5. *annal. Holland.* Conditis autem urbibus & numerus magiſtratuum auctus eſt, & dignitas, ut fit, diſtincta, ita

1
2
3

4 ut tempore Friderici Comites † quadruplices eſſent, ſicuti eos explicat *gl. ad art.*
5 72. *lib.* 3. Landrecht. Qui in civitatibus jus dicebant, Burggravii † appellati ſunt,
id eſt, Comites civitatis, *art.* 10. *Weichb. & paſſ.* ab antiquo Burgo, quod oppidum
muris cinctum portisque clauſum denotat, P. Greg. Tholoſ. *libr.* 2. *de Rep.* 1. *num.*
6. Freher. *lib.* 1. *de orig. Palat.* 10. Hoc enim vocabulum Franco Germanicum eſ-
ſe ex Otfredi Monachi verſione Evangelica diſcimus, *ibi:* ite in civitatem, id eſt,
faret in thia Burg. licet aliis in Græco πυργὸς derivetur, Cujac. 3. *obſerv.* 24. Iſidor.
lib. 8. *etymol.* 6. Quos Caroli M. ætate nondum fuiſſe etiam Cranz. obſervavit.
lib. 2. *Saxon.* 12. Illa ætate incognitum erat Burggravii nomen, &c. Ab his diſpa-
6 rati † Govvgravii, qui pagis ſive regioni alicui præerant. Qui antea abſolute
Comites dicti videntur. Quorum quidam ſucceſſive Freigravios ſe appellarunt,
de quibus *ſupra cap.* 59. At generaliorem provinciam ſortiti, ut proxime ad Du-
7 ces accederent, Landgravii † denominati ſunt, id eſt Comites provinciales, ut
vertit Cranz. *lib.* 6. *Saxon.* 20. Quos cum Palatinis male confundit Aventin. *in
Chron. Schirenſ. ad An.* 938. Poſt Duces, inquit, ſecunda dignitas erat Comitum
8 Palatinorum † quos veteres præfectos prætorio, aulæque magiſtros, Germani
Mareſcallos, id eſt, majores domus, falæque, id eſt, palatii, & Landgraphos, id eſt,
Comites palatii dixerunt. Niſi vitioſa lectio eſt, & legendum Pfaltzgraphios,
9 ut videtur, de quibus *ſupra cap.* 8. *num.* 9. Landgragraviorum autem † Thuringiæ
dignitatem ſub Lothario Saxone Imp. primum cœpiſſe præter alios teſtis eſt Mei-
10 bom. *ad lib.* 1. *annal. Witich.* Qui vero limitibus contra hoſtes præerant, † March-
gravii dicti ſunt, ab Henrico Aucupe primum in Germania inſtituti. Cranz. *lib.* 3.
Saxon. 9. ubi dicit, tunc primum Marchionum nomen antea inauditum inoleviſſe
ex Saxonica lingua ductum. Quamvis in Italia id jam ante notum fuiſſe vide-
11 tur. Heig. *d. q.* 2. *num.* 57. Adam. Brem. *c.* 47. Eorum † quatuor, qui ad jus Saxo-
nicum pertinent, nempe Brandenburg. Landsbergenſ. Luſatiæ & Miſniæ, recen-
ſet *gl. ad art.* 12. *lib.* 2. *& artic.* 70. *lib.* 3. Landrecht. Cur Marchionem Saxoniæ omit-
tat, qui ſub Henrico II. cœpit, Cranz. *libr.* 4. *Saxon.* 27. quærere poſſes, niſi forte
is cum Marchione Miſniæ idem. Sed & Duces non minus ac Comites multi-
12 plicati, † ita ut eorum ſeptem in Saxonia numeret Ecco, *in artic.* 62. *lib.* 3. Land-
recht. *ſupra cap.* 27. *num.* 14. quorum hodie etiam plures extant. De Comitibus
Friſiæ & Hollandiæ eleg. Douſa *lib.* 5. *annal. ubi vide.* Quorum primogenitus cum
13 in paternam Ducis vel Comitis poteſtatem titulumque † ſuccederet, cæteri
fratres inferiores titulos amplexi, ex Duce ſe Comites, ex Comite ſe Domicel-
los vel nobiles appellarunt. Cranz. *libr.* 5. *Saxon.* 5. Hamelm. *in Chron.
Oldenburg. p.* 2. *c.* 16.

Caput

CAPUT LXIII.

De advocatis Eccleſiarum.

SUMMARIA.

1 *Eccleſiis advocati attributi.*
2 *Advocati olim œconomi Epiſcoporum.*
3 *Jurisdictiones Epiſcopis conceſſæ.*
4 *Advocatorum poteſtas laxior.*
5 *Advocatia defenſaria* Vogtey.
6 *Item Munburithum, majoria.*
7 *Feudum advocatiæ.*
8 *Terra advocatorum* das Vogtland.
9 *Advocatia jurisdictionem denotat.*
10 *Advocatiæ olim ad regalia pertinuerunt.*
11 *Cæſar ſupremus advocatus Eccleſiaſticorum.*
12 *Principes advocatias ſibi retinent.*
13 *Advocatia civitatis Brunſuicenſis.*
14 *Advocatus Ulmenſis.*
15 *Burggravius Magdeburgenſis advocatus.*
16 *Advocatiæ ſecularibus in feudum conceſſæ.*
17 *Advocatia præpoſituræ Oeningenſis.*
18 *Advocatia Bramſtedenſis.*
19 *Advocatorum ſalaria.*
20 *Eorundem exceſſus.*
21 *Advocati nomen quomodo ad ſeculares pervenerit?*
22 *Diſtinctio advocatiæ & centenæ.*

CUm Eccleſiæ res ſuas commode defendere nequirent, ne Eccleſiaſtici earum procuratione † à pietatis exercitiis avocarentur, dati ſunt illis ex ſe- 1
cularibus defenſores ſive advocati. Johann. Aventin. *in Chron. Schirenſ. ad Annum* 938. Quorum officium olim ad † procurationem rerum Epiſcopalium tantum 2
pertinuiſſe videtur. Ita *in capit. Carol. libr. 5. cap.* 234. Hoc ſtatuimus, ubicunque Epiſcopi ſubſtantiam habuerint, advocatum habeant in ipſo Comitatu, qui abſque tarditate juſtitiam faciat & ſuſcipiat. Verum ex quo Epiſcopi & prælati Eccleſiarum etiam ſeculares jurisdictiones † uſurpare cœperunt, initio facto à 3
Brunone Archiepiſcopo Colonienſi Ottonis M. fratre *ſupr. cap.* 28. *n.* 11. Advocatorum † laxior poteſtas eſſe cœpit, ita ut etiam jurisdictionis adminiſtrationem 4
contineret. Itaque eorum dignitas ſucceſſive aſcendens tanta eſſe cœpit, ut ſæpe Comitibus & conſulibus urbium præponeretur. Urſtiſ. *in epitom. hiſt. Baſil. c.* 17.

Digitized by Google

5 Atque hæc præfectura ex fine advocatiæ nomen † meruit. Ita appellatur *in uſib.*
feud. in §. quicunq;. 2. F. 27. item *in donatione Caroli M. apud Mutium lib. 9. rer. Germ. &*
paſſ. In jure Canonico defenſaria *in c. un. extravag. de major. & obed.* In diplomate Al-
berti Archi-Ducis Auſtriæ vocatur Advocatia Aquenſis etiam Munburnium ſive
6 † majoria Petr. à Beeck. *in Aquiſgran. c. 13.* Quod fiduciario jure datum † feu-
7 dum advocatiæ dicitur Vult. 1. *feud. num. 27.* Quæ vocabula Germani cottidie au-
dientes, ut pleraque alia Eccleſiaſtica ad ſuum idioma tranſtulerunt, pro advoca-
tia Vogten / pro advocato Vogt / pronunciantes. Bodin. 1. *de Republ. 7. in princip.*
Knich. *de jure territ. cap. 4. tit.* Vogtey à Gilman. *lib. 1. rerum Camer. judicat. 1. num. 24.*
8 Unde etiamnum ſupereſt in Thuringia das Vogtland / terra advocatorum, † ita
dicta propter quatuor illic conſtitutos advocatos Barones Cranz. *libr. 9. Saxon. 33.*
9 Neque quicquam aliud ſignificat advocatia, quam jurisdictionem † ſuper cau-
ſis civilibus & criminalibus, late Virgil. Pingizz. Colleg. quondam *conſ. 1. n. 25. &*
ſe 44. poſt conſil. Modeſt. Piſtor. per *gl. ad articul. 47. Weichb. & libr. 1. artic. 2.* Landrecht.
10 Cujusmodi advocatias ſub Henrico V. ad regalia Imperatoris † adhuc perti-
nuiſſe conſtat ex Dodech. Abbat *in append. ad Maria. Scot.* Itaque quoties primi
Impp. Epiſcopum vel Abbatem conſtituerunt, illi quoque Advocatum aliquem
11 ex ſecularibus addiderunt, ſive Comitem, ſive alium militarem. Ipſi † Cæſa-
res ſuperiores advocati erant Eccleſiaſticorum ſicuti Imper. dicitur Römiſcher
Vogt *in art. 8. Weichb.* Et quandoque etiam inferiores ratione ducatus alicujus
hereditarii. Ita Fridericus I. in diplomate de Ann. 1178. ſe advocatum Spirenſis
Eccleſiæ vocat, ratione Ducatus Sueviæ Cruſius *p. 2. libr. 11. annal. Suev. 16.* Ita
12 cum poſſeſſiones quasdam Eccleſiis darent, ipſi quandoque earum advocatias †
ſibi retinebant, Lehman. *lib. 2. Chron. Spirenſ. 36.* Ita Lotharius Imp. Anno 1134.
13 in fundatione cœnobii Sanct. Ægidiani † Brunſuicenſis ſibi & arci ſuæ Tanquar-
derodæ reſervat Die Vogtey offte werthliche Gerichte / die er vermittelſt ſeinen Die-
ner regieren laſſen wolte. Relatio *hiſtor. Ducis Brunſuic. part 1. cap. 1.* Quandoque
etiam ſuos proprios cognatos ad hanc dignitatem promovebant. Ita Carolus M.
in diplomate de Anno 813. Augiæ majori cœnobio concedens Ulmam villam re-
14 galem, † ut Abbas cum fratribus ſuis exterioribus curis remotis liberius Deo
ſervire poſſit, Adelbertum cognatum ſuum in ſupra dicta villa advocatum & de-
fenſorem conſtituit, ſub juramenti adjuratione, ne ſtatuta imperialia transgre-
15 diatur. Ita Burggravius Magdeburgenſis † dicitur advocatus ejus Eccleſiæ,
der beſchnete Vogt iſt der Burggraff. *artic. 16.* Weichb. Ita Adelbertus Archiepi-
ſcopus Hamburg. in privilegio dato Gozenſi monaſterio Anno 1053. ſanxit, ut
ut quicunque de ſua ſtirpe (Comitum à Bren.) laicus cæteris provectior eſſet,
huic loco advocatus conſtitueretur. Cum vero Eccleſiæ exemtionem à judiciis
imperialibus ſingularibus privilegiis impetrarent, de quibus *c. 60.* factum eſt, ut
ſubditi Eccleſiaſtici ſenſim Ducum ac Comitum jurisdictioni ſubtraherentur,
ſuorumque advocatorum poteſtati ſubjicerentur. Unde Principes & Comites
eaſdem

Digitized by Google

easdem advocatias † non ſolum ambierunt, ſed etiam in feudum acceperunt. 16
Ita Fridericus I in diplomate dato Conſtantienſi Epiſcopo Ann. 1155. conferens
præpoſituram in Oeningen †, hæreditario jure ad ſe pertinentem, ejus advoca- 17
tiam rurſus de manu Epiſcopi recipit, ſpondens, quod curtes quædam nullius
ſubadvocati diſtrictu deinceps ſubjacere, ſed ad dominicalia pertinere debeant:
Extat *in antiquitat. Conſtantienſ. Piſtor.* Contra Gerhardus de Stotle advocatiam in
curia † Bramſtede, quam de manu Archiepiſcopi Bremenſis jure feudali in be- 18
neficio tenuerat, eidem cum omnibus utilitatibus & attingentiis vendidit Anno
1248. Extat *diploma apud Lindenb.* Solebat autem advocatus certis locis ac tempo-
ribus in ditionibus Eccleſiæ judicia celebrare, eoque nomine † emolumenta 19
quædam percipere. Quandoque etiam immodica. Unde ea legibus & pactis
circumſcripta ſunt, ut *in c.* 34. §. 15. Lehnrecht. Ita Joannes I. Epiſcopus Argentin.
in reformatione curiæ & ritus fori epiſcopalis advocatorum (Vogte) pretia ta- 20
xavit, conſtituens modum quantum à Provincialibus tempore judicii exigere
deberent: Wimphel. & Guillim. *de Epiſc. Argentin.* Ita Henricus V. in diplom.
Advocati in Anno ſi neceſſe fuerit, aut in ipſam cellam, aut ubicunq; vel quando
Abbati placuerit, invitati ab illo veniant, & ibi placitum juſtum pro cauſſis & ne-
ceſſitatibus monaſterii rite peragant. Nullum autem aliud ſervitium, jus aut
beneficium ſibi pro hoc concedi recognoſcant, niſi tertium bannum, conſuetu-
dinariam juſtiam & legem, quam cæteri advocati in aliis monaſteriis item liberis
habent. Item Henricus VI. Statutum habemus, ut ad placitum cujuslibet advo-
cati ſemel in anno quando præceptum fuerit, omnes pertinentes certis in locis
conveniant, ibique in ſervitium ſuum non plus exigat, niſi duos modios tritici, &
2. porcos, 3. cados vini vel medonis (Methe) 10. cados cereviſiæ, 5. modios ave-
næ in pabulum equorum 30. &c. Extant diplom. apud Legul. Hund. *pag.* 3. Ex
quibus omnibus, quæ latiſſime educi poſſent, conſtat advocatias proprie † ad 21
Eccleſias pertinuiſſe, per abuſionem autem etiam ad ſeculares præfecturas tran-
ſiiſſe. Ita enim *in artic.* 2. *libr.* 1. Landrecht. judicium ſeculare per Vogten expo-
nitur, *ad artic.* 64. *libr.* 3. advocatus judex dicitur: ſed & diſtiſtinctio introducta
eſt centenæ † & Vogteiæ. Illa eſt noxarum & capitalium criminum animad- 22
verſio, maleſiſiſche oder centbarliche Hocheit. Hæc diſtrictum cum juriſdictione
denotat Knich. *de jure territ. c.* 4. *n.* 31. late Arumæ. 1. *diſcurſ. Academ.* 13. *th.* 12.

CAPUT LXIV.

De Vicario Comitis ac Scabinis.

SUMMARIA.

1 *Scultetus Vicarius Comitis.*
2 *Sculteti notatio.*

3 *Scul-*

3 *Scultetus & Ambtmannus ſynonyma.*
4 *Ambmanni duorum generum.*
5 *Centenarius, an idem cum Sculteto?*
6 *Scabini aſſeſſores judicij.*
7 *Scabini notatio.*
8 *Ratzenburgij quinam?*
9 *Numerus Scabinorum non unius modi.*
10 *Scabini Aquisgranenſes.*
11 *Sculteti judicium infertus.*
12 *Differentia Comitis & Sculteti.*
13 *Jurisdictio alta & baſſa.*
14 *Comitis & Sculteti diverſa inſignia.*
15 *Scultetus de vita non judicat.*
16 *Ruſticorum judicium, an tolerandum?*
17 *Gogravij notatio.*
18 *Gogravij duorum generum.*

1 COmiti ſuberat vicarius, qui in jure Saxonico † Scultetus appellatur, ac primo
ex Scabinis erat, ſine quo judicium haberi non poterat, *art. 59. lib. 1. art. 52. lib. 3.*
2 Landr. *art.* 18. Weichb. *in ll. Longob. lib. 2. tit.* 41. & 52. Sculdaſius dicitur. Germanice †
Sculthais/ à Paul. Diac. *lib. 6. de geſt. Longob.* 8. quaſi qui debitum exſolvere jubet,
pignoris capione, & mulcta Lehman. *lib. 2. Chron. Spirenſ.* 22. Alicubi etiam Amma-
3 nus † dicitur, ſicuti ambactia pro præfectura aliqua apud Gallos accepta. Pithæus
lib. 1. adverſ. 8. Freher. *lib. 1. de orig. Palat.* 5. Et Sculteti a præfectura definitur *in art.*
80. *lib.* 3. Landr. Ut hæc ſynonyma eſſe intelligas. Licet Argentorati eo nomine
4 etiam conſulatus denotetur. Sunt autem Ammani duorum † generum, alii ſu-
periores, Oberrichter/ oder Ober Amptmann. Quomodo ſe vocat Burggravius
Fridbergenſis. Gründlich Bericht von der Stadt Friedberg. *p. 1. punct.* 4. *n.* 4. Qui
Comitibus æquiparantur. Alii inferiores, de quibus hic agimus. Alicubi Scul-
5 tetus etiam centenarius † appellatur. Cum tamen utriusque officia proprie
diverſa fuerint. Præerat enim hic olim centenis, in quas ſinguli Comitatus di-
ſtincti erant B. Rhenanus *libr. 2. rer. German.* Pontan. *lib. 6. orig. Franc.* 14. Cæteri
6 Scabini † (qui male cum Conſulibus confunduntur *in c. 1. de immun. Eccleſ. in 6.*)
7 quaſi aſſeſſores judicii erant. Ita dicti, non à ſcamno † judicii quaſi ſcambini,
darumb/ daß ſie ſitzen ſollen auff der Banck des Gerichts/ ut fabulatur *gl. ad artic.* 10.
Weichb. ſed à Saxonico Scheppen/ quod eſt, jubere, monere. Cui fortaſſe no-
men debet oppidulum Scheppenſtetum non longe ab Helmſtadio in Ducatu
Brunſuicenſi. Quamquam non ignoramus aliam adhuc etymologiam Scabinis
affingere Matth. Steph. *lib. 2. p. 2. de jurid. cap. 4. num.* 51. Aliter B. Rhenanus *d. loc.*
Schoff/ vetus Francica vox generaliter judicem denotat. Liberæ conditionis
Schoffen-

Digitized by Google

Schoffenbahr/ frey &c. Conſentit Freher. *de occult. judic. fol* 42. *in proœm. Spec Saxon.*
enumerantur aliquot Reichsſchoffen. Ac videtur de his quoque accipiendum,
quod Goldaſt. *in notis ad tom.* 1202. *Aleman. fol* 177. putat judices malli publici di-
ctos Rachburger. Qui proculdubio ſunt † Ratzenburgii. Quo nomine Scabi- 8
nos appellatos dicit *B. Rhenanus.* Quaſi Rathburger/ (hodie Rathsherrn/ Raths-
verwandten) quod ſcilicet in conſilium adhibeantur. Alioquin Ravensburgenſi
judicio præſidebat Landgravius, vulgo dictus Landvogt. Ut ſuperiori judicio
Rachburgeri nomen non conveniat. Numerus Scabinorum † non uniusmo- 9
di ubique fuit. *in ll. Longobard. libr.* 2. *tit.* 51. *v.* 23. conſtituuntur ſeptem, & *in reſponſ.
Magdeb. poſt Specul. Saxon. p.* 1. *cap.* 1. *diſt.* 1. ſancitur, quod pauciores tribus eſſe non
debeant Steph. *d. libr.* 2. *p.* 2. *cap.* 4. *n.* 38. Köning. *in proceſſ. cap.* 23. Regulariter 12.
cum Sculteto fuerunt, ad exemplum duodecim Apoſtolorum Chriſti. *gl. ad art.* 10.
& 16. Weichb. Qui numerus etiam Fridbergæ obſervatus, Gründlich Bericht
von der Stadt Friedberg. Alibi etiam auctus. Aquisgrani † erant 14. gauden- 10
tes libertate ſe invicem eligendi & cooptandi etiam patrem & filium, item duos
fratres, Petr. à Beeck *in Aquisgran. c.* 1. Qui tamen Bremæ in Senatum eligi non
poſſunt, juxta ſtatuta Bremenſ. quæ laudat Eberh. Speck. *centur.* 2. *claſſ.* 1. *quæſt.* 5.
num. 9. De Scabinis Magdeb. vide Franciſc. Pfeil *conſ.* 188. *in pr.* Inferius ergo
erat † Sculteti judicium pertinens ad leviores cauſſas, quia bannum, hoc eſt, 11
ſimplicem jurisdictionem cum mixto imperio tantum habebat. *articul.* 80. *libr.* 3.
Landr. *artic.* 10. *& ſequent.* Weichb. cum Comes regium † haberet. Inde orta eſt 12
differentia altæ & baſſæ jurisdictionis, quarum illam † Comes, hanc Scultetus 13
exercebat. Per ea quæ annotaut Auctor. *differ. juris Saxon p* 1. *diff.* 1. *n.* 13. Paurm.
lib. 1. *de jurisd. Imp.* 16. *in fin.* Coler. *de proceſſ. execut. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 124. *& ſeq.* Eberh.
Speckh. *cent.* 1. *illuſt. quæſt.* 90. Quæ differentia clariſſime explicatur *in reſponſ. Mag-
deburg. lib.* 1. *cap.* 2. *diſt.* 18 Der Schultheiß hat das Niedergerichte/ der Burggraffe
das oberſte. Unde Comes gladium † tenebat, Scultetus baculum, Gründlich 14
Bericht *p.* 1. *punct.* 4. *n.* 22. *Conſtitutio Sigismundi Imper. inter ſtatuta Imper.* Goldaſti *fol.*
193. Quia ſcilicet centenarius vel Scultetus † de vita & poſſeſſione judicare non 15
poterat. *lib.* 2. *ll. Longob. tit.* 52. *n.* 2. *art.* 45. Weichb. Konte nicht richten über Hals
oder Hand. *art.* 52. *libr.* 3. Landr. *gloſſ. ad art.* 80. *libr.* 3. *eod.* Ratio rationis eſt, quia
bannum regium non habebat, Lehnr. *cap.* 36. §. 2. ſed tantum bannum ſimplicem à
Comite *articul* 11. Weichb. Omnium infimum erat judicium ruſticorum,
† illic ubi Bannus regius non erat. *art.* 63. *libr.* 1. mit allen Rechten/ daß mir das 16
Landvolck ertheilet/ oder die Schoffen/ ob es unter Königs Bann iſt. Cui mul-
cta tantum ſex obulorum competit. *art.* 64. *lib.* 3. Coler. *deciſ.* 161. *n.* 31. Quod ta-
men judicium non probat Petr. de Andlo. *libr.* 2. *de Roman. Imper.* 16. nulla major
mihi abuſio eſſe videtur, inquit, quam per eos, qui rus colunt, jus in provinciis
dictari, qui ob ignaviam à juris notitia legibus excuſantur. Idem *libr.* 1. *cap.* 12. *re-
petit.* Adde Keller. *lib.* 2. *de officio juridico politico. c.* 24. Sed Nicolaus Cuſanus *lib.* 3. *de*

concord. Cathol. cap. 28. rationem quare id ab Impp. ita conſtitutum reddit. Qui
17 vero Gogravium † ejus judicii præſidem faciunt, ita dictum, quod Gah/ id eſt,
cito ac proprie judicet, juxta *gl. ad art.* 56. *lib.* 1. Landr. cumque inter pedaneos ju-
dices numerant, ut Paurmeiſt. *lib.* 2. *de jurisdict. Imper.* 10. *n.* 6. in eo largiter errant,
cum is à Gow/ id eſt, regione, pago, diſtrictu dictus ſit, ſicut alii Comites, à Land/
March/ Pfaltz/ Burg/ &c. Freher. *de occult. jud. fol.* 43. Meibom. *de pagis Saxon. in pr.*
18 niſi forte duo ſunt genera † Gograviorum, ut ſup. de Ammannis dictum, juxta
gl. ad art. 63. *lib.* 3. *& art. ſeq.* Landr.

Caput LXV.

De loco judicij.

Summaria.

1 *Locus judicij certus eſſe debet.*
2 *Cæſar locum exprimere non tenetur.*
3 *Judicia Saxonica quadrata.*
4 Schöffenſtuel/ Dingſtuel.
5 Ding *pro judicio.*
6 *Suecorum judicia* Warff *dicta.*
7 *Trina citatio ſemper requiritur.*
8 *Mallus placitum ſynonyma.*
9 *Malli etymologia.*
10 Malman *pro ſubdito.*
11 *Saxonum veterum conventus annuus.*
12 *Saxones ad mallum venire coacti.*
13 *De tempore malli celebrati.*
14 *Dies Martis à ſtrepitu judicij denominatus.*
15 *Judicium quomodo banniri ſolutum?*

1 Cum certus eſſe debeat locus † judicii publici. *l.* 21. *§.* 2. *ff. de recept. arb. l.* 5.
C. quom. & quand. Gail. 1. *obſ.* 52. & ſic citationi inſerendus. Ruland. 1. *de com-
miſſ.* 5. *cap.* 3. tum id adeo apud Saxones obſervatum, ut judex illum temere muta-
re non poſſet. Tenebatur enim judicium pronunciare, an der Rechten Ding-
2 ſtatt/ *art.* 61. *lib.* 3. Landr. Solo Cæſare † excepto, quia ejus curiam ſequi litigan-
tes tenebantur. *cap.* 39. §. 1. Lehnr. Wor he orenbar dinget/ dar iſt de Hoff. Collo-
3 catum autem erat tribunal in loco editiore pro judice, cui in quatuor ſcamnis †
ſive bancis quadrato ordine circumſedebant Scabini ſive Aſſeſſores, *art.* 10. & 84.
4 Weichb. Inde dicta eſt ſedes Scabinalis, Schöffenſtuel † Dingſtuel/ *art* 12. *lib.* 1.
Landr. Inde itidem phraſis, in gehegten Dinge binnen vier Bäncken / id eſt, judice
pro tribunali ſedente, & intra quatuor ſcamna Scabinorum agere. *gloſſ. articul.* 10.
Weichb.

Weichb. explicat, Was eine rechte Dingſtatt ſey/ wann ein Ding von dem Schul-
theiſſen und Scheffen geheget wird/ ſo iſt das dann ein gantz Corpus zu rechter Ding-
ſtatt/ &c. ubi vide, quomodo judex judicium de loco transferre poſſit. Anti-
quum eſt autem † vocabulum Ding pro judicio, *ſupr. c. 59. n. 9.* Neſcio, an in 5
eo Germani Romanorum morem ſecuti, de quo Auſon.

Imperium, litem, Venerem cur una notat res?

Adam Brem *in hiſtor. Eccleſ. c. 229.* In Sueonia commune concilium populorum
Warph dicitur † in Saxonia Thing. Olaus M. *lib. 4. c. 5. & 6.* de Lapponibus Sue- 6
ciæ populis: Loca quoque coſtituta vel in campeſtri planicie, vel ſtagnis gelu
concretis ſingulis annis ad hæc peragenda negotia, & nundinalia retinent. Ta-
les nundinas usque in hunc diem vocant Dyſting/ id eſt, judiciarium locum regi-
næ Dyſæ.

Verum ſicut multæ voces Gothicæ & Suecicæ Saxonicam originem redo-
lent: ita ipſum quoque Warff Saxonicum eſt, & hodie quidem negotium ſive
expeditionem, proprie tamen etiam judicium, ſive potius vices ſeu terminos ju-
dicii denotat. Quod auctor † Reineckes *loco ſupra citato c. 58.* ita reddidit, men 7
ſchal en drudde werff verdagen. Lehnr. *cap. 32. §. 18.* Ich eſche vor minen Heren eine
warve/ ander warve/ drudde warve. Et poſtea: So vinde man tho Rechte/ dat man
en ander Warfeſche/ und ſin derde warff/ hoc eſt, tunc dabitur ſententia, quod ſe-
cundo vocetur & tertio. *art. 15.* Weichb. Der Schultheiß ſol den Burggraffen la-
den zu einen mahl/ zum andern mahl und zum dritten mahl immerdar ſechs wochen.
Inde compoſita Frending/ Voigtding. *gl. lat. ad art. 2. libr. 1.* Landr. *In legibus Longo-
bardicis, lib. 2. titul. 42. & ſeqq.* mallus † & placitum indifferenter accipiuntur. Et 8
hoc quidem etiam juri Canonico notum eſt, *in c. 33. diſt. 63. c. 2. extr. de cler. pugnat.
c. 1. extr. de immun. eccleſ.* item juri feudali *in §. ſi quis ruſticus. 2. F. 27.* ubi recte pro pa-
latio placitum legitur Hotom. Quarum vocum hoc diſcrimen conſtituit Gol-
daſt. *in not. ad tom. 1. rerum Alemann. fol. 177.* quod placitum conventum publicum
procerum, einen Reichstag/ mallus autem judicium generale denotet. Quod an
ſemper obtineat, dubito, per ea quæ ex Anſegiſco annotat Pontan. *lib. 6. orig. Franc.
ult.* Utrumque vocabulum Germanicum eſſe videtur, uſu ut pleraque alia in Lati-
num ſermonem recepta. Illud à Plan/ † ſive Platz/ id eſt, loco, iſtud à Mahl/ id eſt, 9
ſigno, ſive vice derivatur. Rulandus *de Commiſſ. p. 2. lib. 6. c. 2. n. 7.* Inde compoſi-
ta Mahlzeichen/ *Exod. 17. in fin.* Mahlſchatz/ pro arrha, *gl. ad artic. 22. libr. 1. num. 10.*
Landr. Mahlſtein/ Mahlbaum/ pro limite, *art. 50. lib. 2. eod.* Handmahl/ pro ſi-
gno judicii, *art. 26. lib. 3.* Landr. Baurmahl/ pro jure civitatis, *in reſponſ. Magd. poſt
Spec. Saxon. p. 1. c. 1. diſt. 15.* Quamquam non nos fugit Pontan. *lib. 3. orig. Franc. ult.*
Mael/ pro ſermone accipere, quod hodie in convivio agnoſcimus. Sed primi-
tivum antiquius eſt. Et videtur hinc natum † Malman/ id eſt, Dingpflichtig/ 10
pro ſubdito, cujus ſæpe fit mentio in Privil. Impp. Saxon. Ita in Privil. Ottonis M.
datum Eccleſiæ Mindenſi: hominibus quoque famulatum ejusdem monaſterii

Digitized by Google

facientibus, qui Saxonice Malman dicuntur, (quod ad mallum comparere co-
gantur) prædictum mundiburdium & tuitionem noſtram conſtituimus. Niſi
11 pro molitoribus accipere malis. Sicuti autem Saxones † olim ante Carolum
M florente adhuc ipſorum ariſtocratia certum conventum cottannis in media Sa-
xonia juxta fluvium Weſeram in loco Marklo egerunt, ubi omnes Satrapæ & ex
pagis ſingulis 12. nobiles, totidem liberi convenientes, leges renovarunt, cauſaſ-
que judicarunt, ſi credimus Wernero Rolevvinck. *libr. 2. de laud. Saxon.* 1. ſed &
judicia ſua etiam in ethniciſmo habuerunt, Meibom. *in Irmenſ. Saxon. c.* 4. ita poſt-
12 ea à Carolo M. devicti ac in ordinem redacti ad placitum ſive mallum † Comi-
tis ac Miſſi comparere tenebantur, ubi Regis nomine jus dicebatur. *art.* 64. *libr.* 3.
Landr. Freher. *libr.* 1. *de orig. Palat.* 5. Lehman *libr.* 2. *Chron. Spirenſ.* 10. Tempora
13 celebrati † malli videntur ſecundum temporum & locorum diverſitatem variaſ-
ſe. Ubi notandum alia judicia generalia & ſuperiora fuiſſe, alia particularia &
minora, quorum, hæc ſæpius, quam illa celebrata. Eresburgi ſingulis annis bis,
nempe menſibus Aprili & Octobri celebrabatur judicium, Meibom. *d. c.* 4. Pro-
vincia judicialia ter in anno habebantur, *art.* 2. *lib.* 1. Landrecht. *ibi*: Daman dinget
unter Konings Bann. *art.* 45. *Weichb.* Suprema Cæſaris judicia, de quibus eſt *in*
art. 62. *libr.* 3. fere arbitraria & rariora erant, ſicuti etiam feudalia ad Domini vo-
luntatem in ipſius curia vel villa aliqua indicebantur, *cap.* 32. §. 6. Lehenrecht. In
jure Friſico *art.* 32. Het is riocht / dat di grewa der hir Ban ſatz des fiarda ieer Bod-
ting halde moet / hoc eſt, jus eſt, ut Comes, qui hic bannum exercet, quarto anno
generale judicium celebret. Minora judicia ſingulis ſeptem annis habebantur. De
quibus ſic habet lex Alemannica *cap.* 35. Conventus ſecundum conſuetudinem
antiquam fiat, in omni centena coram Comite aut ſuo miſſo & coram centena-
rio. Ipſum placitum fiat de ſabbato in ſabbatum, aut quali die Comes aut cen-
tenarius voluerit, à ſeptem in ſeptem noctes, quando pax parva eſt in provincia,
14 &c. Pro ſabbato tamen invaluit, dies † Martis, ut juridicus eſſet, qui exinde di-
ctus eſt Dingſtag. *ſupra cap.* 59. *num.* 10. *reſponſ. Magdeb. p.* 1. *cap.* 2. Sed & extra-
ordinarie judex interpellatus ſæpe judicium banniebat, Hegete ein Gericht.
15 *articul.* 16. *Weichbild.* ubi vide modum banniendi. Inde differentia judiciorum †
gebotten und ungebotten Ding. Pro qua etiam mulctæ variebant. *gl. ad art.* 10.
Weichb. Das iſt zu vernehmen nach Stadrecht / und nicht nach Landrecht / den man
alle Tage dinget / zu den rechten Ding / wettet man 8. Schilling / in gehegter
Banck / auff ungehegter Banck 6. Pfenning. Quæ hodie
ab aula receſſerunt.

Caput

CAPUT LXVI.

De ſigno judicij.

SUMMARIA.

1 *Judicio ſub dio olim habita.*
2 *Ratio quare id factum?*
3 *Judicium feudale in aperto celebrari debet.*
4 *Wenceslai Cæſaris depoſitio.*
5 *Mallus à ſigno denominatus.*
6 *Diverſitas ſignorum.*
7 *Conventus Suecorum prope Upſaliam.*
8 *Conventus Friſiorum prope Auricum.*
9 *Judicia ſubter arbores celebrata.*
10 *Crux lignea in judicio erecta.*
11 *Ad crucem judex jurare tenebatur.*
12 Handmahl/ *quid ſit?*
13 *Signum crucis inſtrumentis præpoſitum.*
14 *Multitudo perticarum in campis Saxoniæ.*
15 *Cruces viarum monſtratrices.*
16 *Crux juris dictionis ſignum.*
17 *Manus quare cruci appenſa?*
18 *Crux Naumburgi in loco immunitatis poſita.*
19 *Rulandus crucis vicem ſuſtinet.*
20 *Erphurtenſis carnifex ubi habitet?*
21 *Judicium carnificum Baſileæ.*

CONſuetudinis erat, ut publica judicia publice † ſub dio unter dem blawen 1
Himmel celebrarentur. Quæ nec dum ubique defecit. Nimirum, ut omnis
† metus & terroris ſuſpicio tollatur Weſembec. *de feud. cap.* 17. *num.* 7. Henning. 2
Goed. *conſ.* 19. Matth. Stephan. *lib.* 2. *de jurisd. part.* 1. *cap.* 7. *membr.* 6. *n.* 14. Lehman.
libr. 2. *Chron. Spirenſ.* 31. Forſan etiam, ut judex oculis in cœlum erectis Dei præ-
ſentiæ admoneretur, & ad recte judicandum induceretur. Concordat *jus feuda-
le Saxonum* † *cap.* 35. §. 19. & *cap.* 65. Lehnrecht ſol nicht in einem verſchloſſen Ort 3
gehalten werden. Coler. *deciſ.* 8. *libr.* 1. Tale fuit notabile judicium Principum
Electorum, in quo Wenceslaus Imp. † propter inertiam imperio eſt privatus 4
Anno 1400. Abb. Trithem. *in Chronic. Hirſaug.* Paul. Langius *in Chronic. Citienſi M.
Chron. Belgic. & alij.* In quem uſum tribunal erectum fuit in campo patente pro-
pe caſtrum Lohnſtein/ ubi adhuc ſedes dicta Kunigsſtul/ ſub denſis arborum co-

mis viſitur, teſte Marq. Frehero *in not. Andlois ad lib. 2. cap. 2.* Et tamen requirebatur certitudo loci, ad quem ſubditi ſibi comparendum eſſe ſcirent. *ut cap. præcedent.*
5 dictum. Ergo ſignum aliquod adeſſe oportebat, ein Mahl. Unde mallus † de-
6 nominatus. Signum hoc erat in campo † & loco patente lapis, arbor, pertica, vel etiam crux lignea cum gladio aliisque inſignibus appenſis. Ita in Suecia eſt
7 locus non † longe ab Upſalia 12. lapidibus incluſus, vulgo Moraſtein dictus, ubi Status regni ab antiquo conveniunt. Johan Meſſen. *in Speculo regni Sueciæ cap.* 10.
8 Ita Friſii † olim in campo Upſtalbomo (ab arboribus ita dicto) prope Auricum Friſiæ orientalis ſito Comitia ſua celebrarunt. Ubbo Emm. *lib. 2. & 13. rerum Friſicarum.* Hodie nihil præter tres quercus exhibet, Idem Emmius *in deſcript. Chorogr. Friſiæ.* Hic latæ leges Opſtalbomicæ anno 1323. quas edidit Sibrandus Sic-
9 cama. Ita in diplomate Ludovici Imper. dato Ludovico † Epiſcopo Mindenſi, de quo *ſupra c. 59. n. 12.* conceduntur ipſi tria judicia libera celebranda, den ei-
10 nen tho Berndeſſen bey der Linden. Sed & pertica vel crux lignea † ſi alia nota
11 deeſſet, illic erecta fuit, ad quam † judex & Scabini de juſtitia æqualiter diſtri-
12 buenda jurare coacti. Inde locus judicii dictus eſt, ein Handmahl / † das iſt ſeine ordentliche Gerichte / daher genennet / daß man mit der Hand darzu ſchweret / ut explicat *gloſſ. ad articulum 51. libri 1.* Landrecht. Item *gloſſ. ad art. 33. Weichb.* Handmahl iſt anders nicht / denn die ſtätt des Gerichts / da einer ein Schöff zu iſt / und heiſt darumb ein Handmahl / daß er oder ſeine Eltern mit der Hand da auff den Heiligen geſchworen haben / und daß er noch ſein Handzeichen hab an den Schöffenſtuel. Et forte hic quoque aliquid religioni datum in memoriam crucis Chriſti. Ob
13 quam illud † ſignum olim inſtrumentis & diplomatibus præfixum, non à Romanis tantum, *l. 22. §. 2. C. de jure delib.* Faber *libr. 3. semeſt. 1. in fin,* Gualth. 2. *miſcell.* 2. *Nov. Leo.* 72. ſed ab ipſis etiam Imperatoribus Germanicis. Auctor *Hodaporici S. Willibaldi tom. 4. Caniſ.* Sic mos eſt Saxonicæ gentis, inquit, quod in nonnul-
14 lis † nobilium bonorumque hominum prædiis, non Eccleſiam, ſed ſanctæ Crucis ſignum Domino dicatum in altum erectum, ad commodam diurnæ orationis ſedulitatem ſolent habere. Quod fortaſſe multo magis in judiciis obtinuit. Tum etiam quia rei illic vel ſupplicio affecti vel in duello ſuccubuerant. Quomodo etiamnum non in cæmiteriis ſolum, ſed etiam in agris illic, ubi homo occiſus,
15 crux lignea vel lapidea erigitur. Et poteſt eſſe, quod crux in alium † finem erecta, ſigni quoque ſive malli uſum judici præſtiterit. Quales ſunt cruces viarum monſtratrices, Wegweiſer. Ita Robert. Monach. *libr. 2. hiſtor. Hieroſol. in pr.* De peregrinationibus ad S. ſepulchrum Domini, quod poſuerint ligneas cruces per reflexus viarum in teſtimonium, ut cunctis notum fieret, quod via illa eſſet pere-
16 grinantium. Nominatim in civitatibus crucem † erigi conſueviſſe tradidit auctor *Weichbildi art. 7.* In ſignum ſcilicet judicii & juriſdictionis. De qua ita legitur *in vocabulario antiquo in verbo Weichbild.* Und iſt vor Alters dabey bedeutet gewe-
17 ſen / daß man † ein groß hültzern Creutz in einer Stadt oder Flecken hat auffgericht /
darauff

Digitized by Google

darauff eine Hand oder Schwerdt geſteckt / zum Zeichen der Gericht über Hals und
Hand. Repetit ut pleraque alia Heniſch. *in theſauro ſuo, in verbo* Bild. Territo-
rium, inquit, olim ſignificari ſolitum lignea cruce in finibus, cui impoſita manus
& gladius in ſignum der Gerichte über Hals und Hand/ &c. Ut conjicere liceat
manum ligneam ideo appenſam fuiſſe, quod manu ad crucem illam jurari, eaque
perjuris amputari ſoleret. Ut judex & quilibet jurans officii ſui admoneretur.
Veſtigium hujusmodi antiquæ crucis Naumburgi in † Miſnia in loco immuni- 18
tatis (auff der Freyheit) conſpeximus. Ex quo autem in urbibus Saxonicis ſta-
tuæ erigi, illique Weichbildi dici cœperunt, ſignum judicii à crucibus † ad ſta- 19
tuas tranſiit. Ita ut in oppidis judicia ad Weichbildos ſive coloſſos Rulandinos
celebrarentur. Quamquam id non ubique forſan obtinuit Halæ in Saxonia ſa-
ne Rulandus index eſt criminalis judicii, quippe in foro caveæ ita incluſus, ut non
pateat, niſi cum criminalia judicia intra ejus cancellos exercentur. Sicuti Vene-
tiis inter duas columnas in area S. Marci juſtitia delinquentium exercetur. Ca-
mer. *libr. 2. medit. hiſtor.* 29. Et fortaſſe ex eadem cauſa Erphurti † in medio foro 20
ſeparatim carnifex habitat, ut ſcilicet præſto ſit executor ſententiæ à Scabinis
olim ad bannum regium latæ. Quod tamen citra injuriam Rulandi intellectum
volumus. Quam enim in eo genere ridiculæ & ineptæ conſuetudines ab anti-
quo vigeant, conſtare poteſt, ex judicio carnificum, & tortorum in clivo carbo-
nario † Baſileæ ſub tilia, nudis pedibus, expediri ſolito, judice ſcipionem præ- 21
toritium gerente, & pedem alterum in urceo aqua repleto vel media hyeme te-
nente, quod deſcribit Chriſt. Urſtiſius *in epitom. hiſtor. Baſilienſ. cap.* 12.

CAPUT LXVII.

De inſignibus judicij.

SUMMARIA.

1 *Inſignia Principum propria.*
2 *Baldi tractatus de inſignibus.*
3 *Interpretatio ſymbolica multiplex.*
4 *Imperatoris quatuor inſignia.*
5 *Rulandi nudo capite pinguntur.*
6 *Judex nudo capite ſententiam proferre debet.*
7 *Inſignia judiciis adhibita.*
8 *Imperij & juriſdictionis ſymbola.*
9 *Germanorum inſtituta in Italiam delata.*
10 *Haſta regibus olim familiaris.*
11 *Armiger* ein Schiltpor.
12 *Narſes Juſtiniani Cæſaris amiger.*

13 Con-

13 *Convocatio vaſallorum erectione clypei.*
14 *Clypeus feudum denotat.*
15 *Ruſticis arma portare vetitum.*
16 *Scutum in judicio ſuſpenſum.*
17 *Scabini olim nobiles.*
18 *Clypeus ſignum ingenuitatis.*
19 *Banniti olim qui nunc vaſalli.*
20 *Scabini judicio intereſſe tenentur.*
21 *Pravocatio ad locum judicij.*
22 *Conjectura de ordine clypeorum.*
23 *Inſignia in templis ſuſpenſa*
24 *Exaltatio ſcuti bellici.*
25 *Gladius meri imperij index.*
26 *Gladius Caroli M.*
27 *Inſignia religioſa.*
28 *Judex criminalis præfert gladium.*

1 INſignia principum propria, † quamvis vulgo de conſuetudine pictorum & ſtatuariorum ſtatuis apponantur, tamen ipſa ſuos habent allegoricos & ſym-
2 bolicos intellectus. De quibus Baldus proprium † tractatum edidit, myſticas metallorum ſignificationes ſolertiſſime interpretando, ut habetur *in præfat. libri*
3 *pontificalis.* Cujusmodi expoſitio, cum † arbitraria fere ſit, in cujusque ingenio & judicio poſita, ideo plerumque variat, ut videre eſt ex Alciat. *in lib. de form. Rom. Imper.* Alvarot. *ad titul. quis dic. t. Dux.* Petro de Andlo. *libr. 2. de Imper. Rom. 6.* Arniſæ. *de translat. Imper. cap. 7. num. 30. & ibi alleg. gl ad artic. 69. libr. 3.* Landrecht. *& ad*
4 *cap. 4.* Lehnrecht. Imperatoris quatuor potiſſima † ſunt inſignia, diadema, gladius, ſceptrum & pomum aureum, de quibus *gloſſ. ad d. cap. 4.* Lehnrecht. Petr. de Andlo. *d. libr. 2. cap. 8.* Conrad. Lancell. *de Imper per tot.* Gothofr. Viterb *part. 19.* Græci βασιλικὰ [illegible] vocant. Vulgo clinodia *cap. ſignum, diſt. 2. de conſecr.* De diademate & pomo nihil hic dicemus, quia neutrum Rulandis tribuun-
5 tur, nudo † capite, plerumque aſtantibus, atque una gladium, altera manu clypeum tenentibus. Quid fortean ideo factum, quia non in Imperatorum tantum, ſed in aliorum quoque Principum honorem collocatæ ſtatuæ. Et quare ju-
6 dex nudo capite † ſententiam proferre debeat expoitur *à gl. ad d. art. 69. lib. 3.* Land-
7 recht. Apud Romanos in judicii insignia † quædam præſto fuiſſe, veluti faſces & ſecures, terroris ergo, conſtat ex Hiſtoriis Dion. Halicar. *libr. 2. antiquit. Rom.* Zvving. *vol. 18. lib. 4 theatri vit. hum. l. 1. §. 5. ff. de poſtul. l. obſervandum, 19. ff. de offic. præ-*
8 *ſid.* Unde etiam poteſtatis & dignitatis † ſymbola dicuntur *à FF. cap. un. quid ſit*
9 *inveſt.* Hotom. *in diſp feud. cap. 22.* Quæ cum olim in Germania † procul dubio uſitata fuerint, inde per Longobardos origine Saxones in Italiam translata ſunt.

Illorum

Illorum enim Regi ad bellum eunti pertica ſive contus cum clypeo præferebatur
(loco haſtæ † Regibus olim familiaris, teſte Juſtino *libr.* pro qua poſteri ſce- 10
ptrum aſſumſerunt.) Cujusmodi bajulus ſive † armiger lingua patria Longo- 11
bardorum Schiltpor dicebatur. Paul. Diac. *lib. 2. de geſt. Longob.* 28. Quaſi qui cly-
peum elevat der den Schiltbort. De eodem idem Diac. *lib. 5. cap.* 10. Qui regium
contum ferre ſolitus erat, quendam Græculum eodem conto fortiter percutiens,
&c. Procop. *lib. 3. hiſtor. Goth.* δορύφορον appellat. Qualis apud † Juſtina. Imp. Nar- 12
ſes, de quo Corippus *lib.* 11.

Armiger interea domini veſtigia luſtrans
Eminet excelſo ſuper agmina vertice Narſes.

Atque hic contus, ſicuti in campo illic ubi judicia celebrari debebant: ita in ca-
ſtris ante tentorium Principis in terra figebatur, ut appenſo † clypeo feudi ac 13
officii ſui admonerentur vaſalli. De quo more Otto Friſing. *libr. 2. de geſt. Frider.*
12. Eſt conſuetudinis Regum Francorum inquit, quæ & Teutonicorum, ut quo-
tiescunque ad ſumendam imperii coronam militem ad tranſalpizandum coëge-
rint, in campo Roncaliæ ſuper Padum manſionem faciant. Ibi ligno in altum
porrecto ſcutum ſuſpenditur, univerſorumque equitum agmen feuda habentium,
ad excubias Principi faciendas, per curiæ præconem expoſcitur, &c. Et Günther.
in Ligur. in princ.

—— ligno ſuſpenditur † alte 14
Erecto clypeus, tum præco regius omnes
Convocat à dominis feudalia jura tenentes.

Inde forte an invaluit conſuetudo, ut erectio vexilli pro citatione habeatur, de
qua Ilico Umm. *diſput. ad proceſſ. judic. 5. n.* 19. Erat autem ruſticis † ac ignobili- 15
bus arma geſtare lege Alemannica vetitum, repetita à Friderico I. *in tit.* 27. *lib.* 2. *F.*
55. §. 5. Unde conqueritur Echardus junior *cap.* 4. *inter ſcriptores Aleman.* Goldaſt.
nunc villici majores, de quibus ſcriptum eſt, quia ſervi ſi non timent, tument,
ſcuta & arma polita geſtare inceperant, tubas alio, quam cæteri villani planctum
inflare didicerant, &c. Ubi in notis vide, quinam ſint villici majores, quos vul-
go Meyer dicimus. Neque in caſtris tantum hunc morem uſurpatum, ſed † in 16
mallo quoque ſcutum fuiſſe annotavit Pithæus, quem refert Pontan. *libr. 6. orig.*
Franc. 11. Cum itaque Scabinatui † intereſſe, aut in judicio ſententiam inve- 17
nire non poſſent, niſi liberi & ingenui *artic.* 33. *Weichb. cap.* 38. § 11. Lehnrecht. Co-
ler. *libr. 2. de proceſſ. execut.* 1. *n.* 127. Die ihre vier Ahnen beweiſen köndten/ qui hodie
ſunt nobiles, *ſupra cap.* 46. *num.* 6. videtur ejus juris index clypeus ſive ſcutum † 18
bellicum fuiſſe, quippe quod illegitimi viles & ſervilis conditionis homines non
habebant, *art.* 3. *lib.* 1. Landrecht. Unde dicti ſunt banniti, id eſt, banno & clypeo 19
inveſti *articul.* 12. *lib.* 2. Landrecht. Item vaſſi ſive vaſalli, de quibus dictum *cap.* 49.
num. 11. qui neceſſario † mallo Comitis intereſſe cogebantur. De quibus quæ- 20
dam annotat Reinecc. *ad annal. Caroli fol.* 62. Quod ſi cui ſuper generatione ſua

21 ſtatus quæſtio moveretur, is † provocabat ad locum judicii, Der muſte beweiſſen
ſeine vier Ahnen und ſein Handmahl/ das iſt ſeine ordentliche Gerichte. *artic.* 51. *lib.* 1.
22 Landrecht. Ut hinc conjicere † quis poſſit Imperatoris, Ducis, Comitis & Sca-
binorum clypeos in loco judicii celebrioris præſertim ſuſpenſos fuiſſe: ſicuti ali-
cubi in templis conſpiciuntur, ut Norimbergæ, Hildeſiæ &c. De Baſilea Æneas
Sylvius *in epiſt. ad Julianum Cardinal.* apud Urſtiſium *in deſcript. urbis Baſil.* Scuta et-
23 jam † clariſſimorum virorum affixa parietibus templorum pendent, quæ niſi
magnates non decet apponere, & ea pro numero morientium affiguntur. Me-
minit inſigniorum in Eccleſiis ſuſpendorum Menoch. *libr.* 2. *de arbitr. jud. quæſt.*
caſ. 281. *num.* 4. Sicuti apud Græcos & Romanos familiarum inſignia columnis
ædium affixa erant, quas Græci στηλὰς Latini cippos dicebant, de quibus idem Me-
noch. *lib.* 4. *de præſumpt.* 88. *n.* 21. Pendebant autem clypei obſervato ordine dignitatis,
24 *d. art.* 3. *lib.* 1. Quo pertinet exaltatio † ſcuti, cum nobilis in Comitem, Comes
in Ducem promoveretur *cap.* 16. §. 7. Lehnr. Ut Hermanno Billingo ex Comite
in Ducem evecto contigit. De quo vide Henric. Meibom. *in vindic. Billing.* Per-
tinet è diverſo humilitatio ſcuti, de qua *c.* 28. §. 6. Landrecht. Wan ein Her ſeinen
25 Schild mit manſchip nedert / *& cap.* 54. *eod.* Gladius autem, † ſicuti apud Ro-
manos quoque merum Imperium quod præſides habebant, deſignabat *l.* 3. *ff. de*
juriſdict. ita apud Germanos illorum judicium proprius erat, qui bannum regium,
hoc eſt, criminalem juriſdictionem habebant, *art.* 8. Weichb. *ſupr. c.* 64. *n.* 14. De
gladio Gothofr. Viterb. *d. loc.*

Judicÿ ſignum gladius monſtrare videtur,
Quo malefactorum feritas ceſſare jubetur,
Ut latro fruſtretur Rex tenet arma ſecus &c.

26 Adde Camerar. *lib.* 1. *Medit. hiſtor.* 76. Ita de Carolo † M. Turpinus. Ante ejus
tribunal ſpatha nuda modo imperiali ferebatur. Cui auctori non crederemus,
niſi alii idem tradidiſſent, ut Aim. *libr.* 4. *cap.* 30 Hincmarus Remenſ. *epiſt.* 3. *cap.*
35. Hotom. *in Francogall. cap.* 13. Aliter Suffrid. Miſnenſ. Presbyt. quod Carolus
ſedens gladium ſuper genua tranſverſum ponere ſolitus ſit. Et ſunt ex hujusmo-
27 di inſignibus, quæ † religio etiam conſecravit, ut Spatha B. Petri, de qua Aimon.
lib. 1. *cap.* 36. vexillum B. Dionyſii &c. De quibus Freher. *in notis Andlois lib.* 2. *c.* 8.
Ab hac ſuprema poteſtate gladii uſus magiſtratibus & judicibus communicatur.
28 Unde *Nemeſis Carolina cap.* 82. Der Richter † ſol an der Gerichtsſtatt ſitzen/ ſeinen
Stab (ſi ſit judex inferior) oder bloß Schwerdt (ſi ſuperior) nach laut ſittlichen
herkommen eines jeden Orts in den Händen haben/ rc. Quæ omnia in judicio
ſuſpenſa ſeyn Zeichen der Gericht über Hals und Haut/ ut habent
verba *Vocabularÿ Saxonici.*

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT LXVIII.

De banno & juriſdictione.

SUMMARIA.

1 *Vexillum principum inſigne.*
2 *Dania quondam feudum imperij.*
3 *Feudum vexilli,* Fahnlehn.
4 *Inſignia quandoq; ſepeliuntur.*
5 *Bannus unde dictus?*
6 *Bandereſii milites quinam?*
7 *Bannus duplex.*
8 *Bannus regius.*
9 *Vexillum libertatis ſignum.*
10 *Vexilla, an in judiciis ſuſpenſa?*
11 *Inſignia pro diverſitate judicum variant.*
12 *Jurium diverſitas.*
13 *Locorum diverſitas.*
14 *Fornix judicialis.*
15 *Weichbildus ſignum judicij.*

VExillum proprium eſſe Principum † inſigne conſtat, quippe quo ducatus 1
ac provinciæ adumbrantur, ac per inveſtituram abuſivam in feudum conceduntur, teſte Ottone Friſing. *libr. 1. de geſt. Frider. 5.* Quod in Guidone & Petro Daniæ fratribus † ita obſervatum. Günth. *lib. 1. Ligur.* 2

Ergo ubi vexillo partem, quam diximus, ille,
Hic autem gladio regnum ſuſcepit ab illo.

Inde dictum feudum † vexilli Fahnlehn/ cujus poſſeſſor non niſi Princeps erat, 3
art. 52. lib. 3. Landr. *c. 16. & 37. §. 8.* Lehnr. Cui etiam in exequiis vexillum præfertur, & ſi ultimus ſit ſuæ familiæ, cum † ipſo ſepelitur. Et tali judicio præſide- 4
te nemo poteſt, niſi ſit cum vexillo inveſtitus *cap. 38. §. 1.* Lehnrecht. *d. art. 52.* Landr. Ab hoc vexillo banni † vox originem Germanicam traxit, ita dicta à primitivo 5
band/ id eſt, faſcia, *arg. cap. Conſtantinus verſ. B. Sylveſtro diſt. 96.* Unde paucis literis mutatis ortum eſt hodiernum Fahnen. Ita accipitur bandum & bandophorus apud Procop. *lib. 4. hiſt. Goth.* Tatilo Dux Rudolpho Herulorum Regi vexillum, quod bandum appellant, ejusque galeam abſtulit. Paul. Diac. *lib. 1. de reb. geſt. Longob. 20.* Inde † Bandereſii milites Italis dicti de quibus Platin. *in Greg. 11.* Ban- 6
deria pro vexillo, Banner/ Gail. *lib. 2. de pac. publ. 1. numer. 2.* Ut ſic utraque voce hodie indifferenter utamur. Ita enim habet Lex Friſica: Men buſſ Kerl mach offte ſchal anbinden en Heerfahn/ dat iß ein banner. A militia tranſlata eſt vox banni ad ju-

ad judicia, ita ut metonymice, juriſdictionem, territorium, mulctam & pœnam diverſa tamen acceptione denotet, Gail. *d. cap.* 1. perinde ut de Weichbildi voce dicemus *cap.* 72. Ita Henricus 2. in donat. Eccleſ. Traject. quidquid in jam dicta villa ad publicum bannum ſeu diſtrictum pertinere viſum eſt. late Sibrand. Sic-
7 cam. *ad Leges Friſon. tit.* 17. Unde ſicut juriſdictio duplex eſt, alta & baſſa, ita † & bannus vel ſimplex & abſolute ita dictus, vel regius, *ſupr. c.* 64. *num.* 13. De banno
8 regio † dictum *c.* 58. *n.* 22. *& c.* 61. *n.* 14. Adde *gl. ad artic.* 10. Weichb. bey Koninges Ban / das iſt bey Konings Gezwang und bey ſein Hulden. Hiſce præſuppoſitis, quæ veriſſima ſunt, conjiciebamus aliquando jus vemium de quo dictum *cap.* 59. à vexillo ſive Vahnen ita dictum eſſe. Idque à libertate, cujus index eſt vexil-
9 lum † in nundinis erectum die Freyfahne *art.* 19. §. 2. Weichb. Ut hinc judicia libera (Frey Gericht) etiam vemia quaſi Vahnengericht appellata eſſe videantur.
10 Verum quia † vexilla judiciis appenſa fuiſſe nuſſibi legitur, & ratio nominis *in c.* 59. reddita fortius ſtringit, ideo hanc conjecturam libenter dimiſimus. Illud
11 probabilius eſt, quod judices † ſicuti dignitate à ſe invicem diſtingui: ita in celebratione judiciorum diverſam formam obſervare diverſaque inſignia adhi-
12 bere cœperint. In provinciis enim & pagis ſecundum jus provinciale, † & ſi litigantes vaſalli eſſent ſecundum jus feudale, nach dem Lehnr. *cap.* 35. §. 1. Lehnr. in burgis vero oppidis & vicis (ex quo illa condi cœperunt) ſecundum jus municipale, nach Weichbilden Rechte judicabatur. Illic, maxime in feudis judicium
13 † in loco patente: *cap.* 32. §. 19. *& cap.* 39. §. 3. in curia ſerata vel ſub tecto non licet domino feudali judicio præſidere, *vide differ. jur. Saxon. p.* 1. *diff.* 2. *n.* 9. Coler. *deciſ.* 85. *lib.* 1. *ſupra c.* 66. *n.* 1. hic vero ad Weichbildum in foro prope vel ſubter
14 curiam celebrari ſolitum. Ubi alicubi remanet † fornix judicialis ſubter curiam judicio deputatus, vulgo ein Schwibbogen/ quaſi Wigbogen / id eſt, fornix civitatis, *v. gl. ad art.* 10. *Weichb.* Quo reſpiciunt Magdeburgenſes *in reſponſ. ſuis p.* 1. *c.* 2. *diſt.* 13. der Burggraff ſol ſein ding zu rechter Zeit und an rechter Dingſtadt binnen der Stadtmaur / da das gemein Dinghauß iſt / mit den Schultheiſſen und
15 Schöffen hegen. Illic in campo prope arborem, † lapidem vel crucem id factum quod ſigni ſive malli uſum præbuit. Pro quo in urbibus Weichbildus ſive Rulandi ſtatua invaluit. Et ſi quæ ejus generis plura occurrunt, de quibus text. *& gl. ad art.* 69. *libr.* 3. Landr.

CAPUT LXIX.

De prima ſtatuarum urbicarum in Saxonia collocatione.

SUMMARIA.

1 *Ratio ordinis.*

2 *Statua in honorem Cæſarum collocata.*

3 Sta-

3 *Statuæ Principum icones repræſentant.*
4 *Non Franciæ ſed Saxonicis Impp. collocatæ.*
5 *Imo etiam Principibus Saxonicis.*
6 *Magdeburgum primam ſtatuam Cæſari poſuit.*
7 *Statua Magdeb. juris Weichbildici index.*
8 *Carolus M. an ſtatuam Magdeburgi poſuerit?*
9 *Magdburgum metropolis Saxoniæ.*
10 *Statuæ Cæſarum in idola transformatæ.*
11 *Civitates ſtatuis ornatæ.*
12 *Statuæ quando collocatæ.*
13 *Jus Weichbildicum quando in litteras relatum.*
14 *Statuæ non ubiq; eodem tempore erectæ.*
15 *Ottonis M. equitantis ſtatua.*
16 *Henrici Cæſaris effigies.*
17 *Hallenslebienſis Rulandus quare equitet.*
18 *Statuæ ignorantibus poſitæ.*
19 *Statuarum poſitio eſt liberi arbitrij.*

HIſce ita præmiſſis, & fabulis, quæ † de Carolo M. & Rulando vulgo cir- 1
cumferuntur, diſpunctis, ut eandem in viam redeamus, & exactius enode-
mus, quid coloſſi Rulandini in urbibus Saxonicis ſibi velint, & quando juris ſpe-
ciem præ ſe ferre cœperint; ſtatuendum eſt, ipſos primitus in honorem † Cæſa- 2
rum, aliorumque Principum collocatos eſſe. Id enim arguit effigies coloſſi, Im-
peratorem † vel Principem, una manu gladium exertum, altera clypeum, in quo 3
inſignia imperii fulgent, tenentem repræſentantis. Cujusmodi plures Magde-
burgi, Brunſvvigæ, Bremæ & alibi prope curias conſpiciuntur. Collocatæ au-
tem ſunt ſtatuæ iſtæ, non Francis, † multo minus Carolo M. ſed Saxonicis Im- 4
peratoribus, ex quo illi ad imperium pervenerunt, Saxoniam à ſervitute Fran-
corum liberarunt, urbibusque legibusque ornarunt, *ſupra cap.* 25. Cranz. *lib.* 3. *Sa-
xon.* 12. Neque Imperatoribus tantum, ſed aliis etiam principibus, à quibus † 5
vel fundata urbs Saxonica, vel privilegio aliquo ornata eſſet, gratitudinis & ho-
noris teſtandi ergo? Initium in Saxonia fecit † Magdeburgum. Quæ urbs 6
cum ab Ottone M. primum fundata, & vel ab ipſo vel ab ipſius filio Ottone II. ju-
re municipali aucta eſſet, *ſupra cap.* 51. in honorem Cæſaris auctoris, & dotatoris
ſui benemeriti ſtatuam collocavit. De quo facto ſic diſſerit text. & gl. *ad art.* 18.
Weichb. Et hæc eſt, inquit, generalis omnium libertatum † Magdeburgenſium 7
confirmatio, per Ottonem Rufum facta, omniaque Magdeburgenſium privilegia
ex eo dependent. Unde in teſtimonium hujus Magdeburgenſes habent inſignium
(pro ſigno vel inſigni) ſeu effigiem ejus ſculptam in foro ſtantem una cum Ele-
ctoribus Imperii, quæ pro ornamento civitatis ſervatur. Verſio Germanica ſic

 habet.

habet. Diß iſt eine gemeine Beſtetigung aller ihrer Freyung / die ihnen dieſer Key-
ſer Otto der Rothe gethan hat / und darumb ziehen ſich alle Magdeburgiſche Recht
nach Weichbildrecht an denſelben Keyſer / und zu einer Urkundt / ſo haben ſie ſein Leib-
zeichen ſtehen / auff dem Marckt mit den Churfürſten / daß ſie pflichtig ſeyn zu halten
in aller Zierheit / ꝛc. Hoc autem inſigne ſive Leibzeichen / nihil aliud eſt quam
8 Weichbildus ſive coloſſus Rulandinus. Quod ſi Carolus M. hic jam † ante ſta-
tuam Rulandi poſuiſſet, quod ex rumore vulgi erroneo in commentarios ſuos re-
tulit Petr. Berth. *lib. 3. rer. German. folio.* 602. Cum tamen eo tempore urbs non-
dum in rerum natura eſſet; tum ſane Magdeburgenſes ſtatuam iſtam Ottoni II.
immerito collocaſſent, quia nihil novi ab eo accepiſſent, quin non id ante per ſta-
9 tuam Rulandinam Caroli M. habuiſſent. Hoc † exemplum primariæ civita-
tis Saxonicæ, ut vocatur *à gloſſa ad d. artic.* 10. *Weichbild.* ſecutæ aliæ civitates in eo-
10 dem jure municipali fundatæ, ipſæ quoque † ſtatuas ſimiles fundatoribus ſuis
erexerunt. Quæ cum ab initio nullo alio fine, quam gratitudinis erga auctores
ſuos teſtandæ cauſſa collocatæ eſſent, poſtea tamen, neſcio qua ſuperſtitione vul-
gi factum eſt, ut certæ quædam urbes coloſſos hoſce in illuſtri & conſpicuo fori
loco poſitos, tamquam certi juris ac privilegiorum quorundam indices & vindi-
11 ces ſuſpicerent adorarentq;. Quales ſunt Magdeburgum, † Brandenburgum,
Brema, Hala, Northuſia, Zerbeſtum, Halberſtadium, &c. In quibus etiamnum co-
loſſi Rulandini, diverſa tamen æſtimatione, perdurant. Neq; tamen hinc ſequitur,
12 ſtatim iſtas tum ſtatuas † Ottoni II. aliisve principibus collocatas eſſe, cum diu poſt
id factum eſſe potuerit. Quod neceſſario dicendum erit, cum Electores, quibus iti-
dem ſtatuæ collocatæ dicuntur à gloſſa, Ottonis II. tempore nondum extiterint,
13 *ſupr. c.* 36. Sicuti enim jus municipale (Weichbild) ab Ottone II. † Magdeburgen-
ſibus datum, aliquot ſeculis poſt demum in ſcripturam redactum eſt, *ſupra cap.* 51.
ita quoque neceſſe non fuit ſtatuam Ottoni II. ſtatim collocari: Ita ſtatua Caroli
M. & D. Reinoldi Tremonienſium patroni, de quo Merſæ. *in annal. Colon.* quæ in
templo illic conſpiciuntur, prius erigi non potuerunt, niſi ex quo Tremonia urbs
14 templumque conditum fuit. Id certum eſt, non † uno tempore omnes iſtas
ſtatuas collocatas eſſe, ſed ſucceſſive prout Principes, quorum honori militant,
vixerunt. Neque ubique per omnia eandem formam repræſentant, cum ali-
cubi equis inſideant Imperatores, alicubi etiam uxores adſtent. Ita Mag-
15 deburgi ſtatua Ottonem I. † equitantem, & utrimque ſtantes conjuges Editham
& Adelheidam exhibet, Petr. Berth. *d. loc.* Eſt templum in Bavaria, in quo Hen-
16 rici † Cæſaris & Walteri Comitis effigies ex ære poſita eſt, ita ut armati equis
inſideant cum clypeis & inſignibus Brotuff. *libr.* 1. *hiſt. Merſeb.* 15. Item Henrici
Cæſaris & Rathonis in monumentum victoriæ ab Ugris (Ungaris) bis devictis
reportatæ, Avent. *lib.* 5. *annal. Boiô.* Unde factum fortaſſe, quod Hallenslebien-
18 ſis Rulandus contra morem † aliorum equitet. Non ſunt autem ab Impera-
17 toribus ipſis collocatæ † ſtatuæ, ſed vel ab urbibus, vel earum Dominis in gratiam

Imperatorum etiam ignorantium. Plerumque vero poſt mortem. Nec enim moris eſt, ut ab eo cui ſtatua collocari debet, ea facultas impetretur. Quod (niſi forte poſteriori Caroli quarti tempore,) numquam † factum. Ac de eo facto 19 ſic diſſerit Cicer. *Verrin.* 4. Hoc poſtulatum de ſtatuis ridiculum eſſe videatur ei, qui rem ſententiamque non perſpicit. Quid eſt hoc, petis à me, quod in tua poteſtate eſt, &c.

CAPUT LXX.

De ſtatura, barba & habitu Saxonum.

SUMMARIA.

1 *Proceritas ſtatuarum unde orta?*
2 *Saxones procera ſtatura.*
3 *Saxones, an à petra dicti?*
4 *Saxonum arma.*
5 *Saxonum etymon.*
6 *Saxones Germanorum majores.*
7 *Henrici Aucupis ſtatura.*
8 *Item Ottonis M.*
9 *Corona Cæſarea Norimbergæ aſſervata.*
10 *Corona Friderici 2. filij.*
11 *Hodierna hominum ſtatura minor.*
12 *Vulgaris menſura hominum ſeptempedalis.*
13 *Coloſſi plerumq; vero majores.*
14 *Ulna duos pedes continet.*
15 *Imperatores Saxonici olim imberbes.*
16 *Carolus M. an barbam aluerit.*
17 *Fabula de inſolita Caroli M. barba.*
18 *Longobardorum fabuloſa notatio.*
19 *Septentrionales natura piloſi.*
20 *Cattorum conſuetudo.*
21 *Otto M. barbatus.*
22 *Franci myſtaces aluerunt.*
23 *Comam alere Germanorum proprium*
24 *Chauci comati.*
25 *Item nobiles Franci.*
26 *Friſiorum privilegium.*
27 *Veſtitus Saxonum.*
28 *Pileus ſtramineus fœminarum.*

Pro-

Digitized by Google

1 PRoceritas ſtatuarum harum † ad Saxonicos habitus, quippe qui Caroli M.
hac in parte nihil ceſſerunt, fortaſſe menſuram ejus ſeptempedalem etiam ſu-
perarunt ſup. *c.* 7. *num.* 7. Ita enim Adam Brem. *in hiſt. Eccl. c.* 5. Habitus quoque
2 ac magnitudo corporum, comarum color, ſicut in tanto numero hominum, †
idem pene omnibus *Iſiod. l.* 9. *etym.* 2. Saxonum gens virtute & agilitate habilis.
Unde etiam appellata, quod ſit durum & validiſſimum genus hominum. Exiſti-
3 mat enim † ipſe Saxones à ſaxo ita dictos. Quem errorem Roſvvita poëtria
quoque ſequitur in carmine ad Ottonem II.

—— nomen habentem
à Saxo per duritiem mentis bene firmam.

Eoque *gl. ad art.* 7. *&* 10. *Weichb.* Saxones petroculos vocat. Cranz. *libr.* 1. *Saxon.* 7.
4 Franci mirati corporum proceritatem diffuſam per armos Cæſariem, arma † in
promptu, animorum alacritatem collaudavere. Quæ deſumta ſunt ex Witich. 1.
annal. mirati ſunt Franci præſtantes corpore & animo viros & novum habitũ, arma
quoq; & diffuſas ſcapulas cæſarie, & ſupra omnia ingentem animi conſtantiã. Nam
veſtiti erant ſagis, & armati longis lanceis, & ſubnixi ſtabant, parvis ſcutis, habentes
5 ad renes cultellos longos. Quos patria lingua Saxe † vocatos idem Witich. *tradit*,
inde etymologia gentis deducta. Cum ſit verior Reinec. *de Orig. Sax.* quod ſint ſa-
ten/ ſive ſaſſen/ id eſt, habitatores indigenæ. * Unde etiam Holſati dicti quaſi holt-
ſaten/ ſive holtgeſeſſen/ quod in ſylvis ſedes habeant. Auctor *Theodorici à Niem.* Na-
turaliter Saxones ſunt pulcræ faciei & proceræ ſtaturæ, audaces animoſi. Ut hi
6 primi † & majores ſint Germanorum, quibus proceritatem corporis tribuunt
ſcriptores Reinecc. *p.* 3. *ſyntagm. f.* 447. Monſtratur adhuc Goſlariæ in templo
Henrici † Aucupis ſcipio, pecten & ſella lapidea, ex quibus non minus quam
ex virga aurea Caroli M. modus corporis ipſius æſtimari poſſet. De Ottone
8 † filio idem Witich. *lib.* 1. *annal.* Cum ingenti polleret prudentia, *inquit*, acceſ-
ſit & moles corporis regiæ dignitati omnem addens decorem. Sed & corona
9 Cæſarea † cum aliis clinodiis Imperialibus Norimbergæ aſſervari ſolita, teſte
Camer. *lib.* 2. *medit. hiſtor.* 85. quam poſt coronationem D. Matthiæ Cæſaris prius-
quam in ſcrinium reponeretur, illic inſpeximus Conradi Cæſaris nomen præfe-
10 rentem, hodiernæ capitis menſuræ vix quadrare videtur. Neſcio an hæc ſit †
Conradi Friderici II. filii corona, inter alia ornamenta imperatoria in obſidione
Parmenſi amiſſa, mirabilis, pretioſiſſimaque jaſpidum ornatu pondere ac forma
majuſcula, quam quæ capitis de imperatorio more geſtamen eſt dicente Cranz.
lib. 8. *Saxon.* 14. Nimirum quia hodierni Saxones à proceritate parentum mul-
tum receſſimus, prout naturaliter fieri videmus. Quis enim noſtro ævo non mi-
nor parentibus ſuis naſcitur, ait Solin. *in memorab. cap.* 3. Quod jam olim animad-
vertit Homer. *Iliad.* 6. cui etiam calculum addit Juven. ſat. 15.

Nam genus hoc vivo jam decreſcebat Homero,
Terra malos homines nunc educat atq; puſillos. Et *Virg.* 12. *Aene.*
Qualia nunc hominum producit corpora, tellus.

Neque tamen hinc concludendum, Imperatores † ejus portentoſæ & giganteæ 11
altitudinis fuiſſe, qua moles ſtatuarum excogitatas videmus turribus pares, ut loquitur Plin. *lib.* 34. *nat. hiſt.* 7. Nam regulariter ſtatuæ † Romanæ altitudinis ſe- 12
ptem pedum erant, ſicuti eas Plaut. *in Curcul. A.* 3. *ſc. ult.* ſeptem pedales vocat, juxta naturalem humanæ menſuræ proportionem, quæ maxime ex Germanis Saxonibus utpote magis ad Septentrionem habitantibus convenit, ſed pro menſura pedum ipſorum grandiori. Quomodo etiam Francos & Burgundos ſeptipedes appellavit Sidon. Cum coloſſos hoſce Rulandinos † alicubi etiam ſeptem ul- 13
narum menſuram excedere videamus. Quarum una duos † pedes apud nos 14
continet, licet hæc quoque menſura pro diverſitate locorum variet. Ita Rulandi lapidei inberbes plerumque repræſentantur. Quia ſcilicet Imperatores Saxonici olim eo † oris habitu fuerunt, perinde ut & Romanos veteres militares, 15
1. *Cor.* 11. *v.* 14. *Gell. lib.* 3. *noct. Att.* 4. *l.* 39. *ff. de injur.* Camer. *lib.* 1. *medit. hiſt.* 36. De
Caroli M. barba, † cum *Eginhard.* formam & faciem ipſius ſatis exquiſite deſcri- 16
bens nullam faciat mentionem inde conjicit Freher. *in tract. de ſtatura Caroli* præeunte M. Welſero ac Monetam Carolinam ſuppeditante, puro mento fuiſſe Carolum, nullamque † paviſſe barbam. Ut inde quoque vanitas Turpini argua- 17
tur, Carolo barbam palmi longitudine affingentis. Et multo magis deliramentum *gl. lat. ad art.* 82. *lib.* 3. Landrecht. Carolum barbam detuliſſe usque ad pedes.
Quod proculdubio ex eodem penu profluxit, quo illa † Longobardorum no- 18
tatio à longis barbis apud Iſid. *libr.* 9. *etym.* 2. Franciſc. Curt. *de feud. c.* 6. *n.* 2. Goth. Anton. *d. feud.* 1. *th.* 1. *lit. Q.* Alvarot. *in proœm feud. in* 17. Veram enim etymologiam decimus *c.* 49. *num.* 4. Nec veriſimile eſt Longobardos, utpote Saxones barbatos fuiſſe, ſed potius barbas ſuas depoſuiſſe teſtatur Paul. Diac. *lib.* 4 *de geſt. Longob.* 14. Quamvis enim Septentrionales propter † caloris & humoris abun- 19
dantiam natura piloſi ſint, juxta Bodin. *in meth. hiſt. c.* 5. illi tamen, ut homines militares id impedimentum potius quam ornamentum naturæ habentes, ferro amputandum duxerunt. Ita de vicinis † Cattis (quos male cum Saxonibus con- 20
fundit Cranzius) prodidit Tacitus *de morib. German.* eorum juvenes, ut primum adoleverunt, crinem barbamque ſummittere, nec niſi hoſte cæſo exuere votivum obligatumque virtuti oris habitum. Depoſuerunt ergo tunc barbam, ut viri militares, quam hactenus in ſignum ignaviæ geſſerant. Adde Camer. *d. c.* 36. & *lib.* 3. *c.* 96. De Ottone M. ſcribit Witich. *libr.* 2. *annal. in fin.* quod contra morem † 21
antiquum prolixiorem barbam, ſive ut Cuſpinian. loquitur barbam in pectus promiſſam aluerit. Francos quoque myſtaces † tantum habuiſſe opinatur Pon- 22
tan. *lib.* 6. *Orgin. Franc.* 18. à quibus mos tondendi barbas ad Turcos manavit. Camer. *d. lib.* 2. *ſubſec. cap.* 40. Quid autem, inquis, ſi barbas non paverunt Saxones, an

comas tamen aluerunt? Sunt hæc diverſa, à quibus male infertur. Quia comam
23 alere non † tantum Germanorum proprium inſigne fuit, de quo Reinec. *in ſyntagm. p. 3. fol.* 448. ſed maxime Saxonum, ut ex Witichindo diximus. In eoque ſaltem acum tangit *gl. ad artic* 13. *lib.* 2. *n.* 6. Landrecht. quam citat etiam Camer. *d.*
24 *cap.* 36. Saxones Caroli M. tempore prolixos capillos aluiſſe. De Chaucis † Saxonum vicinis Claudian.

Et vos crinigeros bellis arcere Caycos.

25 Ita nobiliores Francos † regii præſertim generis capillitium geſtaſſe teſtantur Agath. *l. hiſt.* Johan. Tilius *l.* 2. *de reb. Gallic.* Hotom. *in Francogall. c.* 19. Eidemque
26 fini datum eſſe dicitur à Carolo M. privilegium † Friſiis, ut militantes & in ſubſtantia habentes, usque ad ſummitatem aurium intonſi eſſent. Camer. *d. cap.* 40. *Lindenb. in vita Caroli.* De quo tamen quid ſentiendum ſit, diximus *c.* 35. *n.* 17. Ve-
27 ſtitum † Saxonum uniusmodi deſcripſit Lindenb. *d. loc. fol.* 61. quem hodie pro levitate Gallica ſingulis fere annis variamus. Curto pallio olim uſi Saxones & Friſii dicuntur, pro quo Carolus M. longum introduxit, additis rationibus: in lecto non poſſum eis cooperiri, cavallicans contra ventos & pluvias defendi nequeo. & *c. Monach. Sangall. lib* 1. *in fin. Lindenb. d.* 10. *fol.* 32. Claudant caput ſtrami-
28 nei † pilei, quibus fœminas in Saxonia uſas *ſcribit Witichind.* Unde jocum mutuatus Otto M. quem vide apud Cranz. *lib.* 5. *Saxon.* 23.

CAPUT LXXI.

Nomina VVeichbildi ac Rulandi quando cœperint.

SUMMARIA.

1 *Statua Weichbildi ac Rulandi eadem.*
2 *Melchioris Goldaſti ab Heimsfeld reſponſum.*
3 *Fabulæ de Duce Rulando rejectæ.*
4 *Argumentum ab inveriſimili.*
5 *Rulandinæ ſtatuæ effigiem Cæſaris repræſentant.*
6 *Rulandi nomen appellativum.*
7 Rugen *Latinis eſt ac-uſare.*
8 *Rugravius unde dictum?*
9 Weichbild *idem quod* Rulandsbild.
10 *Denotat publicum judicium.*
11 *Quando hæc nomina invaluerint?*
12 *In antiquis literis nulla eorum ſit mentio.*
13 *Speculum Saxonicum Weichbildo recentius.*
14 *Rulandi vox Weichbildo recentior.*

Hujus-

HUjusmodi autem ſtatua, quam Cæſaris honori collocatam diximus, genera-
li appellatione, primo quidem † Weichbild / poſtea etiam Ruland appel- 1
lata eſt. Quæ licet diverſa ſint vocabula, unam tamen & eandem rem denotant.
Quod cum hactenus non obſervarint noſtri, mirum ſi errores prætervecti ſint.
Nos cum veram ſententiam vel ſaltem vero propiorem in re obſcura inveniſſe-
mus mirifice poſtea affecit nobilis & in antiquitatibus Germanicis † probe ver- 2
ſati Dn. Melchioris Goldaſti ab Heimsfeld JCti & Conſiliarii Schavvenburgici
judicium. Quod ex reſponſo ante annos aliquot inclytæ Reipubl. Magdeburg.
edito, quatenus inſtituto noſtro deſeruit, hic adſcribere viſum eſt. Sic autem id
habet in lingua vernacula: Was aber von Hertzog Rolanden † Keyſer Carls des 3
Groſſen Schweſter Sohn / von den Hiſtorien Scheibern fürgeben wird / laß ich als
ein lieblich Gedicht / Fabel und Tandmehr / in ſeinen werthen beruhen. Dann nicht
glaublich / noch der Warheit † ähnlich erſcheinen wil / daß die Keyß. Mayeſt. eines 4
Reichs-Fürſten / und alſo Unterhanen Bildnuß / in Jhrer Mayt. und des Heiligen
Reichs immittelbahrer Stadt und Pfaltz ſolle zur Freyheit gegeben haben / und nicht
vielmehr / nach der alten Römiſchen Keyſer Sitten und Gebrauch / ſeiner Mayeſtät
ſelbſten eigen Bildnuß. Und zwar wer die Rulander † Seulen / (welche in der 5
rechten Hand ein Schwerdt / in ſignum juſtitiæ, in der Lincken des Reichs Adler / in
ſignum libertatis, führen) recht wird conſideriren / ſol unzweiffelich erkennen / daß
da durch eigentlicher Keyſer Caroli Magni, als Ducis Rulandi, der in Sachſen nie
keinen Sieg erworben / von dem in den Hiſtoriis meldung geſchehen / Contrafactur
abgebildet ſey / *aſſentiente etiam gloſſ. in Weichb. artic.* 10. Dem ſeye nun wie ihm wolle /
ſo iſt bey mir gewiß / daß Ruland nicht ein nomen proprium, † ſondern appellati- 6
vum ſey / quaſi Rugeland / compoſitum ex ruen oder rugen und Land. Denn † 7
Rugen heiſt ſoviel bey den alten Teutſchen / als agere, accuſare *Spec. Saxon. libr. 3. art.*
63. damnare, *gloſſ. ad art. 2. libr. 1. circa fin.* uno verbo indicare, ereugen / vermelden /
fürbringen / und anzeigen / auch nach verhörung beyder Theil / und fleiſſigen nachfor-
ſchen erörtern und urtheilen. Auctor *regiſtri* über die Sächſiſche Recht. Meichſner.
tom. 4. deciſ. 10. *numer.* 18. Wehner. *in obſerv. pract. fol.* 288. (*ſupra cap.* 39. *numer.* 11.)
Daher auch Rugravius † genant / nicht aſper Comes, wie es der alten Teutſchen 8
Sprach und Rechtens unerfahren auslegen / ſondern κτ' συγκοπὴν quaſi Rugegravius,
das iſt / Gericht Graffe. Johann. Letznerus in der Daſſeliſchen *Chronica cap.* 1. und al-
len circumſtantien nach / muß Rugraff geweſt ſeyn / quaſi quidam advocatus oder
procurator Imperatoris oder Regis, durch den / oder in welches Nahmen die Fiſca-
liſchen Sachen und Buſſen in den Jahrzeitlichen Gerichten accuſiret und fürge-
bracht werden / ut in pœnas legibus ſancitas condemnarentur. Jſt derwegen ſta-
tua Rulandina, Rulandsbild † nichts anders / als Weichbild / das iſt / ſtatua per 9
quam notatur, ibi eſſe forum publicum cauſſarum, jurisdictionem, locum juſti-
tiæ, diſtrictum, territorium, oder wie es die alten Teutſchen eigentlich genennet ha-
haben / mallum † publicum, ein Mahlſtadt / da man frey Keyſerlich Gericht hält. 10

Dergleichen Bild oder Säule hat auch die Stadt Magdeburg/ ꝛc. Hæc Goldaſtus, à quibus etſi alicubi diſſentiamus, tamen id etiam ſalva amicitia licebit. Quando autem hæc † nomina uſu invaluerint, ac ſtatuæ, quæ in urbibus Saxonicis honori Imperatorum collocatæ erant, Weichbildi vel Rulandi dici cœperint, exacte expediri nequit, ex quo fortuito ita invaluerunt, ut vel ſcriptores eo tempore viventes fefellerint, vel illi id annotare propter vilitatem contemſerint. In antiquiſſimis † certe ſcriptoribus aut privilegiis Cæſareis Ottonum, Henricorum, Fridericorum, nulla eorum mentio occurrit, quæ prætermitti non potuiſſet, ſi illis temporibus nomina iſta in uſu aut pretio fuiſſet. Quamvis enim tum quoque Imperatoribus ac principibus benemeritis ſtatuæ collocatæ fuerint, tamen nondum Weichbildi nomine appellari, multo minus aliud quid intendere cœperunt. In Speculo † quoq; Saxonico & gloſſa antiquiori cum Weichbildi vocabulum non reperiatur, multo minus Rulandi, ſequitur neutrum tum adhuc notum fuiſſe. Nam gloſſa antiquior ad proœm. Specul. Saxon. jus municipale ſemper Stadtrecht/ item Marckrecht indigitat, nullibi Weichbild. Et quomodo hæc nomina prætermitti potuiſſent, præſertim *in art. 66. & ſeq. lib.* 1. Landr. ubi de jure civitatum agitur, ſiquidem in rerum natura fuiſſent?

11

12

13

Ergo poſt illa tempora demum, hoc eſt, poſt A. 1100. una cum re ipſa, hoc eſt, cum juris Weichbildici collectione invaluiſſe oportet. Rulandi autem † vocabulum, ne tum quidem occurrit, ſed ipſo jure Weichbildico recentius eſt, ut Caroli IV. ætatem excedere non videatur.

14

Caput LXXII.

De notatione Weichbildi.

Summaria.

1 *Weichbildi notationes variæ.*
2 Weichbild/ *quaſi* Weichwild.
3 *Item quaſi* geweyhet Bild.
4 Weichhauß/ *id eſt,* Rahthauß.
5 *Verba accipienda prout ſonant.*
6 *Verior notatio pro oppidi ſtatua.*
7 *Wig detorta vox à vico.*
8 *Urbes Saxonicæ in Wig deſinentes.*
9 *Vici etymologia, an ſit Græca?*
10 *Vox latina uſu Germanica facta.*
11 *Cranzÿ ſignificatio rejecta.*
12 *Joannis Sibrandi error.*
13 *Germanica vocabula latinum etymon non recipiunt.*

14 *Bel an*

14 *Bel, an villum denotet?*
15 *Villa* ein Wiler.
16 *Weichbildi nomen hominibus uſurpatum.*
17 *Germanicæ voces ab imperitis plerumq; depravantur.*
18 *Compoſita à bild.*
19 *Weichbildi metonymica ſignificatio.*
20 *Jurisdictionis vox diverſimode accepta.*

WEichbildi vox ſicuti multis incongrua videtur ad ſignificandum id, quod volunt: ita ejus † varias notationes comminiſci licet Hieron. Treut. 1. 1
ſelect. diſp. 1. *th.* 10. *lit. A.* ita dictum putat, quaſi Weichwild † id eſt, vici volunta- 2
tem. Quæ alias ſtatuta Wilkühr/ appellamus *infra cap.* 77. Quidam amicus Weich-
bild quaſi ein geweyhet Bild † dictum exiſtimat. Pro quo faciunt quæ *cap.* 66. *n.* 3
14. *annotavimus.* Cujusmodi ſtatua ſi à Caroli M. ævo profecta eſt, quid obeſt, quin ille Irmenſulam Saxonicam eſſe dicamus, quippe quam Cranz. *lib.* 2. *Saxon.* 9. corruptam vocem cenſet, quaſi jedermanſüel/ hoc eſt, commune profugium & aſylum omnium. Auctor *juris* Weichb. *in art.* 6. uſum ejus etiam ex veteri Teſtamento repetit, niſi hunc in carcere deliraſſe credas: Der Koning Nemrod bawet die erſte Stadt Babylon, und bawet darein mannich hoch Weichhauß/ davon noch Weichbild Recht geheiſſen iſt. Quid autem ſit Weichhauß explicat *ibid. gloſſ. ad artic.* 9.
Weichhauß † hat dreyerley Nahmen/ zum erſten iſt Weichhauß ein Wehre die auff 4
der Stadtmawer gebawet wird / und umbdeckt iſt. Zum andern heiſt Weichhauß alß viel als ein offenbahr Hauß / da der Richter pflegt in zu richten. Auch heiſt Weichhauß ein ſolche Stadt / die allen Leuten Warnung gibt / da man pflegt Pein anzulegen den Mißthätern. Quæ ſingula refutare operæ pretium non eſt. Tu-
tius fuerit JCtorum regula hic uti: verba † accipienda ſunt prout jacent atque 5
ſonant. Weichbild enim nihil aliud deſignat, quam † oppidi effigiem ſive ſta- 6
tuam, quaſi dicas Stadtbild/ ſicuti prædicta gl. Weichhauß/ interpretatur Stadthauß oder Rahthauß/ & Weichbildenrecht/ Fronrecht/ Stadtrecht/ ſynonyma facit.
Wig/ autem ſive Wich † vicum denotat, vocabulo latino à Germanis ad ſuum 7
uſum detorto. Saxones, quibus hæc vox magis frequentata Wick pronunciant, ſed Germani ſuperiores elegantiæ ſtudentes ſuo more E interſerunt terminatio-
nemque mitigant. Inde plures civitates denominatæ † Braunſchwich/ Oſter- 8
wich/ Sleſwich. Illud quaſi Brunonis vicum P. Berth. *lib.* 3. *comment.* interpretatur item propria nomina Saxonibus uſitata, ut Wiprecht / quaſi Wichrecht / jus civitatis, Wichard & inverſe Hartwich / cor civitatis, Wichman / quo nomine fuit frater Hermanni Billingi apud Witich. *libr.* 2. *annal.* id eſt, vir civitatis. De quo etymo latiſſime Henricus Meibom. *in hiſtor. Bardewici*, ubi Cranzii opinionem rejicit, qui id pro refugio accipit. Sicuti Ludwig refugium populi interpretatur Pontan. *lib.* 3. *orig. Francic.* 7. Quæ tamen eodem recidit, quia urbes refugia præbent.

Digitized by Google

9 Atque hoc modo etymon è latina ligua petitum, magis placet † quam è Græca,
ut *in Lexico Græco-latino veteri in calce quorundam Cyrilli ſcriptorum invento.* & à Bonaventura Vulcanio Brugenſi edito legitur: βίκος, vicus, βίκια χέρσος vicia, cum Hen-
10 ricus Stephani Græcæ linguæ peritiſſ. id ignoret. Sufficiat vocem † uſu à Germanis receptam eſſe, eoque merito pro Germanica habetur. Atque in eo conſentit Johann. Sibrandus *in comment. ad ſtatuta Lubecenſia p. 1. ſect. 11. numer. 6.* ſed in altero compoſiti membro diſſentit, & Wickbeld legens illud ex Wick & beld componit, quaſi dicas bellum vicum, ut ita loci amœnitatem deſignet. Quod reci-
11 pi neutiquam poteſt, cum ipſe Sibrandus † fateatur dictionem Weichb. ex veteri Saxonum idiomate conſtare. Quis autem beld eo ſenſu à Saxonibus unquam uſurpatum audivit? Nam vocabulum bellus latinis hactenus relictum eſt. Unde
12 ſicuti abſurdum eſt, Græca nomina † latinam etymologiam recipere, teſte Gellio *lib. 6. noct. Attic. 11.* quem probat Stracha *de navigat. p. 1. num. 7.* ita multo abſurdius, Germanicis vocabulis latinas etymologias affingere. Niſi forte origine ſint latina. Tantum id videtur pro Sibrando facere, quod Goldaſt. *in proleg. tom.*
13 *3. conſtitut. in verb. treſpellius* annotat bell † villam ſignificare. De quo nihil nobis conſtat, niſi quod ſcimus, villam Germanis in Wiler mutatam. Quomodo
14 villæ † aliquot prope Rhenum appellantur, ut Newenwiler/ Gundeswiler/ Offenwiler. Quam O.Fonis villam fuiſſe ex Valtio Abbate refert Guilliman. *de Epiſc. Argent. fol. 75.* Ita Rotvvila urbs Imperii ad Nicrum, ita dicta à Rott/ id eſt, cohorte & villa, quia villa fuit olim, qui nunc pagus dicitur ait Dreſſer. *de urbib. German.*
15 Quomodo in iure feudali Saxonico † villa exponitur ein Dorff. Et quamuis alicubi Wickbeld/ Wickbold/ Wickbelede/ ꝛc. ſcriptum inueniatur: tamen ea terminatio corrupta & deprauata eſt, ſiue vitio librariorum, ſive ex imperitia linguæ Germanicæ introducta, cum in antiquis & ſynceris documentis, præſertim in jure Saxonico ſemper Weichbild/ & Saxonice Wickbild legatur. Vt non ſit opus interpretationem vocis bild tam longe petere, cum vel infantibus pupulis
16 ludentibus ea ſit nota. Hinc ea etiam hominibus † vſurpata. Vt Thiatboldus apud VVitich. *lib. 1. annal.* quaſi Gottes Bild: Theut enim ſiue Deut/ antiquis Germanis Deum denotabat. Luther. *de nomin. prop. German.* Et hodiernum
17 Saxonum epitheton, † quo ebrioſos exornant Trunckenbolt/ ab imagine hominis mutuati videntur. Ita Weichboldus dictus 28. Abbas Corbeienſis de quo Meibom. *in not. Chron. Corbei.* quem Gunther *lib. 4. verſicul. 326.* Wibaldum, Otto Friſing. *lib. 2. de geſt. Frider. 23.* Guibaldum appellant, familiari Italorum more W. in Gu. conuertentium. Item VVickboldus Baro ab Holten in Archiepiſcopum Colonienſ. electus Anno 1298. Merſæ. *in annal. Colon.* Petrus à Beeck *in Aquiſgrano cap. 2.* Hæc propria nominis eſt ſignificatio pro effigie ſive ſtatua ciuitatis. Me-
18 tonymice † translata eſt VVeichbildi vox tum ad juriſdictionem, tum ad territorium, tum ad ius municipale, quod illo in iudicio vel territorio vigebat. Cu-
19 ius translationis ſimile exemplum proſtat in vocabulis † juriſdictionis, item

Gericht/

Digitized by Google

Gericht/ modo pro poteſtate, modo pro loco judicij, Tob. Pauermeiſt. *lib.* 1. *de juriſdict. imper. numer.* 14. Matth. Stephan. *lib.* 1. *de juriſdict.* 1. *numer.* 14.

CAPUT LXXIII.

De notatione Rulandi.

SUMMARIA.

1 *Probroſa hominum cognomina.*
2 *Auguſti Cæſaris appllatio.*
3 *Alluſiones nominum contumelioſa.*
4 *Fridericus quare Barbaroſſa dictus?*
5 *Probroſa nomina populis data.*
6 *Etiam in ſtatuas iniuria committitur.*
7 *VVeichbilbdi mutatio in Rulandum.*
8 *Rulandi nomen pro vaſto homine.*
9 *Statua Turonis Sueci.*
10 *Albertus Dux dictus Rulandus Germanicus.*
11 *Hercules Sunſon pro viro robuſto.*
12 *Hunni Gigantes habiti.*
13 *Nigri homines Mauri dicti.*
14 *Fama etiam ex fabulis orta.*
15 *Sæpe plus opinio, quam veritas operatur.*
16 *Nominum impoſitio fortuita.*
17 *Leodienſium ſtatua Perona dicta.*
18 *A Carolo Burgundo adenta.*
19 *A Maximiliano Cæſare reſtituta.*
20 *Pirona idem quod Rulandus.*

SIcut quotidianum eſt, vt hominibus præter genuina nomina, quandoque alia cognomina & epitheta *l.* 5. §. 10. *ff. de iniur.* ſiue elogia, vt ICtus vocat, *in l.* 14. §. 2. *de liber. & poſthum.* addantur, vel laudis † vel vituperii cauſſa *l.* 9. §. 8. 1
Digeſt. de hæred. inſtitut. leg. 54. *ff. de leg.* 1. quandoque etiam ex petulantiâ, *leg.* 16. §.
6. *de pœn.* Ita Auguſtus Cæſar † per contemptum piſtoris filius appllatus, 2
Sueto. *cap.* 4. Cui fini quandoque propria nomina † detorquentur, vt in con- 3
tumeliam tranſeant, vt Claudius Tiberius Nero propter nimiam vini auiditatem
Claudius Biberius Mero dictus. Sueton. *cap.* 42. De Friderico † Imper. Cranz. 4
lib. 6. *Saxon.* 15. Hunc Itali ob contumeliam, quod grauis illis incubuerat, Barbaroſſam cognominauere. Quid tamen id nomen à rubra ſortitus, ut Otto Rufus.

Digitized by Google

5 bus. *ſupra cap. 51. num.* 2. Sed & populis † hoc accidit, vt ipſis probroſa nomina
in appellatiua cederent. Ita enim Saxones Cymbros quoque appellatos propter
ferociam putat Cranz. *libr.* 1. *Saxon* 9. Eſt n. non gentis proprium, inquit, ſed à ma-
la injecta qualitate appellatiuum, quod Cimber latronem ſonat. Ita ad ipſas
quoque ſtatuas petulantia tranſiit, vt ſunt exempla apud Sueton. *in Nero. cap.* 45.
6 Eoque factum, vt etiam † imagines Cæſarum in injuriam alterius præferrentur
l. 28. §. 7. *ff. de pœnis.* & in ſtatuas crimen læſæ maieſtatis committi cenſeretur Ta-
7 cit. 1. *annal.* Idem fere ſtatuis vrbium Saxonicarum contigit, quæ cum † pri-
mo Weichbildi dicerentur ac juriſdictionem ſiue territoriũ ciuitatis denotarent,
factum eſt, vt imperita plebs, videns coloſſos iſtos, ſiue à magnitudine & pro-
ceritate, ſiue quod Weichbildi vocabulum duriuſculum eſſet prolatu, Rulandos
8 vulgo cognominaret. Ita enim Germani † vaſtum & procerum hominem con-
ſpicientes, vel etiam quemlibet coloſſum magnum Rulandum dicimus. Cui aſ-
ſertioni D. Heniſchius aſtipulatur *in Theſauro linguæ Germanicæ, in verbo* Bild. Ein
groß Bildnuß/ein Ruland/ſo drey od' mehrmahl ſo groß/als ein menſchlich Statur.
Statua ingentis magnitudinis. Item, vngeheur Bild / groß / ſo man für einen
Thurn oder Rieſen achten möcht / Ruland / coloſſus, &c. Ita in Suecia ſtatua gi-
9 gantea Scheningiæ Turonis longi inſtar Rulandi † Bremenſis Iohan. Meſſen.
in Specula Sueciæ cap. 21. Eodem modo Rulandi cognomen etiam hominibus ſuper-
10 additum, vt fortitudinis encomium. Ita de Alberto † Duce Saxoniæ Paulus
Longius *in Chron. Citicenſ. ad A.* 1455. Quibus ex rebus, inquit, non injuria alter
Carolus M. & Teutonicus Hector Germanicuſque Rulandus appellatus eſt
Spangenb. *in Chron. Saxon. cap.* 346. Vocat ipſum den Teutſchen Rolandt.
Hamelm. *in Chron. Oldenb. fol.* 211. *Germanicum Achillem.* De eodem Melch. Ne-
ophan. *in præfat. Catal. Epiſcop. Halberſtat.*

Signifer imperij, Romani & dextera regni,
Nomine Rulandus reqꝫ ſe. undus erat.

Frequens eſt id nomen in Italia de viris heroicis, vt quibuſdam familiis etiam
gentilitium factum ſit. *ſupra cap.* 2. Neque deficiunt exempla apud alios quoq;
11 populos. Ita enim quod Græcos Hercules, † apud Iudæos Simſon κατ' ἐξοχὴν
pro quouis forti & robuſto viro acceptus. Extat quoque prouerbialis locutio
apud Lucia. Κολοσσιαῖος τὸ μέγεθος, id eſt, coloſſi magnitudine in homines prægrandi
12 corporis mole. Et ab Hunnis olim † Germaniam incurſantibus ſupereſt vox
ein Hune / de giganteo homine. Sicuti quoſuis nigros homines Moren / à
13 Mauris † appellamus. Atqui, inquis, Rulando nimiam illam corporis pro-
ceritatem ademiſti *ſupra capit.* 7. Qui ergo ſtatua tantæ magnitudinis, vt in vr-
bibus ſupradictis conſpicitur, Rulandus appellari potuit? Imo potuit, vel ex
14 fama & † falſa perſuaſione vulgi per fabulas Turpini aliorumque Romanzorum
15 decepti. Adeoque hic verum fuit, quod conqueritur Seneca *in epiſt.* 13. Sæpius †
opinio-

Digitized by Google

opinione, quam re laboramus. Cui conſonat tritum juris brocardicon: *in leg. 15. ff. de acqvir. hered. & §. 7. Inſtit. de obligat. ex delict.* Plus valet quod eſt in opinione, quam in veritate. Quam late enim fabula de proceritate Rulandina diſperſa ſit, dictum *capit. 7. & 16.* quouſque falſa perſuaſio per ocularem inſpectionem detegeretur. Hæc nominis ratio probabilis eſt, cui aſſenſum non denegabit is, qui nouit, quam † temere ac fortuito huiuſmodi denominationes, 16
ſiue à virtutibus ſiue à vitiis, non hominibus ſaltem, vt ſunt exempla apud Cælium Rhodiginum *lib. 24. lect. antiqu. 5.* ZWing. *volum. 18. theat. vit. human. 4.* ſed etiam ſtatuis imponantur, vſque adeo, vt nec ratio nominis quandoque reddi poſſit. Exemplum eſt apud Cranz. *lib. 12. Saxon.* 8. de ſtatua † ciuitatis Leodienſis: Tum 17
Peronam (inſigne erat fuſile ex orichalco, quod in libertatis argumentum foro erexere) inſigni forma cum inſcriptione carminum iuſſit Carolus Victor auehi, † 18
ac in Brugenſem vrbem deportari, ſtabatque omni tempore Caroli in eo loco, vbi ad burſam (vt vocāt) conueniunt omnium nationum mercatores circa meridiem, loquentes de mercaturis. Sed † Maximilianus iam rerum potitus poſt Caro- 19
lum permiſit Leodienſibus, vt in ſuam referrent vrbem &c. Hęc ergo † Perona 20
(ſiue à vicina vrbe, de qua Cominæ. *lib. 3. comm.* ſiue aliunde dicta) Leodienſibus nihil aliud fuit, quam Weichbildi ſiue Rulandi ſtatua ciuitatibus Saxonicis. Niſi quod diuerſis nominibus inſignita ſunt.

Caput LXXIV.

Statua Rulandi jus fori denotat.

Summaria.

1 *Quatuor priuilegiorum Rulandinorum capita.*
2 *Primum jus fori denotat.*
3 *Differentia inter forum & oppidum.*
4 Marckflecken *quid?*
5 *Lubeca forum dicitur.*
6 *Ius inſtituendi mercatum priuatis non competit.*
7 *Sed ad regalia pertinet.*
8 *Forum ſine permiſſu Cæſaris non inſtituitur.*
9 *Crux olim ſignum mercatus.*
10 *Chirotheca traditionibus adhibita.*
11 *Ius nundinarum in Francia ſub Dagoberto cœpit.*
12 *In Saxonia ſub Henrico Aucupe.*
13 *Supplicatio mercatorum Magdeburg.*
14 *Item Lubecenſium.*
15 *Henrici Leonis conceſſio.*

16 *Ciuitatum quarundam exaltatio.*
17 *Imperatoris regale Principibus communicatum.*
18 *Mercatus WeZintogienſis.*
19 *Oſnaburgenſis.*
20 *Metenſis.*
21 *Heſlingenſis.*
22 *Stadenſis.*
23 *Bremenſis.*
24 *Nundinæ binæ Bremenſium.*
25 *Diplomata Cæſarea Lindenbrogii.*
26 *Mercatus Conſtantienſis.*
27 *Argentoratenſis.*
28 *Francofurtenſis.*
29 *Miſſæ vnde dictæ*
30 *Mercatus Mindenſis.*
31 *Weichbildi vox mercatum reſpicit.*
32 *Nundinæ impinguant ciuitates.*

EX quo autem VVeichbildi ſiue coloſſi Rulandini jura ac priuilegia quædam
1 denotare cæperunt: eorum † quatuor capita obſeruare licebit. Primum
2 eſt ius † fori, mercatus & ciuitatis. Id enim innuit ſtatua illa, quod locus
ille jura oppidi habeat. Daß der Ort ein Weichbild ſey / vnd habe weichbilden
3 Recht. Quamuis enim hodie inter ciuitates & mercatus magna ſit † differen-
tia: tamen cum primum fundarentur, ac tenuia eſſent oppidorum initia in Sa-
xonia, hæc vocabula promiſcue accipiebantur. Vnde modo municipia dicun-
tur, à munitionibus, iuxta *art. 6. VVeichbil.* Tholoſ. *lib. ſyntagm. 1. n. 6.* modo fora-
lia, quod forum habeant, *art. 7. §. 2. VVeichb. & Lehenrecht. cap. 31. §. 11.* vbi caſtra &
4 loca foralia, vernaculus textus interpretatur Berge vñ Stätte / vulgo † Marckt-
flecken. Ita *gl. ad. art. 66. lib. 3.* Landr. forum interpretatur ein Marckt / von allerley
5 burgerlichen Handthierung / welche den Stätten zuſtändig ſeyn. Ita Lubeca †
paſſim forum appellatur ab Helmold. *lib. 1. Chron. Nau. 77.* Quid hoc eſt beneficij?
inquis. Olim ſane magnum, quando Saxonia adhuc inculta & oppidorum in-
6 ops erat, nullique priuatorum † facultas nouum mercatum inſtituendi ſine
oppidum condendi competebat, niſi eam à ſuperiore impetraſſet. Sic enim ha-
bet Lombarda *lib. 3. tit. 18.* Vt mercatum nullo habeatur loco, niſi vbi antiquitus
7 fuerit. Vnde id ius inter † regalia Imperat. refertur à Dodechino Abbate,
quem ſequuntur Paurmeiſt. *lib. 1. de juriſdict. Imp. 4. n. 2.* Matth. Stephan. *p. 1. lib.
1. de juriſdict. memb. 2. n. 114.* Andr Knich. *in encycl. cap. vlt. prope fin. & in epopſi contra
Dauth. fol. (mihi)* 97. Concordat ius Saxon. *art. 26. lib. 1.* Landtrecht. *gl. ad art. 66.
lib.*

Digitized by Google

lib. 3 *eo. n.* 2. Auch mag man keinen † Marckt hegen / ohne deß Richters Laub. Ja 8
daß ſolches deß Reichs Will ſey / ſol d Keyſer ſeine rechte Handzeichen (chirothecas)
deſſen zu Vrkund auff die Statt dar ſenden. Imo in eius rei ſignum crux in foro
poſita eſt, cui † poſtea ſtatua Cæſaris ſucceſſit. *ſupra c.* 66. *n.* 19. Ita enim *text.* & 9
gl. ad art. 9. *Weichb.* Das iſt noch das Vrkundt / wo man newe Stätt bawet / oder
Marckt macht / daß man da ein Creutz ſetzt auff dem Marckt / durch das man ſehe /
daß Weichfried (Stattfried) da ſey / vnnd man henget auch da deß Konings Hände-
ſchuch daran / daß man dabey ſehe / daß deß Könings Wille ſey. Chirothecas † 10
enim apud Saxones donationibus, traditionibus & ceſſionibus rerum immobili-
um adhibitas fuiſſe ex multis diplomat. conſtat. Pro quibus tamen clypeos ſta-
tuis appoſitos videmus. Rationem rationis hanc reddit gl. *ad d. art.* 66. *n.* 3. Da-
mit deß Vngehorſams vnnd Empörung im Landt deſto weniger ſey möge. Quam-
uis vero jus publicarum ſub dio nundinarum † inter Pariſium & S. Dionyſij 11
oppidum in Francia ſub Dagoberto primum inſtitutum ſit, quod vulgus Len-
ditum appellat, ab educto vt veriſimile eſt detorto vocabulo, vt ait Cranz. *lib.* 1.
Saxon. 32. In Saxonia tamen vſque ad Henrici † Aucupis tempora ignotum fuit. 12
ſupra cap. 34. Eoque fine mercatores † Magdeburgenſes ſiue ab Henrico Au- 13
cupe, ſiue ab Ottone eius filio, ſiue ab alio Cæſare poſteriori ſuppliciter petunt,
vt ſibi liceat locum illum muris & foſſatis munire, *art* 9. *Weichbild.* Item ciues
Lubecenſes, ab Henrico Leone † Duce Saxoniæ apud Helmold. *lib.* 1. *Chron.* 14
Slau. 86. Da nobis locum conſtruendi ciuitatem in loco, qui tibi placuerit. An-
nuit poſtulatis † ipſorum Dux, ac iuxta Cranz. *lib.* 6. *Saxon.* 26. Vrbem priuilegi- 15
is honeſtauit, monetam inſtituit, concilium allegit, publicari fecit in regna A-
quilonis loci immunitatem, & multos ad inhabitandum, plures etiam ad quæ-
rendum mercibus ſuis emporium inuitauit &c. Quod ſic explicauit Spangenb.
in Chron. Schavvenburg. lib. 1. *cap.* 15. Er (Henricus Leo) erlaubt den burgern zu Lü-
beck / wieder zu bawen / vnd gab jhnen viel priuilegia da zu / vnnd verſahe ſie mit
Müntze vnd Zollen vnd Stattrechte. Ita ſub Imp. Rudolpho oppida quædam in
ſuperiori † Sueuia, quæ prius villæ cenſebantur, ab Impp. muris cinctæ ciuili- 16
bus & municipalibus libertatib. donatæ ſunt, & præcipue Eslinga, Reitlinga &
Hailbrunna. Hartm. Schedel. *in chron. Norimb.* Quæ ſint iſtæ dignitates munici-
pales? quæris. Nimirum cœperunt eſſe Weichbildi, quæ antea villæ tantum
fuerant. Neq; ciuitatibus tantum † hoc jus conceſſerunt Imperatores, ſed a- 17
liis quoq; Principibus, Epiſcopis, Monaſteriis nobilibus, hoc regale quandoque
communicarunt, additis etiam aliis priuilegiis. Ita Otto I. in diplomate dato A.
965. de mercatu † in Witzenloch apud Freher. *in append. poſt l.* 1. *de orig. Palat.* 18
quod reperit. poſt Widik. Meibom. Nouerit omnium fidelium induſtria, in-
quit, qualiter nos in quadam villa VVezinloch nominata, in comitatu Conradi
Comitis, mercatum publicum fieri cõceſſimus, & quid quid in thelonei lucris vel
alia aliqua vtilitate perventurum eſſe videtur, in ſeruitium S. Michaelis &c. dõaui-

Digitized by Google

19 mus. Idem Otto I. Eccleſiæ † Oſnaburgenſi conceſſit mercatum publicum in loco
VViddenbrugge & vectigalia illi colligenda. Crantz. *3. metrop.* 25. Sed & Otto
20 II. in priuilegio dato cœnobio S. Vincentij. † Metenſis, petiit, vt mercatum,
quem noſtro licitu in loco qui Spinnal dicitur, primus eleuauit, imperiali noſtræ
præceptionis donatione confirmaremus. *cent. Magdeb.* 10. *cap. 6.* Ita Conradus
II. A. 1038. Archiepiſcopo Hamburgenſi priuilegium dedit conſtituendi merca-
21 tum in loco † Heslingoa nuncupato, in pago Eilangoa (de quo vide Meibom.
de pagis Saxon.) eo tenore, ut Aduocatus eiusdem, his diebus, quibus annuus mer-
catus inibi celebratur, & cõfluentia populi maxima fieri ſolet, videlicet in feſtiui-
tate S. Viti martyris, poteſtatem habeat banno regio conſtringendi omnes, qui il-
lum conuenerint, ad omnem iuſtitiam faciendam. Thelonium autem, inquit, &
quidquid ad noſtrum imperiale ius pertinet, eidem Eccleſiæ conceſſimus. Ad-
22 dimus etiam, ſi quando rei neceſſitas vel vtilitas expoſcat, in loco Stadt † no-
minato (vbi hodie vrbs eſt Stadenſis) in prædio Eccleſiaſtico mercatum ex in-
tegro conſtituendi, bannum & theloneum, nec non etiam monetam, & quid-
quid inde regius obtinere poterit fiſcus, prælibatæ Eccleſiæ concedimus &c. *In*
eundem fere ſenſum extat diploma Ottonis M. de Anno 966. in quo Adalgago
23 Archiepiſcopo licentia conceditur conſtruendi mercatum in loco † Bremun
nuncupato (vbi hodie vrbs Brema eſt) ſimulque bannum & theloneum, nec non
moneta, totumque quod inde regius fiſcus obtinere poſſet, ipſi confertur. Idem
priuilegium totidem verbis confirmauit Henricus II. A. 1003. Et poſt eum Con-
radus II. Anno 1035. addens etiam tempora nundinarum: ea lege, inquit, vt bis
24 † in anno omnes, qui illuc cauſſa mercandi veniunt, vna vice 7. dies ante Pen-
tecoſten, ſecunda vice ſimiliter ſeptem dies ante feſtiuitatem S. VVillehadi an-
nualem mercatum illic, habeant, &c. Atque hoc etiam Imp. Fridericus con-
25 firmavit Anno 1158. Omnia hæc diplomata, quorum aliquot † poſt Henrici
VVolkeri Canonici Bremenſis Chronicon M Stum reperiuntur ab Erpoldo Lin-
denbrogio cum aliis ſcriptoribus Bremenſibus edita publice extant. Idem Fri-
26 dericus I. Anno 1158. Hermanno Conſtantienſi † Epiſcopo omnia ab Anteceſ-
ſoribus ſuis Impp. Rom. in poſſeſſionibus, terminis, immunitatibus, merca-
tu, portu, thelonio ac cæteris inſtitiis collata confirmauit. *in antiquit. Conſtant. Pi-
ſtorij* Ita in diplomate Lotharij I de Anno 848. datur Monaſterio S. Stephani
27 Argentoratenſi † Muncingæ villa, cum ſuis appenditiis banno & cippo, mer-
catu & inſtitiis, ſicut habent cæteri meliores cis Rhenum. Guillim. de *Epiſc. Ar-*
28 *gent. cap. 5.* Mercatus † Francofurtenſis inſtitutio non omnino expedita eſt Gol-
daſt. *ad tom. 3. conſtit. in pr. annotat.* conuentum annuum olim à Conſtantino M. in
vrbe Arelatenſi inſtitutum, à Corolo M. Moguntiam translatum, inde à Fri-
derico II. Francofordiam, & miſſam S. Bartholomei vocatum eſſe. Cæterum à
Carolo IV. eaſdem nundinas autumnales Moguntiam reuocatas, iiſdem à Gun-
thero Cęſare Fridbergenſes vernales ſubſtitutas, ſed vtraq; à Carolo IV. Franco-
fordiæ

Digitized by Google

ſordiæ reſtitutas & confirmatas. Unde Stumfius *ad Anno* 1350. Carolus IV. Francofurtum ad Mœnum mercatu annuo gemino dotauit. quomodo autem † miſſæ appellatio ad mercatum tranſierit, has olim conjecturas habuimus: cum nundinę in certo aliquo feſto haberentur, puta S. Viti *ſupra num.* 21. in eoque miſſæ celebrarentur, factum eſt, vt ipſæ nundinæ non minus ac feriæ miſſæ dicerentur. Atque ita quoque de miſſa dominica Magdeburgenſi, vulgo heermeſſen ſentire videtur, Dreſſer. *de urbibus German. fol.* 415. Denique Conradus Sueuus Friderici II. filius Ioanni Epiſcopo † Mindenſi concedit poteſtatem conſtituendi duo oppida, quod vulgo Weichbelede (Weichbildt) appellatur, vbicunque eadem in ſua diœceſi duxerit conſtruenda, ut habent verba diplomatis, quod extat *inter diplomata Mindenſia Piſtorij*. Ex quibus omnibus conſtat, id quod in antiquioribus litteris mercatus ac ius fori dicitur, in poſterioribus Weichbild appellari. Ex quo ſcilicet id nomen vſu inualuit. Alioqui quomodo factum, vt in Conradi huius diplomate ea vox reperiatur, in antiquioribus nullibi? Nimirum quia antea nomen adhuc ignotum. Eoque ſenſu Weichbildi † vox ad mercatum refertur, vt *in Ms. legibus Friſicis tit.* Von heer vart: de Freſſen ſcholen freye Strate hebben tho beſtaten Marckede/ Idt were den/dat he deueren dede/ in deme ſulnen Wickbilde/ dar de Marckt were / ſo ſcholde he ſin recht alda entfan. Hoc primum eſto priuilegium, quod Weichbild. ſive coloſſus Rulandinus vrbibus Saxonicis præfigurauit. Cui ſane incrementa ſua debent, † quia nundinæ ciuitates impinguant, vt ait gl *in l. vn. verb. loc. C. de nund.*

29 30 31 32

CAPUT LXXV.

Statua Rulandi banni regij index.

SUMMARIA.

1 *Rulandus meri imperij index.*
2 *Mercatus ſine juris dictione haberi nequit.*
3 *Comitis officium.*
4 *Conceſſio Archiepiſcopo Hamburg. facta.*
5 *Hansgrauius quaſi judex mercatorum.*
6 *Ciuitates Hanſeaticæ vnde dictæ.*
7 *Iudicia ad ſtatuas Rulandinas habita.*
8 Weichbild *pro territorio accipitur.*
9 *Verba vocabularij antiqui.*
10 *Iurisdictionis ſynonyma.*
11 Stattrecht / *quid?*
12 *Conſenſus ſtatutorum Lubecenſium.*

13 *Item Bremenſium.*
14 *Item Brunſuicenſium.*
15 *Delmenhorſta etiam Weichbildus appellatur.*
16 *Dauthij & Brotuffij vera ſententia.*
17 *Rulandus hodie Iani vicem ſuſtinet.*

1 ALterum ius priori cohæret, ac in juriſdictione † conſiſtit, quæ & ipſa Weichbild dicitur. Hæc enim denotat coloſſus Rulandinus, daß am ſelben Orth ein Dingſtuel ſey vnter Konings Ban. Cum enim in oppidis mercatus & nundinarum tempore inter contrahentes lites frequenter orirentur, illique
2 contra vim & injuriam ſemetipſos defendere nequirent, oportebat illic † ju-
3 dicium nomine Cæſaris institui, cui Comes, † & ſi forum ad Eccleſiam pertineret, aduocatus præpoſitus eſt, qui ſub banno regio ius diceret, crimina & delicta puniret, mercatores euntes & reduntes ſecure deduceret, monetam, macellum & alias tabernas conſtitueret, thelonium aliaque jura ex mercatu prouenientia exerceret, eaque in fiſcum Cæſaris redigeret, ut ex ſupra adductis pri-
4 uilegiis patet. Ita Conradus II. Imp. in priuilegio Beſelino † Archiepiſcopo Hamburgenſi irrogato loquitur: bannum noſtrum, ſuper omnes huc illuc venientes, ut eundo & redeundo habeant pacem, fecimus. Eundem bannum prædicto noſtro Archiepiſcpo ob ſuum fidele exercitium ea ratione, concedimus, ut ſi in hoc ſtatuto tempore illuc venientibus aliqua temeritas euenerit, inde juſtitiam faciendi neque Dux neque aliquis hominum, præter ipſum & ſuos ſucceſſores
5 licentiam habeant, &c. Quamquam poſterioribus temporibus † in eum uſum alicubi proprius judex nundinarum conſtitutus fuit. Ita enim Fridericus II. in priuilegio dato ciuitati Ratiſponēſi, apud Legul. Hund. *in metrop. Salisburg. p.* 1. ciues poteſtatem habeant, eligendi Hansgravium, qui diſponat & ordinet extra ciuitatem & non intra ea tantum, quæ reſpiciunt negotia nundinarum, &c. Qui
6 judex proculdubio nomē ab Hanſa habet † unde itidem ciuitates & ſocietas Hanſeatica dicta. De qua tamen ſcriptione & deriuatione Auctores non conueni-
7 unt. Hæc ergo judicia ſucceſſiuo tempore in oppidis ad ſtatuas † Weichbildi ſive Rulandi haberi ſolita ſunt, ita ut gladius Rulandi merum & mixtum imperium, clypeus vero illibatam generatiōem Comitis & Scabinorum denotaret,
8 ut dictum *c. 67.* Inde factum, ut ſignum pro re ſignata, ac Weichbildt † pro territorio ac juriſdictione acciperetur arg. *l. 3. C. de fabric. ubi Goth.* Stracha *in tract. de mercat. p. 2. n.* 74. Sic n. legitur *in vocab. antiq. Saxon.* Weich heiſt ſo viel nach al-
9 ten Sächiſchen † Teutſchen / als juriſdictio, Gericht und Gebiet / Weichbilde heiſt ſo viel / alsweit ein Gebiet vmb eine Statt iſt / ꝛc. Eandem ſententiam in theſaurum ſuum linguæ Germanicæ tranſtulit D. Heniſch. in verbo bild: Weich-
10 bildt / Flur / † Gemercke / Zwingban / Kreiß / Pfleg / terminey diœceſis diſtrictus. Item Weichbild / quaſi Weichbild / denn das Recht gehet ſo weit / als das Gebiet.

Gebiet. Conſentit *gl. ad art.* 9. Weichb. Weichbildt heiſt als viel als Gebiete / denn diß Recht gieng ſo weit / als ſein Gebiet was. Denn einer jeglichen Statt Gebiet gehet alſo weit / als jhr † Stattrecht außweiſet. Item *gloſſ. ad art.* 12. *libr.* 11
2. Landr. Durch ein Graffſchafft verſtehet man / ſo weit des Richters Gebiet erſtreckt / als wie ein Stattgericht / das wir ſonſten heiſſen Weichbild / recht ſeyn mag. vide *ſupra cap.* 71. *num.* 13. & *infra cap.* 77. Ita accipitur in † ſtatutis Lubecenſ. 12
apud Sibrand. p. 1. *ſect.* 9. Das Lübiſch Recht erſtreckt ſich in vnſer Statt / vnd in den Stätten / dar Lubiſch Recht gebraucht wirdt / ſo fern als vnſer / vnnd jhr Weichbildt Feldmarckt vnnd Landtwehr reicht. Ita in Statutis † Bremenſibus Weichbildt 13
bildt paſſim pro territorio vrbis accipitur, ut *art.* 12.14.18.22. & *paſſ. ibi*; binnen vnſern Wickbildt. Et in tranſactione quadam ciuitatis † Brunſuicenſis de anno 1445. 14
poſt *Encyclop. Knichij* indigitatur Senatus vniuerſalis in allen fünff Weichbilden. In tot enim partes ſive territoria diſtribuitur ciuitas Brunſuicenſis. Imo etiam vici habentes territoria VVeichbildi dicuntur. Ita † Delmenhorſta vicus ſive 15
oppidulum Comitatus Delmenhorſtani eius dignationis habetur in formula juramenti, quo ſe eius incolæ ad fidelitatem Archiepiſcopo & capitulo Bremenſi obſtrinxerunt A. 1423. (propter pignus quod habebant illi) ut appellentur Burgermeiſter Rahtmanne vnnd gemeine Bürger des Schloſſes und Wickbilde zu Delmenhorſt / *Chron. Brem. M Sto.* Hactenus ergo recte ſentiunt † Ioannes Dauth. ICtus 16
& Erneſtus Brotuſſius hiſtoricus, quando ille *in hypotyp. ſect.* 8. aſſerit ſtatuas has ce Rulandinas in loco judicii poni ſolitas, ſeyn bey den Dingſtuelen geſetzt geweſen. Hic in *Chron. Mariſp. lib* 1. *c.* 21. quem refert & ſequitur Guil. Dilich. *in Chron. Bremenſ. in fol.* 40. in ſignum juriſdictionis id factum teſtatur. Addimus, ut liberales ſimus, non ſolum ſimplicis, ſed etiam criminalis. Hoc alterum eſt priuilegium, cuius, index coloſſus Rulandinus aliquando fuit. Quod tamen hodie fere antiquatum, quando Rulandus † non amplius locum judicij, ſed tabernas 17
mercatorum, ad medium Ianum, (de cuius phraſeos intellectu vide Turneb. *lib.* 6. *aduerſ.* 10. in foro occupat.

CAPUT LXXVI.

Statua Rulandi pacis publicæ ſignum.

SUMMARIA.

1 *Coloſſus Rulandinus pacis publicæ ſignum.*
2 *Crux quare in ciuitatibus erecta.*
3 Weichfridrecht.
4 *Iuriſdictio ſecularis & Eccleſiaſtica.*
5 *Statua in locum crucis ſucceſſit.*
6 *Pax manualis quid?*

7 *Pax*

7 *Pax ſubditis à magiſtratu data.*
8 *Freda pro mulcta.*
9 *Carolus M. pacem Saxoniæ firmauit.*
10 *Item Friſiæ.*
11 *In judicio pax à judice indicitur.*
12 *Pax pro ſaluo conductu accipitur.*
13 *Pacis violatæ pœna.*
14 *Caſtellorum deſtructio.*
15 *Pax & tutela ſingularibus priuilegiis conceſſa.*
16 *Tutela, id eſt, mundiburdium.*
17 *Conſtitutiones de pace publica.*
18 *Querela de hodierno ſtatu.*
19 *Bechtii ſententia explicatur.*
20 *Carolus M. an aſyla inſtituerit?*

1 TErtium jus ititem prioris conſequens eſt, & finem utriuſque in cludit. Ideo enim bannus † regius mercatui ac judicio imponitur, ut pax publica obtineatur, & cuſtodiatur. Daß daſelbſt Weich oder Stattfried ſey. Quade re ſic legitur *in text. & gloſſ. art.* 7. §. 2. *& art.* 9. Weichbild reſectis ſuperfluis: erecta
2 eſſe in ciuitatibus & foralibus ſigna quædam † ad modum manus pacem deſignantia, exindeque in huncvſque diem pacem manualem haberi. Id ſignum hucvſque ſeruari, ubi ciuitates & foralia nouiter fundantur, quod figatur crux in teſtimonium pacis quodque ibi cernatur municipalis pax, appendaturque Imperatoris ſignum, ut appareat de voluntate eius id factum eſſe, &c. Inde dicta
3 pax † municipalis Weichfriedrecht *in art.* 4. Weichbildt. quod jus habent illi, qui in ciuitate ſunt liberi. *Art* 9. *eod. vbi de jure civit. dato* agitur: Darüber ſo ward in S. Peters Friede gewürcket / und gegeben mit einen Creutz. ubi *gl.* Weichbildt heiſt auch Fronrecht / und dz bedeut alsviel / als Heyligenrecht. Item bey dem Creutz iſt zu vernemen Gottes fried von S. Peters wegē / *c. itadominus diſt.* 19. den zu derſelben ſtett
4 ſollen † gehören beyde Geiſtlich und Weltlich gericht / von dem Keyſer (das iſt zu vernehmen bey dem Handſchuch) das geiſtlich Gericht bey dem Creutz / unnd bey dieſen zweyen zeichen iſt zuvernehmen / daß da fronrecht ſey / und Freyung und rechter Fried / *vt* Landr. *lib.* 2. *art.* 26. *& lib.* 3. *art.* 66. Quibus verbis, licet multa
5 myſteria † involuantur, quæ Saxones non capiunt, tamen inde intelligimus, Weichbildos ſive Rulandos in ſe vices illas ſuſcepiſſe, quas crucem appenſa ma-
6 nu antea præſtitiſſe diximus. Pax autem manualis † handfried inde dicta eſt, quod ſit immunis à violentia; ſicuti factum manuale handhaffte that / pro flagranti crimine *art.* 66. *lib.* 1. Landr. quia manus violentiam denotat. *l.* 4. *& ibi. Dd. ff. de juſt. & jur. l.* 68. *de rei vind. l.* 2. *in pr. de orig. jur.* Huic fini Imperatores, ſicubi † aliquem in fidem & tutelam imperij recipiebant, pacem illi procurabant ſub banno

no regi^ *art.63. & ſeq.lib.3.* Landr. Cuius violatæ mulcta certa erat, dicta Germãica
vere Fredum. † *Capitul. Carol.lib. 4. cap.56.* jubemus, ut judices nominati ſive fiſca- 8
les, de quacunque libet cauſſa freda non exigant, priusquam facinus componatur.
Sed & in jure Friſico *exſtat. tit. 16.* de fredo. Goldaſt. *in gloſſario ita explicat.* Fredum
mulcta judicialis, compoſitio fiſco debita. Propter pacem ſcilicet violatam,
licet poſtea ad alia quoque delicta extenſa ſit. Hanc pacem in Saxonia primus
† Carolus M. firmauit, ſicut de eo intelligimus *art. 66. lib. 2.* Landr. Idem Friſij 9
quoque contendunt uti ipſorum leges præferunt, quas † Keſtes vocant, ex qui- 10
bus leges Ruſtingicæ ſcriptæ A. 1439. ſic habent. De de Freſſen keſten worden/
dat ein jewelick Land beſondergen noch re keſſen wilkore / und de wilkore tho holdende
vorſchreuen recht / do koren de Ruſtringer einen kore / ꝛc. de erſte iſt deſſe / dat en ie-
welick man ſcholde hebben frede binnen ſinen Hoffe und Huſſe / by tewen gelden / 200.
Marcken / ꝛc. Ita præconi pax † publica dabatur *art. 56. lib.3.* Landr. & in ingreſſu 11
judicii pax non ſolum indicebatur à judice *art.16.* Weichb. ſed etiam ſi quis faido-
ſus eſſet, inimicitiam cum alio habens, Cita dictus ab antiquo faida, id eſt, inimi-
citia, unde ohrveda, ſive ut in jure Saxonico nominatur ohrfried / id eſt, pax ſtipu-
lata, *art. 8. l. 1.* Landr. Sibrand. Sicam. *ad.* L L. *Friſicas fol.* 135. pacem ſingulariter
impetrabat *art. 4. lib. 2. eod.* Qui alias à Dd. vulgo ſalvus † conductus dicitur, 12
à Gallis ſalva guardia, Italis guidagium, Germanis frey und ſicher Geleit. *gl. ad.*
art. 8. Weichb. boleten / das iſt Gleitsbrieff / De quo Coler. *lib. 4. de proceſſ. execut.*
1. *n.* 203. Qui in pace publica conſiſtit Becht. *in tract. de ſecurit. th.* 54. *& paſſ.* Quod
ſi quis pacem frangeret, is non ſolum perſequebatur etiam in † alieno territorio 13
per clamorem manualem, *art. 71. lib. 2.* Landr. ſed etiam capite mulctabatur pro-
pter violentiam *art. 68. lib. 1. eod.* Reſeruata nobilibus pœna portandi canes, *ſup.*
c. 58. *n.* 10. Gunth. *l. 5. v.* 209.

Cuius inaudita pœna timor altus in omnes, &c.

Imo à Ipſo impune occidebatur *art. 69. lib. 2.* Landr. atque ipſum quoque
caſtrum, in † quod confugerat violator deſtruebatur *art.72. lib.2.* Landr. *tit. de pace* 14
tenen. in uſib. feud. cap. 39. §. 11. & c. 73. Lehenrecht. Cuius rei veritatem multa ad-
huc rudera caſtellorum in altis montibus oſtentant, de quibus Gunth. *d. loc.*

Prædonum caſtella jugis hærentia ſummis
Expugnare manu, &c.

Vide *tract. de inſul. cap. 23. num. 46.* Neque tantum ciutates hoc modo pacem
& tutelam † imperij ſingularibus privilegiis conſequebantur, ſed etiam Ec- 15
cleſiæ & monaſteria, imo Principes tam ſeculares quam Eccleſiaſtici: Vti eius
generis diplomata Ottonis I. & aliorum exſtant. Tale eſt priuilegium Ottonis
I. datum Aledramo Saxonico Marchioni Finarienſi, quod tamen Ottoni II. tri-
buitur à Menoch. *reſponſ. Finar.* 1. *n.* 98. Recipimus eundem Marchionem Aledram
cum filiis & heredibus ſuis & omnibus rebus mobilibus & immobilibus juſte &

Digitized by Google

16 legaliter ad eum pertinentibus, ſub noſtri † mundiburtione &c. Ut nemo iuſtæ indignationis cauſſam habeat, ſi illa jura peculiaria ſtatuis Rulandinis tribui audiat: quæ hodie cuilibet Imperij ſubdito etiam infimo jure communi com-
17 petunt. Olim enim non erat ſic. Et fuerunt in eum finem graviſſimæ † conſtitutiones ſuper pace publica conditæ, non ſolum in Comitiis Imperij à Maximiliano I. & aliis, quas recenſet Gail. 1. *de pac. publ.* 1. *n.* 2. ſed etiam ab anterioribus Impp. ut Friderico I. *in tit. de pac. ten.* & Papis, ut Alexandro III. *in c.* 1. *extra de treug. & pac. aliisque.*

Tantæ molis erat manſuram condere pacem.

18 Atque utinam hodie pax publica † melius ſe haberet, non ſic vicinas Imperij Romani prouincias latrociniis magis quam bellis oppreſſas & deſolatas
19 cum dolore aſpiceremus. Quod ſi hoc priuilegium intelligit † Bechtius *in tract. de ſecurit. cap.* 6. vbi licet ſententiam ſuam de ſtatuis Rolandinis, poſt Caroli M. tempora in quibuſdam ciuitatibus in ſignum libertatis collocatis expromittat, nihil tamen certi conculudit, niſi quod ius aſylorum per illas innuere videtur, tum eius doctrina aliquo modo ſuſtineri poſſet. Quæ alias vlteriori diſquiſi-
20 tione indiget, Nam Carolus M. vſque adeo † aſyla non erexit, ut etiam flagitioſis ea ademerit, lata lege, ut fures, homicidæ, aliiue criminoſi, ſi ad aſylum templumve fuga elapſi forent, repeterentur, aut vi eriperentur, Auentin. *lib.* 4. *annal. Boior.*

Caput LXXVII.

Statua Rulandi juris municipalis Index.

Summaria.

1 *Rulandus juris municipalis Index.*
2 *Iudex oppidi ſecundum ius oppidi judicat.*
3 *Ius municipale duplex.*
4 *Ius Magdeburgenſe abſolute VVeichbild dictum.*
5 *Statuta ſunt pacta priuatorum.*
6 Wilkuhr bricht Landrecht.
7 *Ius municipale quid?*
8 Marckrecht/Stattrecht/Weichbild *ſynonyma.*
9 *Statuta condere eſt juris dictionis.*
10 *Statuta juri ſuperioris non derogant.*
11 *Dominus villæ quatenus ſtatuta condere poſſit.*
12 *Mulcta inferioris judicis.*
13 *Statuta Bremenſia & Oldenburgenſia.*

14 *Iuris*

Digitized by Google

14 *Iuris VVeichbildici ſignificatio ambigua.*
15 *Civitates iuris VVeichbildici.*
16 *Summa priuilegiorum Rulandinorum.*

QUartum caput priuilegij, quod Rulandus † arguit, eſto ius municipale, 1
quo oppidum illud utitur, daß dieſelbe Statt / Marckt / oder Flecken weichbilden recht habe / und daſſelbe an dem dingſtuele gelte / *art. 9.* Weichb. Secundum illud enim Burgravius, Comes, Advocatus, Scultetus, vel quicunque † etiam 2
judex ciuitatis eſſet, cum ſuis Scabinis inter cives ius dicere tenebatur. Eſt autem ius municipale † vel commune vel proprium. Commune eſt ius munici- 3
pale † Magdeburgenſium, quod abſolute & κατ᾽ ἐξοχὴν Weichbild / appellatur, 4
de quo *ſup. cap. 51.* Cum enim Magdeburgum metropolis Saxoniæ olim haberetur, eius etiam jura & conſuetudines præcipuo in honore fuerunt, ita ut eas minores civitates æmularentur. Proprium eſt ius municipale † ſive ſtatuta- 5
rium cuiusque ciuitatis. Cuiusmodi ſtatuta nihil aliud ſunt, quam pacta privatorum, de rebus ad mercatum & opificia ipſorum ſpectantibus, vulgo willkuhr/ weichbild. *Matth. Steph. lib. 2. de jurisd. p. 2. c.* 8. Stracha. *de mercat. p. vlt.* Coler. *lib. 1. de proceſſ. execut. 3. n.* 2. Friſij antiqui Keſten vocabant, à Kelen, id eſt eligere. Quæ per indulta non bene exponit *Hamcon. l. 2. Friſiæ fol.* 88. Hinc proverb. juris Saxonici, † Willkuhr bricht landrecht / hoc eſt, ſtatuta & pacta privatorum de- 6
rogant juri com̃uni, weichb. *art.* 24. *in fin.* Henning. Gœden. *conſ.* 10. *n.* 7. *Gail. de arreſt. Imper. cap.* 6 *n.* 22. Paulus Wehner. *in pract. obſer. verb.* Willkuhr. Definitur hoc ius municipale, † quod homines unius ciuitatis ſive fori concluſerunt inter 7
ſe tenentes, quemadmodum Colonienſes circa Rhenum ius Caroli confirmatum habent. Weichb. *art.* 1. Germanica verſio ita habent: Marcktrecht iſt dieſes/ daß die Marcktleute hievor bey den alten gezeiten vnter einander geſetzet haben / von jr ſelbſt Willkuhr. (Von alter Gewohnheit) nach Karols recht / als die von Cöln vber Rein / die von Magdeburg und ander gute ſtette / vbi gloſſa annotat: Es heiſt darumb Statrecht / † daß es ein jegliche Statt ſelbs wilkorte von gottlicher An- 8
weiſung nach jhren gutdüncken / unnd ſolch recht heiſt ein Wilkorerecht *gl. de orig. juris poſt Spec. Saxon.* Marcktrecht / daß die Marcktleute unter ſich geſetzet haben / als zu Ach und Cöln / prooem. juris Saxon. feudal. Sattrecht iſt daß / das einer Statt volck unter ſich ſelbſt wilkorte / da ſie begunſten zuſamen zu bawē. Ex quibus itidem conſtat, Marcktrecht / Statrecht / Willkuhr / Weichbildt ſynonyma eſſe. Huiusmodi autem ſtatuta quælibet ſocietas ſibi † ordinare poteſt, modo juriſdictionem ha- 9
beat, quia ſtatuta condere eſt iuriſdictionis *arg. l. 63. ff. de ædil. edict. Dd. ad l. 1. ff. de juriſdict. & ad l. omnes populi. 9. ff de iuſt. & jur. Heig. 1. quæſt. Saxon.* 23. vſque adeo ut etiam villæ ſtatuta condere poſſint. *art. 55. lib* 1. Landr. Neque enim aliter valent † quam ſi juri ſuperioris non adverſentur *l. conſuetudinis. 2. C. quæ ſit long. conſuet. c. contractus de reg. jur. in6.* vel ab eo confirmantur Heig. *d. quæſt. 23. num.* 33. Rutger. 10

 Ruland.

Digitized by Google

11 Ruland. *in deciſ. Camer. quæſt.* 16. Ita ſtatuitur de † Domino villæ *in art.* 79. *lib.* 3. Landr. kein recht mag er ſetzen / noch ſie ſelber wehlen / da ſie deß Landrichters recht mit krencken mögen. Concordat *gloſſ. d. loc. & ad art.* 18. & 43. Weichb. Item *in reſponſ. Magdeb. p.* 1. *cap.* 1. *diſt* 10. Die Rahtmänne mögen wol Wilkühr ſetzen / mit jhrer witzigſten Bürger Raht / zu der Statt nutzen / ohne jhres oberſten hern Raht und wiſſen / alſo daß die wider daß gemein beſchrieben Recht nicht ſey / bey Pfenning
12 buß oder † bey ander gezwang / aber nicht bey Halß oder Hande. Unde in ſtatutis
13 † Bremenſ. conditis Anno 1303. quę Eberhardus Speckhan civis ipſorum laudat *cent.* 1. *quæſt.* 5. *claſ.* 1. allegatus etiam à Matth. Stephan. *lib.* 2. *p.* 2. *de jurisd. cap.* 2. *n.* 273 quæ etiam ex ſpeciali conceſſione Comitum Oldenburg. à vicina ciuitate Oldenburgenſi patria noſtra recepta ſunt, ſic in princ. cautum eſt: Duſſe wilkohr und duſſe Stattunge / de ſcholen unſers Heren recht nicht mindern. Hoc eſt; ſtatuta pacta ſeu ſponſiones noſtræ Domini noſtri jura non minuent. Quod ergo
14 diximus, Rolandi ſtatuam ius municipale † eius oppidi arguere, id duplicem intellectum habere poteſt, ut vel ius commune Magdeburgenſium, vel etiam ius proprium cuiusque ciuitatis intelligatur. Et quamuis Weichbildſ appellatio plerumque ad ius Magdeburgicum referatur: Ita enim *in gloſſ. Saxon.* paſſim fit
15 mentio ciuitatum † in iure Magdeburgico fundatarum, die Weichbilds recht haben / *& in reſponſ. Magd. p.* 3. *cap.* 8. *diſp.* 1. dicitur von einer Statt / da Weichbilds recht iſt. tamen ut liberales ſimus facile concedemus, utrum que ius tam com-
16 mune quam proprium eo ligno contineri. Atque omnia † priuilegia Rulandina collecta hæc denotare, daß daſelbſt ein Statt / Marckt / oder Weichbild / dabey ein Dingſtuel unter Konings ban / und gebeat Stattfried ſey / und ſo wol nach gemeinen Magdeburgiſchen / als eigene Statt und Weichbilden Rechten geurtheilt werde / 2c.

CAPUT LXXVIII.

Refutatio aliorum jurium Rulandinorum.

SUMMARIA.

1 *Alia jura per Rulandos adumbrata.*
2 *Poetis fingere licet, non hiſtoricis.*
3 *Ius cerebrinum nullius eſt valoris.*
4 *Vulgi æqu tas duplex iniquitas.*
5 *Fama vulgi incerta & difformis.*
6 *Vulgus belua multorum capitum.*
7 *Rulandus dimidiatæ libertatis index.*
8 *Hamburgum ſtatuam Rulandi deiecit.*

9 *Ducum*

Digitized by Google

9 *Ducum Holſatiæ jura in ciuitate Hamburgenſi.*
10 *Caroli* IV. *ſententia, an reue ra prolata ſit?*
11 *Rulandus Quedlinburgi deiectus.*
12 *Rulandus, an immediatæ dependentiæ ſignum?*
13 *VVedela vicus Rulando dotatus.*
14 *Hamburgum ex primariis ciuitat. Hanſeaticis.*
15 *Ciuitates Imperiales Rulandis deſtitutæ.*
16 *Northuſium & Mulhuſium ab Ottone* IV. *alienata.*
17 *Ius collocandi Rulandum cui competat?*
18 *Iura ſublimia Rulandus non capit.*

QVod ſi quæ alia & ſimilia jura † per Weichbildos ſive coloſſos Rulandinos 1
in vrbibus Saxonicis olim præfigurata quis colligat, ea quatenus probabilia ſunt, non grauate agnoſcemus. Neque aduerſabimur, ſi ea generali libertatis nomine (Freyheit) inuoluere velit. Cæterum dabit nobis veniam, ſi cuiuis ſub eo prætextu, ſine vlla ratione aut auctore fingendi † licentiam in in- 2
finitum concedere non poſſimus. Nam illud Horat. *de art. poët.*

———— Pictoribus atq; poëtis
Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.

neque ICtis, de jure ſine lege loqui erubeſcentibus *Nouell.* 38. *c.* 3. neque hiſtoricis in facto veritatem amplectentibus conuenit. Itaque prætenſa quædam jura, quæ vulgus ſine vlla ratione ſtatuis iſtis attribuit, pro mera phantaſia habenda ſunt, de qua notum eſt effatum Doctorum, quod ius cerebrinum † imaginari- 3
um & phantaſticum à nemine obſeruetur, Gats *de expenſ cap.* 1. *num.* 28. Dec. *reſp.* 36. *n.* 41. *vol.* 1. judex ſequi debet, non properij capitis, ſed legis æquitatem, unde Scotus. *conſ.* 2. *n.* 171. *vol.* 2. quia vulgi putatiua † æquitas plerumq; duplex eſt ini- 4
quitas, Bald. *in rubr. q.* 9. *n.* 2. *C. de numi. pecun.* Eoque eſt, quod nec fama nec opinio † à vulgo profecta, magni momenti eſt, quia plerumque incerta & difformis 5
eſt, modo alba, modo nigra, perinde ut eius auctor † bellua multorum capi- 6
tum dicitur ab Horat. 1. *ſermon.* Qua de re eleganter diſſerit Camerar. *lib.* 1. *med. hiſtor.* 40. Et Crantz. *libr.* 9. *Saxon. vlt.* hunc verſiculum recitat:

Proh vulgus, pelagus, in declinabile virus.

Eius generis eſt illud: Vbi coloſſus ſub dio ſiſtitur, illic omnimodam libertatem: † vbi vero ſub tegumento latitat, ut Halæ, illicubi ex ſemiſſe militar. 7
Refert Knich *in notat. ad hypotyp. Dauth. ſect.* 8. Item quod ciuitates quæ libertatem ſibi ereptam exiſtimarint, ſtatuam Rulandi vltro deiecerunt. Dilch. *in Chron. Bremenſ. fol.* (*mihi*) 40. Hoc enim Hamburgi † ad ſententiam Caroli IV. 8
factum memorat Cranz. *lib.* 10. *Saxon.* 2. *Chytr. lib.* 22. *Saxon.* ſed ut eius facti cauſas diuerſimode interpretentur Dauth. *in d. ſect.* 8. *& ibi* Knich. *in not.* Matth.

 Stephan.

Digitized by Google

9 Stephan. *lib. 2. de juridict. cap. 1. numer. 22.* Eoque argumento † Ducem Holſatiæ vrbem ſibi ſubditam contendiſſe Spiræ in Comitiis A. 1570. refert D. Berth. *lib. 3. comment. in Magdeburg.* Quidquid ſit, certum eſt, factum illud indiuerſum ſenſū trahi poſſe. Et forte an ignorauit Hamburgum illa ætate, quantum ſibi licuerit. Scimus etiam eſſe virum magnæ auctoritatis, qui Cranzium erroris arguat, at-
10 que illam ſententiam Caroli M. † non interveniſſe, ex actis in cauſſa exemptionis ciuitatis Hamburg. contra Duces Holſatię probari poſſe contendat. Quod nos in medio relinquimus. Idem de Marchionibus Miſnię refertur, quod
11 occupata vrbe Quedlimburgenſi † Rulandi ſtatuam demoliti fuerint, quam pro ſigno libertatis ab antiquo habuerant. Cranz. *lib. 12. Saxon. 16.* Fabric. *lib. 7. orig. Saxon. fol. 783.* Ne ſcilicet eſſet amplius idolum perſuaſæ libertatis, ut annotat Knich. *ad d. sect. 8.* Quo eodem fine etiam Carolum Lotharingium Leodicenſium ſtatuam tranſtuliſſe diximus *cap. 73. num. 18.* Cætera quæ de imme-
12 diata dependentia ciuitatum † ab Imperio Romano quaſi ad illum coloſſi Rulandini quidquam faciant, Dauthius commentatur, ea nullo fundamento nituntur, ſed eadem facilitate reijciuntur, qua proferuntur. Sunt enim ignobiles pagi in Marchia Brandenb. & alibi coloſſos Rulandinos præferentes, quos tamen nemo ab Imperio immdiate dependere dixerit. Argumento eſt horridu-
13 lus Rulandus ſive potius Saxum coloſſi inſtar, Wedelæ † in vico ad Albin Schavvenburgicæ ditionis, conſpicuum. Ad quam ſtatuam mercatorum conſuetudine etiamnum vſitata, contractus plerumque celebrantur, quaſi tum validiores, ſi modo in conſpectu huius Rulandi ſint initi. Quem ſi vicus habere poteſt, ſaluo jure Domini ſui, ſive in ſignum mercatus annui ſive juriſdictionis, quæ hic exercetur, ſive denique quod jure municipali vtatur: quidni etiam Ham-
14 burgum ſimilem coloſſum habere † poſſet? quippe quod non ſolum emporium celeberrimum: ſed etiam ciuitas eſt ex Hanſeaticis non poſtremi nominis. Si non ipſa ſeſe ſublimiori jure dignam exiſtimaſſet? Contra multæ ſunt ciuitates
15 immediate † ab imperio dependentes, non ſolum in ſuperiori Germania, ſed etiam in ipſa Saxonia, ut Lubeca &c. quæ tamen ſtatuas huiuſmodi non præferunt. Nimirum, quia eo fine collocatæ non ſunt ſtatuæ. Et quid Northuſio
16 profuit ſtatua Rulandina, quippe quam vrbem vna cum Mulhuſio † ab Ottone IV. Cæſare feudi jure accepit Hermannus Landgrauius Thuringiæ, Crantz. *lib. 7. Saxon. 16.* Quod fieri non poterat, ſi libertæ ciuitatis id ſignum iam tum fuiſſet,
17 talis ergo ἀπόδειξις extrui poteſt. Quodcunque oppidum, ciuitas † municipium, vicus, pagus, &c. ius fori habet juriſdictione & imperio munitum eſt, pace publica gaudet & jure municipali vtitur: illud VVeichbildum ſive ſtatuam Rulandinam præferre libere poteſt, cum hæc ſit propria & adæquata eius nota. Sub-
18 limius & excellentius † ius, ſi quæ ciuitas Saxoniæ affectat, in caducum Rulandi parietem non inclinet, ſed alia ſolidora argumenta vel priuilegia conquirat. Atque hoc monitum noſtrum ægro animo non ferat.

Caput

Digitized by Google

CAPUT LXXIX.

Quare non omnes ciuitates Saxoniæ Rulandos habeant.

SUMMARIA.

1 *Quare non omnes vrbes Rulandos habeant.*
2 *Lubeca libera Imperij ciuitas.*
3 *Item Reſpublicâ bene conſtituta.*
4 *Quare Rulandum non habeat.*
5 *Lubeca an ſit vrbs Saxonica.*
6 *Saxoniæ generalis appellatio.*
7 *Hamburgum metropolis Stormariæ.*
8 *Simulacra à prudentibus negliguntur.*
9 *Opinio vulgi difformis.*
10 *Æmulatio vicinarum civitatum.*
11 *Rulandorum varietas.*
12 *Rulandus Hallerslebienſis equitat.*
13 *Gottingenſis templum inhabitat.*
14 *Quomodo capite truncatus.*

INterim prævidemus, multa opponi poſſe, in quibus nec nobis ipſis vbique
ſatisfacimus. Nimirum, quare ciuitatum VVeſtphaliæ nullæ, † Saxoniæ autem 1
non omnes VVeichbildos habeant, cum tamen pleręque jura illa, quę coloſſis
Rulandinis tribuimus, agnoſcunt? Lubecam † liberam Imperij ciuitatem eſſe 2
nemo neſcit, à Friderico I. & II. Cæſaribus plurimis priuilegiis decoratam.
Hartm. Schedel. *in Chron. Norimb.* Berth. *in comment. tit. de Lubeca.* Chytr. *in Saxon.*
Dreſſer. *de vrb. German. &c.* Vnam ex quatuor Imperij ciuitatibus illis, quæ *κατ'*
ἐξοχὴν ita dicuntur, de quibus Petr. de Andlo *lib 1. de Rom.* Imp. 16. Paurm. *lib. 2. de*
juriſd. Imp. cap. vlt. num. 6. Denique caput Hanſeaticæ ſocietatis Dreſſ. & Chytr.
d. loc. cuius Rempubl. ut bene conſtitutam † commendat Æneas Sylv. poſtea 3
Pius Papa *in Europa c. 24.* Et latius Berth. *d. loc.* Iohan. Sibrand. *in comment. ad*
ſtat. Lubec. p. 8. ſect. 2. & 8. Atque illa coloſſum † Rulandinum nec habet nec 4
habuit vnquam, quem erigere non neglexiſſet ſi eius acceſſione ſtatum honorem
aut præeminentiam ſuam augeri poſſe exiſtimaſſet. Et ne dicas † Vandalicam 5
eam vrbem eſſe non Saxonicam, cum olim ſub Henrico Leone ad Ducatum Sa-
xoniæ inferioris pertinuerit. Et generali † Saxoniæ ambitu etiamnum com- 6
prehendatur, & ad circulum Saxoniæ inferioris pertineat. Unde P. Berthius vr-
bem Saxoniæ ampliſſimam vocat. Deinde eodem argumento etiam † Ham- 7
burgum ciuitas Vandalica eſſet, quæ tamen olim Rulandum habuit. Eſt enim
metro-

metropolis Stormariæ, quæ vna cum Holſatia Saxoniæ annumeratur *art. 64. l. 3.*
Landr. Adam Bremenſ. *in hiſt. Eccleſ. c.* 144. Cranz. *in præfat. & l. 8. Saxon.* 15. *ſup. c.*
8 40. *n.* 18. An ergo ita ſtatuendum? Reſpubl. prudentiores Saxoniæ † ludicra
hæc vulgi deliramenta & putatiuæ libertatis ſimulacra, plus oſtentationis, quam
juris, plus terroris quam roboris habentia parum curaſſe? Sicuti de Romanis
acute Tacitus 15. *annal.* apud nos ius imperij valet inania transmittuntur. An po-
9 tius dicemus, ea quæ à fama & opinione † vulgi proficiſcuntur, plerumque
diſſona eſſe & parum ſibi conſtare? *ſup. c.* 78. *præced. n.* 5. An fortaſſe pro æmulatio-
10 ne † ciuitatum, quarum ſemper vna alteri ſeſe præferre voluit, ipſi Rulandi
quoque inter ſe concertarunt? Perinde ut S. Vitus Saxoniæ aliarumque vrbium
patroni à ſuperſtitioſo illo ſeculo commendati. Quo referri poteſt, quod Rulandi
ſicuti alibi maiori in pretio habentur, quam alibi: ita habitu quoque & forma
11 non nihil variant. Alibi enim armatus fulget Rulandus † alibi pallio hume-
ros inuolutus. Magdeburgenſis & Bremenſis ut præcipui, medio in foro ſub
dio ſuperbiunt. Brandeburgenſis nouiter auro expolitus eſt. Proculdubio,
quod id operæ pretium eſſe exiſtimetur. Contra ignobiles Rulandi in villis con-
temnuntur, annis panniſque obſiti, cum ſint eiuſdem proſapiæ. Ut hinc quo-
que varietatem rerum humanarum deprehendas. Hallenſis caueæ incluſus non
prodit in lucem, niſi quando criminale judicium exercetur. Halberſtadenſis &
Northuſanus non palam in foro, ſed ad parietem curiæ inclinant. Quorum hic
quoque tabellio publicus habetur, quippe ad quem edicta publica affiguntur.
12 Omnium maxime conſpicuus Hallenſlebienſis † equo inſidet. Quem etiam
ad Archiepiſcopi Magdeburgenſis domini ſui introductionem exeuntes ciues
13 ante ſe trahere conſueuerunt. Gottingenſis † cæteris religioſior in templo in-
ter Diuos ſedem habet. An quia Rulandus olim canoniſatus? *ſup. c.* 11. *n.* 11. An
quia is myſterium Eccleſiaſticum denotat? *ſup. c.* 72. *num.* 3. An quia hunc theſau-
rum in loco ſacro conſeruãdum putarunt? Atqui ne ſic quidem calamitatem pub-
14 licam omnino effugit. Cum enim † Gottingæ ante annos aliquot ſtatuæ ex
templis à plebe deturbarentur, ac forte putatiuo quoque Rulando illic inter Di-
uos latitanti caput amputaretur, is qui id fecerat monitus à ſocio ne ſe piaculari
ſcelere obſtringeret, in Rulandum priuilegiorum Gottingenſium patronum ſæ-
uiendo, facile paſſus eſt, ut capite impoſito & vulnere vtcumque religato pri-
orem in ſtatum & capſum reponeretur Rulandus. Ex quo vti ſtatuarum
generi ſecularibus an Eccleſiaſticis annumerandus ſit
Rulandus, quiuis facile perſpicit.

Caput

Digitized by Google

Caput LXXX.

De juris Weichbildici & Lubecani differentia.

Summaria.

1 *Tremonia Caroli M. ſtatuam habet.*
2 *Duplex ciuitatum ius.*
3 *Magdeburgum ſuperius dicaſterium olim.*
4 *Populi ius Magdeburgo petere ſoliti.*
5 *Magdeburgi curia indicta.*
6 *Æneæ Syluij teſtimonium.*
7 *Villa quoque jure municipali vſa.*
8 *Appellatio ad Scabinatum Magdeburgenſem.*
9 *Conſilij requiſitio ſubiectionem non arguit.*
10 *Ius Magdeburgenſe quare dicatur.*
11 *Ciuitates quatenus aliunde ius petere poſſint?*
12 *Appellationes è Polonia vetitæ.*
13 *Pagi Marchici quare Rulandos habeant?*
14 *Ciuitates VVeichbildicæ & Lubecanæ oppoſitæ.*
15 *Henricus Leo auctor juris Lubecani.*
16 *Fridericus Imp. ius Lubecenſe confirmauit.*
17 *Ius maritimum VVisbienſe.*
18 *Ius Slavicum antiquum.*
19 *Iuris Lubecenſis auctoritas.*
20 *A multis ciuitatibus receptum.*
21 *Pagi jure Lubecenſi gaudentes.*
22 *Rulandus juris VVeibhbildici & Lubecenſis diſtinctor.*
23 *Comparatio contemtum ſapit.*
24 *Baldi ſubſcriptio.*

VT tamen inquirendi appetitus vel aliqua ſaltem parte ſatietur, in VVeſt-
phalia juris vemici vſurpatio Rulandos excluſiſſe videtur. Nam Tremo-
nia † quamuis Caroli M. ſtatuam religioſe conſeruet, ut illi etiam in templo 1
locum dederit, Rulandi tamen nomine non honorat. Nimirum quia iuxta ve-
tus verbum Philippi Macedonis apud Plutarchum *σκάφην σκάφην* nominat. In Sa-
xonia poſt conditas vrbes duo jura † ciuitatum ſucceſſiue invaluerunt, nempe jus 2
Weichbildicũ & Lubecanum. Illius ſupremum iudicium ſive dicaſterium † Magde- 3
burgi olim fuit, das iſt der höchſte Dingſtuel uñ Oberhof / ut vocat Dauth. *in hypot. ſect.*
8. & colligitur *ex art. 60. l. 3.* Landr. *art. 10. & ſeq.* Weichb. Hinc enim non à Sexoni-

 bus ſo-

4 bus ſolum, † ſed etiam à Bohemis, Polonis, Luſatiis, Sileſiis, &c. ius peti
ſolitum conſtat ex Martino Cromero & aliis Matth. Stephan. *lib. 3. p. 1. de juriſdict.*
cap. 3. numer. 28. Hieron. Treut. 1. *ſelect. diſp.* 1. *th.* 10. *art.* 10. Weichb. Darumb ſol-
len alle die von Pohln und Böhmen / und auß der Marck von Meiſſen unnd Lauſitz
und die auß der Marck zu Brandenburg und auß dem Hertzogthumb zu Sachſen /
und von der Grafſchafft zu Aſchersleben / und alle die auß den Stätten / ſo darin-
nen begriffen ſind / ihr Recht zu Magdeburg holen. Quod proculdubio ex eo in-
ualuit, quod Cæſaris palatium Magdeburgi fuit, cui poſtea Burgrauius præſedit.
5 Ita Ottonem Magnum † Magdeburgi iudicium criminale exercuiſſe diximus
c. 58. n. 9. Cranz. *lib. 3. Saxon.* 15. Et Fridericus I. Duci Poloniæ illic diem dixit,
apud Gunther. *lib. 6. v. 131. & 397.*

Denique virginea ſe præſentaret in vrbe
Staturus fratri ſummo ſub judice regni.

6 Unde de hac civitate ſic diſſerit † Æneas Sylu. *in Europ. c. 31.* Magiſtratus vrbis
ius ciuile abbreuiatum & Saxonica lingua conſcriptum non ſine reverentia cuſto-
dit, quod Caroli M. auctoritate firmatum tradunt, (ex vulgi rumore) eoque in
deciſione cauſarum vicinæ gentes recurrunt. Magna & venerabilis earum le-
ge auctoritas habetur &c. Vtebantur a. hoc jure non ſolum civitates: ita enim
fit mentio Vratislauiæ metroplis Sileſiæ, *in reſp. Magd. p. 1. cap. 1. diſt. 6. & 11.* ſed
7 etiam villæ, † quos nunc pagos dicimus, ut *in reſp. Magd. p. 1. c. 2. diſt.* 18. Dörf-
fer haben auch Weichbildenrecht / quod ſi domi per ſententiam ſe grauatum quis
8 putaret, is ad Scabinatum Magdeburgenſem provocabat ea opinione, quaſi †
hic fons eſſet juris Saxonici, *art.* 10. Weichb. Quod ſicuti ex veteri memoria re-
manſit, ita ſuperioritatem eius urbis non arguit, ut vult. Dauth. *in hyp. ſect.* 8.
cum id à volentib. in modum conſilij factum ſit, Matth. Steph. *lib. 1. p. 2. de jurisd.*
c. 7. num. 328. Robert. Maranth. *in ſpec. aur. p. 6. de ſentent. n.* 13. Hieron. Treut. 1.
9 *diſp. ſelect.* 1. *th.* 10. *lit. A.* Conſilij † autem requiſitio neceſſitatem obſequii non
importat *l. conſ. 47. ff. de reg. jur.* quia juriſdictio à conſentientibus prorogari poteſt
l. 1. & 2. ff. de judic. Agnoſcit *id gloſſ. ad art. 67. lib. 3.* Landr. *in fin.* quando id ita decla-
10 rat. Es heiſt † das Magdeburgiſche Recht / aber nicht darumb / daß ſich alle
Leuthe / jhres Rechtens ziehen müſſen / ſondern daß ſie (die Magdeburger) vber diß
Recht Herren ſeyn. *& gl. ad art.* 10. Weichb. Weichbild heiſt das Magdeburgiſch
Recht / darumb / daß Magdeburg die Elteſte und erſte Statt iſt / die im Land zu
Sachſen geſtifftet ward / und heiſt darumb jhr Recht / daß es der Statt gegeben
11 und beſtätiget ward / von Keyſer Otten dem Rothen / ꝛc. Alioquin inuitis † ſu-
perioribus ciuitates Magdeburgo ius petere non poſſe reſponderunt ipſi Mag-
deburgenſes Scabini *in d. reſp. p. 1. cap. 1. diſt.* 3. Statt / Marckt und Dörffer / die
unter ewer Stattgerichte gelegen ſeynd / mögen Recht zu euch wol holen. Wolte
auch ein Herr Geiſtlich oder Weltlich ſeinen Vnterſaſſen erlauben / daß ſie ewer
Statt-

Digitized by Google

Statrecht mit gebrauchen wolten / den mogent jhr ewer Recht mittheilen / aber ohn der Herren Willen / den jhre Stäter gelichen ſind möget jhr Vrtheil nicht mitheilen. Hinc eſt, quod multæ ciuitates uſum juris Magdeburgici ſingulari privilegio im-
petrarunt. Sicuti contra appellationes † è Polonia ad Scabinatum Magdeburg. 12
frequentatæ, per conſtitutionem Caſimiri Regis de A. 1356. antiquatæ ſunt. Extat diploma apud Goldaſt. *poſt præfat. ad ius Saxon.* Hoc ergo jure, qua civitates vici ac pagi utebantur, in ejus juris ſignum Weichbildum ſive Rulandi ſtatuam in foro collocatam præferebant. Quæ videtur cauſſa eſſe, quare in Marchia,
† Kinsbergæ, Premeſlaviæ, Reichenvvaldi & in pluribus aliis locis pagisque 13
ignobilioribus etiamnum ſtatuæ Rulandinæ viſitantur, teſtibus Albino *in Chron. Miſnenſ. fol.* 88. Knich. *in not. ad hypotyp. Dauth. ſect.* 8. In ſignum ſcilicet, quod ipſæ quoque jure municipali Magdeburgenſi gaudeant. Quanquam ejus aliam quoque rationem aſſignat Spangenberg. *in Chron. Saxon. cap.* 121. Sic ergo ciuita-
tes jure † Magdeburgico vtentes opponuntur illis, quæ jure Lubecano regun- 14
tur: hoc enim jus Henricus Leo novæ † urbi Lubecenſi in ſuam poteſtatem re- 15
dactæ ex jure Suſatenſi uſurpandum tradidit. Meibom. *ad libr. 1. annal. W*itich. Unde exauctorato Leone & Lubeca urbe in fidem imperij recepta, cives ab Imp. Friderico Barbaroſſa jura Suſatiæ ſibi relinqui petierunt Arnold. Lubecenſ. *lib. 2.*
Chron. Slau. 40. Qui in eo ciuitati gratificatus, ius Lubecenſe † ipſis reliquit, 16
confirmatum poſtea à Friderico II. Heig. 1. *quæſt. Saxon.* 8. *n.* 55. ex Cranz. *Chron. Slau. ad A.* 1223. De jure Suſatenſi autem, quale id fuerit, nihil indagare potuimus, niſi illud jus vemicum vicinæ civitatis Tremoniæ redolere quis opinetur. De
quo diximus *cap.* 55. *n.* 20. Interim ius Lubecanum † quo ad maritimas res mul- 17
ta quoque ex jure nautico VViesbienſi mutuatum videtur, vide *tract. de. inſul. cap.*
31. *n.* 83. Fortaſſe etiam † ex jure Slauico antiquo de quo remiſſive Heig. 1. *quæſt.* 18
Saxon. 7. *n.* 45. Quidquid ſit magna quoque juris † Lubecenſis auctoritas eſſe 19
cœpit apud vicinas ciuitates maritimas & Anſeaticas, à quibus etiam maximam partem receptum eſt. Et commendat illud à juſtitia æquitate Anton. Hering. civis & affinis quondam noſter *in tract. de fidejuſſ. c.* 18. *n.* 74. ſtatutorum quædam
commentariis auxit Joh. Sibrand. *Profeſſor Roſtoch.* Hinc multæ † civitates Van- 20
dalicæ uſum ejus juris ſingularibus privilegiis impetrarunt. Chron. Slav. Lindenbrogi de Joanne Epiſcopo Lubecenſi *A.* 1274. *promoto.* Item libertavit oppidum Uthin, cum jure Lubecenſi. Civitates jure Lubecenſi utentes recenſet Matth. Steph. *lib. 2. de jurisd.* 7. *n.* 34. Cothman. 4. *conſil.* 5. *n.* 40. *& conſ.* 40. Sibrand. *d. loc.*
p. 1. ſect. 9. Neque tantum civitates ſed etiam vici & pagi † juris Lubecani ca- 21
paces ſunt. Quales ſunt vici Megapolitani, de quibus ſcribit Sibrand. *ſect. 6. n.* 12. quod jura municipiorum per omnia non habeant, quidam tamen eorum uſu juris Lubecani ſint donati. Perinde ut de civitatibus & vicis jure Magdeburgico utentibus antea dictum. Quorum hi ideo Weichbildos ſive coloſſos Rulandi-
nos † erexiſſe videntur, ut ab illis jure Lubecano utentibus, neque Weichbil- 22

INDEX
VERBORUM ET RERUM
MEMORABILIUM.

Prior numerus Caput, poſterior Sectionem denotat.

A.

ABſurdum nullum defenſore caret. præf. 53
Acceptio plebis indefinita. 23. 2
Acceptio libertatis pro immunitate. 23. 15
Acquiſita à ſervis ad dominos pertinent. 25. 1
Actio Lacedæmoniorum contra Thebanos. 19. 11
Actori emenda, Iudici mulcta debetur. 58. 21
Accurſius quando vixerit? 48. 8
ejusd. regula ab hiſtoricis recepta. 17. 1
Ada Caroli M. ſoror putativa. 4. 10
Adalgagus Epiſcop. Cancellarius Ottonum. 52. 6
Adamus communis parens omnium. præfat. 35
Adami Bremenſis diploma ſuſpectum. 33. 3
Adelingi Longobardorum. 46. 5
Adelmus Benedictinus inveſtigatus. 3. 11
Advocatia juriſdictionem denotat. 63. 9. *defenſoria* Vogtey. 63. 5. *Item, Munburnium, majoria.* cod. 6. *civitatis Bruſuicenſis.* cod. 13. *Bramſtedenſis.* 63. 18. *præpoſitura Oeningenſis.* 63. 17
Advocatia feudum. 63. 7. & *Cenſeme diſtinctio.* 63. 22
Advocatia olim ad regalia pertinuerunt. cod. 10. *Secularibus in feudum conceſſa.* 63. 26
Advocatias Principes ſibi retinent. cod. 12
Advocatus Ecleſiaſticorum ſupremus Cæſar. 63. 11. *Vlmenſis.* cod. 14. *Burggravius Magdeburgenſis.* cod. 15
Advocati nomen quomodo ad ſeculares pervenerit? cod. 21
Advocati Eccleſiis attributi. 63. 1. *olim œconomi Epiſcoporum.* 63. 2
Advocatorum poteſtas laxior. cod. 4. *terra,* das Vogtland. cod. 8. *ſalaria.* 63. 19. *eorundem exceſſus.* cod. 20
Ægyptiorum ridicula vanitas. præf. 18
Æneas Sylvius primus auctor opinionis, an Carolo M. inſtitutio Occulti judicii tribuenda? 54. 2. *Eund. alii ſcriptores ſequuntur.* cod. 3. *unde errorem ſuum deſumpſerit?* cod. 5. *quando vixerit?* cod. 4. *Ejusd. teſtimonium de Magdeburgo.* 80. 6
Æmulatio vicinarum civitatum. 79. 10
Æra annorum Chriſti quando cœperit? 33. 15
Æquivocum vocabulum Trutmannia. 55. 11 *libertatis.* 23. 1. *immunitatis.* 23. 16
Æqualitas generationis quomodo intelligenda? 46. 8. *Ejusd. quatuor conditiones.* 46. 9. vid. *Condit.*
Æquitas vulgi duplex iniquitas. 78. 4
Ætas Ethnicorum Deorum. præfat. 49. *non præſumitur.* ibid. 86
Ætatis mutatio occulta. præf. 89
Ætatem mentiri quotidianum. præf. 7
Agricultura & militia nobiles & liberi dediti. 33. 6
Aimonius, Regino, & alii auctores veridici. 3. 13
Albertus Auſtriacus quando vixerit? 53. 6. *Dux Saxon. dictus Rulandus Germanicus.* 73. 10
Alberti Granzii judicium probum de privilegio Aquiſgranenſi. 37. 4. *lapſus.* 28. 9. *reſponſio.* 21. 9
Alexander III. Papa, antea Rulandus dictus. 2. 10
ex *Alexandri M. reliquiis origo Saxonum fabuloſa.* 56. 11
Allegans propriam turpitudinem non auditur. 6. 3
Alluſiones nominum contumelioſæ. 73. 3
Alphonſus Rex Galliciæ Caroli amicus. 10. 4
per *Albim libera navigatio, à quo conceſſa?* 25. 9
Aluo Friſiorum ſignifer. 9. 15
Amadiſi libri Gallici. 18. 8
Ambitio principum quorundam præf. 34. *falſæ antiquitatis mater.* ibid. 58
Ambtmannus & Scultetus Synonyma. 64. 3
Ambtmanni duorum generum. cod. 4

Amicitiæ veritatis inquiſitio nihil detrahit. præfat. 107
ad *Anatomen fures medicis conceduntur.* 56 14
Angelica hiſtoria de Rulando. 15. 7
I. Andreas Gloſſator Decretalium. 53. 8
'Ανεγνωσία *Turcorum.* 15. 3. *Burchardi.* 52 5. *Iohannis Dauthii.* 18 7
Annus natalis Caroli M. 5. 4. vid. *C. M.*
Annus mortis Rulandi. 11. 7. vid. *Ruland.*
Annalium proprietas. 17. 9
Annii ſpurius. præfat. 30
Antiquitas veritati non præjudicat. 31. 6 *veneranda eſt.* præf. 69. *ſed ſimul exploranda.* ibid. 70
Antiquitatis falſa mater. præf. 58
Antiquitati quatenus credendum? 17. 22. *incertæ certa novitas præferenda.* præf 100.
Antiquitatem quare affectent homines? præf. 1
Antiquitates urbium fictæ. præfat. 40. *falſa Bardevvici & Treveris.* præf. 43
Antiquitatum jactantia odioſa. præfation. 40
Antiquioribus ſe ipſo de rebus nemo teſtari poteſt. 17. 10
Antiqua inſtituta plerumq; barbara. 56. 5
Anticipatio temporis indicium falſitatis. 33 9
Antonini Florentini Chronici auctoritas. 14 9
Apoſtillator T. Buxtorfius. 53. 12
Apoſtoli Iacobi inventio, an Carolo M. tribuenda? 11. 4.
Appellatio Auguſti Cæſaris. 73. 2. *ad Scabinatum Magdeburgenſem.* 80. 8
Appellationes è Polonia vetita. 80. 12.
Aquitaniam & Gaſconiam C. M. ſubjugavit. 10. 5
Aquiſgranum à Carolo M. exaltatum. 35. 3
Aquiſgrani privilegium. 37. 3. 60. 3
Aquiſgranenſe templum, an ex præda extructum. 18. 12. *Collegium primum.* 29. 16. *Diploma Carolinum, cujus ſit generis?* 41. 6
Aquiſgranenſes Scabini. 64. 10
Aquenſe diploma, an ſit genuinum? 35. 16
ſubter *Arbores judicia celebrata.* 66. 9
Arcadum impudentia. præf. 19
Arcanum Caroli de multiplicatione comitum. 55. 6
Arelatenſe ſepulchrum Rulandi. 12. 3
Argentoratenſis mercatus. 74. 28. vid. *Mercat.*
Argumentum ab etymologia frequens. 20. 1. *maximè in originibus populorum inveſtigandis.* eod. *eſt fallax & ambiguum.* eod. 4. *affirmativè non valet.* eod. 5. *à ſigno ad rem ſignatam.* eod. 6. *ex ficto nomine nihil concluditur.* eod. 7. *ab alluſione nominis nihil ſequitur.* eod. 8. *à minore ad majus fortiſſimum.* 28. 15 *ab inveriſimili.* 71. 4. *ex Eginhardo deſumptum.* 4. 1. *ab auctoritate negativum non valet.* 17. 2. *à præſenti ad præteritum.* præf. 84.
L. Arioſtus Italus. 16. 12
Arma Saxonum. 70. 4. *portare ruſticis vetitum.* 67. 15
Armiger ein Schiltpot. 62. 11. *Iuſtiniani Cæſaris fuit Narſes.* 67. 12
Arrogantia Romanorum. præfat. 38
Ars critica neceſſaria. præfat. 62
Artium liberalium exercitium cuivis permiſſum. præf. 64
Articuli nonnulli Speculi Saxon. à Gregorio Papa improbati. 47. 5
Aſſeſſores Iudicii Scabini. 46. 6
Aſyla, an Carolus M. conſtituerit? 76. 20
Auctoritas Brotuffii quanta? 22. 4. *Helmoldi ſcriptoris.* 22. 8. *Poëtarum.* 16. 7. *Ant. Florent. Chronici.* 14. 9. *Saxonis Grammatici.* 42 9. *Iuris Lubecenſis.* 80 19
Auctor Turpini libelli. 15. 11. *Iuris feudalis.* 50. 6. *Speculi Saxonici.* 48. 13. *Iuris Lubecani.* 80. 15. *Weichbeldi.* 52. 1. *an unus ſit Gloſſa Speculi Saxonici & Weichbeldi?* 53. 1. *privilegiorum urbanicorum.* 34. 6. *anonymus Pythæi.* 3. 10
Auctori non creditur, niſi fide digno. 17. 19. *quod uni deeſt, ex alio ſupplendum.* eod. 7.
Auctores Rolandorum mentionem facientes veridici. 3. 13. *veri de feudorum origine Longobardi.* 49. 1
Auctorum diſſenſus circa lectionem Iudicii vemici & occulti. 59. 1
H. Auceps primus Saxoniæ liberator. 34. 15. *fundator urbium primus.* 34. 5. 62. 3. *privilegiorum urbicorum auctor.* 34. 6. *Nobilitatis Saxonicæ propagator.* 46. 26
H. Aucupis ſtatura. 70. 7. *honori ſtatua ponenda.* 34. 14
ſub *Aucupe Ius nundinarum in Saxonia cœpit.* 74. 6. & *Ius de rebus expeditoriis.* 37. 6

Ang-

Augerii Busbequii teſtimonium. 16. 17
Auguſti Electoris conſtitutiones declarativa. 44. 10. *Cæſaris ambigua interrogatio.* 6. 2. *Cæſaris appellatio.* 73. 2.
Avenbachii Epigramma. 11. 8
Aurea Bulla, quare privilegiis non appendenda. 35. 10.
Aurea Bulla & *Iuris Saxonici diſcrepantia.* 44. 3
in *Auream B. Caroli IV. relata ſunt quædam ex Iure Saxonico.* 44. 2
Auricum prope Friſiorum conventus. 66. 8
Authent. Habita, *cujus ſit?* 48. 12
Axioma compoſitum. 19. 1

B.

B*Aldi tractatus de inſignibus.* 67. 2. *ſubſcriptio.* 80. 24
Banderiſii milites quinam? 68 6
Bannus unde dictus? 68. 5. *duplex.* 68. 7. *ſuperior* & *inferior.* 58. 19. *regius.* 68. 8. *merum imperium denotat.* 61, 14. *per totam provinciam extenditur* 60 1. *relaxari poteſt.* 58. 20. *ante ſolutionem mulctæ non ſolvitur.* eod. 24
Banni effectus. 58. 18
Banno regio Comes inveſtitus. 61. 15
Banniti olim nunc vaſalli. 67. 19. Vogelfrey. 57. 6
Banniti judicium quomodo? 65. 15
Barbaroſſa, quare Fridericus Cæſar ſic dictus? 73. 4
F. Barbaroſſa ICti. 48. 10
Barbara inſtituta ſuis auctoribus probroſa. 54. 10. *conſuetudo ſuſpendendi fures non convictos.* 56. 13
Bardevvici falſæ antiquitates. præf. 43
Baronis etymologia controverſa. 46. 7
C. Baronii judicium. 11. 3. *ſententia.* 21. 19
Bartolus, quo tempore vixerit? 24. 28
Baſilea Iudicium carnificum. 66. 21
Baſileenſe concilium. 47. 7
Baſtardus materna familia accenſetur. 6. 4. *circa eos conſuetudo Galliæ.* 6. 8. vid. *Spur.*
L. Bavari conceſſio. 59 12
Becheri ſententia explicatur. 76. 19
Bellum Hiſpanicum Caroli multis ſcatet fabulis. 10. 1. *diuturnum grave ſubſequitur tributum.* 25 7
Belli tempore templa non fundantur, ſed vaſtantur. 33. 7. *Saxonici diuturnitas.* eod. 8. *Hiſpanici cauſa* & *occaſio falſa.* 10. 3
Benedictinus inveſtigatus. 3. 11
Bernhardi Girardi teſtimonium de Rulandinis Romanzinorum fabulis. 16. 15
Beroſus Ioannis Annii ſpurius. præf. 30
Bertrada mater C. M. an filiam Bertham habuerit? 5. 1
Bertrada Regina obitus. 5. 25
P. Berthii error. 21. 18
A. Billingo Saxonia inferior conceſſa. 27. 19
Blavienſis Monachi vanitas. 7. 4
Blavienſe ſepulchrum Rolandi. 12. 2
F. Bonifacii figmenta. 9. 10
Bohemiæ Rex, quomodo elector factus? 36. 13
Bramſtedenſis Advocatia. 62 18
Bremenſis Epiſcopatus, an à Carolo M. conditus. 29. 5. *mercatus.* 74 23
de *Bremenſis Eccleſiæ exemptione controverſia.* 31. 13. *fundationis diplomate.* 22. 7
Bremenſes Epiſcopi ex Corbeia petiti. 32. 7
Bremenſia ſtatuta. 77. 3
Bremenſium conſenſus ſtatutorum. 75. 13
Ad. Bremenſis diploma ſuſpectum. 33 3
Brotuffius & *Dauthius cæteris prudentiores.* 1. 10
Brotuffii & *Dauthii vera ſententia.* 75. 16. *auctoritas quanta?* 22. 4
Bruno Colonienſis ſeculari poteſtate præditus. 28. 11
Brunſviga Leo æneus erectus. 21. 8
Brunſvicenſis civitatis Advocatia. 62. 13
Brunſvicenſium conſenſus ſtatutorum. 75. 14
Bulla aurea, &c. vid. *Aur. B.*
Burggravius Magdeburgenſis advocatus. 63. 15
Burggravii Comites civitatum. 62. 5
Burchardus Archiepiſcopus Magdeburgenſis. 53. 7 *à Mangelfeld Weichbildi auctor.* 52. 1
Busbequii teſtimonium de hiſtoria Rulandi fabulis inquinata. 16. 17
T. Buxtorfius Apoſtillator. 53. 12
Buxtorfii & *D. Block contraria diſputationes.* 47. 8

C.

C*Adavera, an in patibulis relinquenda?* 45. 11
Cæſar ſupremus Eccleſiaſticorum advocatus. 63. 11. *locum judicii exprimere non tenetur.* 66. 2. *quando judex.* 61. 19. *maximè de feudo regali.* 61. 20

Cæſaris

Cæſaris proprium Ius fiſci. 25.21. *Ducatus Saxoniæ.* 27.5. *Baronii ſententia.* 21.19. *Iudicium.* 11.3

Cæſari ſoli jus erigendi ſtatuas competit. 19.15. *omnia judicia vacant.* 60.14. *an opponatur exceptio competentiæ?* eod. 15

Calendariorum diſcrepantia. 11.10

Calixtus II. Papa canonizavit librum Turpini. 15.15

Calixti II. liber de miraculis S. Iacobi eod. 14

Calumniari virum bonum dedecet. præf. 108

Cancellarius Ottonis IV. 52.8. & 6

Canoniſtarum diſſenſus de translatione Imperii Rom. ad Germanos facta per Pontificem. 63.2.3

Canonizatio Rulandi. 11.11

Canonizatus S. Vitus. 32.6

Canonizati Doctoris opinio rejici poteſt. 15.17

Cantilena Germanorum. 16.6

Capella S. Opis fundata. 21.14

Capitalis pœna frequens apud Saxones. 45.15

Cauſæ nudo judex ſententiam proferre debet. 67.6

Capitulare plurium Impp. conſtitutiones continet. 41.14

Carmina Gothofr. Viterbienſis 9.9

Carnifex Erphurtenſis ubi habitet? 66.20

Carnificum Baſileæ judicium. eod. 21

Carolus Magnus natione Germanus. 5.13. *filius primogenitus.* 5.22. *ſtaturâ Imperatores Saxonicos æquat.* 7.10. *Aquitaniam & Gaſconiam ſubjugavit.* 10.5. *Iuvenis Epiſcopatum ademit.* 13.12. *Poetam egit.* 15.5. *ſtatuas demolitus.* 19.2. *idolorum cultum abrogat.* eod. 4. *idola Saxonica destruxit.* præf. 42. *Saxoniam libertate donaſſe dicitur.* 22.2. *Dominator Saxonum.* 26.12. *Cœnobia aliquot condidit.* 29.14. *Canonizatus eſt.* 31.3. *a crudelitate abhorruit.* 54.6. *Saxones in gratiam recepit.* 43.3. *pacem Saxoniæ firmavit.* 76.9. *it. Friſiæ.* 76.10. *Aquisgranum exaltavit.* 35.13. *rara privilegia civitatibus dedit.* 35.2. *Capitula Legi Lomb. & Franc. addidit.* 40.7. *Ius Saxonicum confirmavit.* 43.13. *Concilia indixit.* 14.6. *Epiſcopatus Bremenſis condidit.* 29.5. *Capitula Iuris Saxon. edidit.* 43.2. *an totam Hiſpaniam devicerit?* 10.7. *an Saxoniam fecerit provinciam?* 27.2. *an Eccleſias in Saxonia condiderit?* 29.8. *an Electores inſtituerit?* 36.8. *an Speculum Saxonicum confirmaverit?* 37.9. *an Ius duellicum inſtituerit?* 42.9. *an barbam aluerit?* 70.16. *an Aſyla inſtituerit?* 76.20. *an ſtatuam Magdeburgi poſuerit?* 69.8

